




Clemens Romanus.

CLEMENTINORUM

EPITOMAE DUAE

ALTERA EDITA CORRECTIOR,

INEDITA ALTERA NUNC PRIMUM INTEGRA
EX CODICIBUS ROMANIS ET EXCERPTIS TISCHENDORFIANIS

CURA

ALBERTI RUD. MAX. DRESSEL.


ACCEDUNT

FRIDERICI WIESELERI

ADNOTATIONES CRITICAE AD CLEMENTIS ROMANI QUAE
FERUNTUR HOMILIAS.



LIPSIAE,
J. C. HINRICHS, BIBLIOPOLA.
1859.


THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARIES
CHICAGO, ILL.

PROLEGOMENA.

1. Insigne Christianae antiquitatis monimentum traditum nobis est in Recognitionibus et in Homiliis quae vocantur Clementinis. Sive enim ingenium illorum temporum curiose spectas, quae revelationis Dei in Christo factae primordia inter et exaedificatam Ecclesiam medium quodammodo tenent, sive veterum nostrorum disciplinan, sive quaeris antiquissimam historiae dogmatum illustrationem, nihil eorum inibi non reperies. Quid dicam de origine haud paucarum traditionum vel doctis pennis sequiori tempore hinc excultarum, vel populi ore propagatarum, quid de Christianae literaturae novo genere heic primum obvio, fabulam religionis ac philosophiae placitis pertextam exornatamque suaviter ac graphice enarrandi, ut qua aliis insinuetur doctrina ipsa? Idcirco ex longo inde tempore per nascentem perque adultam Ecclesiam utrique operi singulare quoddam studium videmus impensum. At vero factum id ita est, ut inter legendum ac describendum genuina quidem dulcis fabulae minus quam indolis lineamenta archetypi ob nimium usum usque adeo evanuerint, ut quale nunc est propter deformitatem ridiculum, turpe ob similitudinem videri possit. Cuius rei causa haec est, quod, cum saeculorum decursu paulatim a primorum credendi norma aberraverit, tantam tortis politum erroribus corruptelam est expertum, ut, dogmate Ecclesiae adultae per divinum spiritum moderatorem non absque ratione consolidato, neque in suis erroribus consistere, neque recto tramite semel relicto ad neglectos fontes facili negotio revocari potuerit. Verumenimvero si *τοῦ Πέτρου κηρύγματος τοῦ πάλαι* restitutio in integrum iam res est, quae vix fieri possit, nihilominus eos, qui eiuscemodi studiis operam navant, pro successu adiutum iri puto, si critica adminicula quantulacunque nova in lucem proferantur. Ac eo pluris esse facienda illa apparet, quo aptiora sint ad demonstrandum varias rationes, quibus Christiani ipsum *Πέτρου κήρυγμα* homines in usum suum converterint. Hinc enim luculentius clarebit, quodnam discrimen Homilias inter et Epitomen intercedat, nec posse aliunde de Clementinorum historia satis recte existimari.

2. Quae cum ita sint, viris doctis et potissimum theologis rem haud ingratam me facturum sperabam, si Clementinis cum ex bibliothecarum pulvere ac umbra pertrahendis tum cura critica pertractandis manus studiumque admovere pergerem. Ab huius certe instituti ratione prorsus alienum fuit plus ultra progredi, quam pro re nata ex parte literaria posci videretur. Quod si pro angusto spatio Prolegomenis concesso fieri potuisset, praetermittendum tamen erat, quia nec valetudo infirma, nec rerum adversitas id rite ac libri fama digne absolvendum concesserit. Exosus quippe eiuscemodi studiis iste est, cui continuo cum vitae aerumnis luctandum.

3. Qui ex Rufini Recognitionibus e Graeco sermone latine versis nil nisi nomen Itinerarium Petri vel breves sententias vel prolixas affe-

runt narratiunculas[1], summo ii consensu ita citant laudantque, ut facile intelligas, ex uno exemplari ex eademque editione eos deprompsisse. Nec mirum. Nam Rufinus haud dubie τὰ κλημέντια vertit, de quibus Photius cod 112. 113 refert[2], se invenisse duo Clementis opera: alterum Constitutiones App., alterum ad Iacobum fratrem Domini directum, cui inesse τοῦ ἀποστόλου Πέτρου πράξεις καὶ αἱ πρὸς Σιμόνα τὸν μάγον διαλέξεις, καὶ ἔτι ὁ ἀναγνωρισμὸς Κλήμεντος καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν ἄλλων ἀδελφῶν. Hinc in quibusdam libris titulum Κλήμεντος τοῦ Ῥωμαίου ἀναγνωρισμός. In quibusdam (ἔν τισι) mss. praefixam fuisse operi epistolam Petri ad Iacobum, in aliis epistolam Clementis ad eundem, utramque argumenti diversi (καὶ αὔτη δὲ, οὐχ ἡ αὐτή). Ex Photii igitur verbis claret, duplici modo ea fuisse inscripta: πράξεις Πέτρου saepius, rarius Κλήμεντος τοῦ Ῥωμαίου ἀναγνωρισμός. Epistola Petri aliis exemplaribus praefixa fuit, aliis illa Clementis, neutra aliis. Sed omnia eiusdem editionis erant: ἐν πᾶσι γὰρ τοῖς βιβλίοις, ἃ εἴδομεν, καίτοι οὐκ ὀλίγων ὄντων, μετὰ τὰς διαφόρους ἐκείνας ἐπιστολὰς καὶ ἐπιγραφὰς τὴν αὐτὴν εὕρομεν ἀπαραλλάκτως πραγματείαν ἀρχομένην „ἐγὼ Κλήμης“ καὶ τὰ ἑξῆς ἐντεττόμενα.

4. Haud parvi facienda Photii notitia est, utpote qua Clementinorum literaturae complexus illustretur iste, qualis nunc integer evulgatus prostat. Nam cum eo opinante αἱ πράξεις Petro auctore temporum decursu periissent, solum Clementis opus perdurabat. Editio vero, quam Rufinus praeter versam ab ipso cognovit[3], an Photio inter eiusdem furfuris materiem innotuerit, incertus haereo; nec quae sit illa Origenis[4], quaeque Operis imperfecti[5] aut Chronici Paschalis[6] definierim. Nec aliter de illis sentio Clementinorum excerptis, quae tradiderunt Eusebius[7], Synopsis Pseudo-Athanasiana[8], (Hieronymus)[9], Caesarius Naz.[10], Epiphanius[11], Maximus Confessor[12], Anastasius Sinaita[13], Ioannes Damasc.[14], Nicephorus (Patriarcha) Const.[15],

---

[1] Cfr. Paulinus Nol. ep. 47 ad Ruf., Gennadius de viris illustr, Decrētum concilii Rom. sub Gelasio de libris recipiendis sive non recipiendis c. 6, Isidorus Hisp. Orig. III, 50, de natura rer. c. 17, Adhelmus de laude virginum c. 12, Beda Hexaëm. in Gen. 1, 6. 7. 8, in Act. 5, 34, de ratione tempp. c. 3, Agobardus Lugd. de Iudaicis superst. c. 16, Freculphus Chronicorum lib. II (ap. Melch. Noverianum Colon. 1539), Hincmarus de divortio Lotharii et Tetbergae c. 9, Anastasius Bibl. ep. ad Ioannem Diac. (vd. Opp. Tom. III p. 472 ed. Sirmondi), Pseudo-Abdias Historiae Apostolicae, lib. I de rebus a B. Petro gestis (vd. Fabricii cod. Apocr. N. T. II, 402 sqq., Hamburgi 1719), Humbertus episc. Sylviae Candidae contra Nicetam (vd. Canisii Lectt Antiq. Tom. III, 1 p. 317 Antv. 1725), Honorius Presbyter et Scholasticus Augustodunensis (cfr. de luminaribus Ecclesiae c. 15), Ordericus Vitalis Hist. Eccl. Cl. XIII edd. Aug. Cl. Prevost. Tom. I p. 229 etc. [2] Edd. D. Hoeschelius et A. Schottus Rothomagi 1653 p. 290. [3] S. Clementis Rom. Recogn. praef. ad Gaudentium p. 2 ed. Gersdorf: Puto quod non te lateat, Clementis huius in Graeco eiusdem operis ἀναγνώσεων, hoc est Recognitionum, duas editiones haberi, et duo corpora esse librorum, in aliquantis quidem diversa, in multis tamen eiusdem narrationis. [4] Ad Gen. I, 14 ed. Lommatzsch Tom. VIII p. 41, cfr. Philocal. c. 22 ed. Lommatzsch Tom. XXV p. 202, ad Matth. 26, 6. [5] Ad Matth. 10, 41. [6] Cfr. Uhlhorn, die Homilien und Recognitionen des Clemens Romanus, Göttingen 1854 p. 64. [7] Hist Eccl. III, 3. [8] Cfr. Opp. Athanasii ed. Bened, Parisiis 1698, II, 202. [9] Adv. Jovian. c. 15 et Comment. ad Gal. I, 18. [10] Quaestiones theol. et philos. ed. El. Ehinger, Augustae Vindel. 1626 [11] Haer. XXX, 15. [12] Opp. ed. Franc. Combefisius, Paris 1675, Tom. II p. 528 sqq. [13] Quaestiones et responsiones ed. I. Gretser, Ingolst. 1617. [14] Cfr. Cotelerii Eclogae ex Io. Damasc. in comment. ad Clem. Hom. (ed. Lut. Par. 1672). [15] Thesaur. temp. ed. Scaliger, Lugd. Bat. 1606 p. 312; Georgius Syncellus et Nicephorus Constant. ed. Dindorf, Bonnae 1829 Tom. I p. 788; Fabricius cod. Apocr. N. T. I, 143.

Georgius Cedrenus[1], Nicon Monachus[2], Nicephorus Call.[3], Michael Glycas[4]. „Codex ms. Parisinus, qui inter orientales num 70 signatur et inscribitur Testamentum Christi domini ad Petrum et omnia mysteria quae ei revelavit, auctore S. Clemente Romano etc. XCI sectionibus haud pauca quidem continet, quae ex Recognitionibus excerpta esse videntur, sed confusa ea cum ineptiis variisque hallucinationibus ac permixta conquestionibus de iniuriis et malis, quibus affligebantur saeculo post Chr. natum decimo quinto Christiani in Oriente degentes a Muhamedanis“[5]. Nec habeo, quid dicam de versione Clementinorum Syriaca, quam in doctissimi Curetoni manibus esse scio. Is enim literis datis d. 5. Iul. 1856 mecum communicavit: „I have by me transcribed the Clementines in Syriac, which I hope to find some favorable opportunity of publishing.“ Illi igitur quae citant ex libris deprompserunt, qui certe ad unum omnes ad eandem historiae vel potius fabulae originem respiciunt, non ex uno eodemque profluxerunt archetypo doctrinae. Ac viri docti, qui de Clementinis disseruerunt, in eo vel maxime decepti sunt, quod huic parti minus animum adverterunt. Ego quippe persuasum habeo, inde ab initio plures extitisse eodemque tempore recensiones doctrina multum diversas, fabula Clementis haud dispares. Hinc Clementinorum vel maxima in doctrina varietas, summa in fabula enarranda unitas. Sed orthodoxae fidei cultorum pietas permittere nolebat, ut clarissimum Clementis nomen placitis pro multorum captu haereticis porro inserviret vehiculo, quapropter iam longe ante Photium, Hieronymi aetate dixerim, expurgandi labor incepit. Hinc exorta est Clementinorum cohors varie et multiformiter composita, altera quippe Epitome alteram parturiente. Ac quanto pruritus corrigendi theologorum orientalis Ecclesiae cum nimia dogmatizandi cupidine et argutandi crevit invaluitque, tanto macrescere videre est Epitomas prodeuntes. Id Recognitionibus quoque serius, et quidem post Photium accedisse, testes sunt duo codices Lipsienses saec. 11 et 13, quibus Gersdorfius usus est in editione earum nova adornanda. Utriusque quippe auctor epitomatoris vice strenue functus est iis quidem anxie repetundis, quae ad historiam rerum enarratarum attinent, doctrinae placitis acuta falce demessis, ubicunque id pro re nata ei utile vel necessarium videbatur[6].

5. Quodsi quae ex Clementinis apud varios scriptores orientalis et occidentalis Ecclesiae supra recensitos obvia fiunt fragmenta ex archetypo non nisi intermediis viis, iisque haud raro intercisis multifarieque retortis provenerunt, provenientia pro libitu scribentium redacta, quid mirum, si pervarie fuerunt inscripta? Haud id leve argumentum mihi esse videtur ad diiudicandum eorum corruptelam sive aberrationem ab archetypo nominare mavis. Eadem vero ex altera parte me movet causa, ut credam, stabilem illam inscriptionem utriusque Epitomes huiusce libri testem esse rectae affinitatis intervenientibus Homiliis cum ipsarum archetypo et compendiariae doctrinae et omnium, quae ad res gestas spectant Inscribitur autem Epitome quam nunc primum integram evulgavimus *Κλήμεντος τῶν Πέτρου ἐπιδημιῶν κηρυγμάτων ἐπιτομή*, qui titulus est Homiliarum, sicque inscribenda fuit Epitome a Turnebo primum edita, a Cotelerio et Clerico repetita[7]. Utraque igitur ex Homiliis prodiit. Homiliarum autem non paucos locos ex nova supellectile illustrari posse atque corrigi, facile sibi persuadebit, qui hunc librum accuratius perlustraverit. Quas Cotelerius e codicibus quibusdam bibliothecae Parisinae Epitomes brevioris ab ipso post Turnebum iterum editae textui varias lectiones subiecit, eas

---

[1] Chronicon ed. I. Goar et A. Fabrotti, Paris 1647. Cfr. *Σύνοψις ἱστοριῶν* ed. Imm. Becker, Bonnae 1838. [2] *Πανδέκτη τῶν ἑρμηνειῶν τῶν θείων ἐντολῶν τοῦ κυρίου*, cfr. Fabricii Bibl. gr. ed. Harless Tom. XI, 275. [3] Hist. Eccl. III, 18. [4] Annal. ed. Imm. Becker, Bonnae 1836 p. 51. [5] Gersdorf l. l. p. IX. [6] Cfr. Gersdorf l. l. Praef. p. VIII sqq. [7] Cfr. notula nostra 1 ad cap. 1.

a nostris prolixioris Epitomes manuscriptis paululum differre facile e comparatione apparebit.

6. Iam vero quaenam utriusque Epitomes diesiectorum membrorum cum textu Homiliarum coniugatio sit paucis adumbrabo. Epitomes I i. e. nostrae prolixioris 1 — ἐκβληθῆναι καπνὸν med. 17 (Epitomes II i. e. a Turnebo primo evulgatae [τοῦτο δὲ τὸ ἀδίκως 11 — ὑμᾶς ἀποδέξασθαι προαίρεσιν extr. 11] ibid.) = Hom. I, 1 — extr. 18; Epit. I med. 17 — med. 19 (Epit. II ib.) orthodoxe explanant Hom. 19, 20, 21; Epit. I ταῦτά μου εἰπόντος med. 19 — σώματος φύσις extr. 19 (Epit. II ib.) ex Hom. 22. — Epit. I 20 — ὁ νοῦς συντρέχειν 22 (Epit. II [τότε γὰρ 22 — αὐτὴν οὐ δύναται 22] ib.) = Hom. II, 1—3; Epit. I πάντες μὲν οὖν — μαθεῖν αὐτὴν οὐ δύναται 22 (Epit. II [ ]) ex Hom. 7; Epit. I ὅθεν, ὦ φίλε Κλήμη sub finem 22 — ἀδικία λέγεται extr. 23 (Epit. II [τῆς γὰρ ῥίζης 23 — ἀδικία λέγεται extr. 23] ib.) = Hom. 12, 13, 14; Epit. I Ταῦτα ἀκούσας — πάντα ἠκρίβωσα ineunte 24 (Epit. II ib.) = Hom. sub finem 18; Epit. I καὶ μεταπεμψάμενος 24 — ἦν ὁ Σίμων extr. 26 (Epit. II ib.) = Hom post med. 21, 22 extrema periodo οὐ γὰρ ἂν — ἀπόλλυνται excisa, 23; Epit. I 27 — extr. 33 (Epit. II ib.) = Hom. 25, 27 — extr. 32. — Epit. I 34 — extr. 35 (Epit. II [αὐτῷ γὰρ μόνῳ 35 — καὶ νοητῶν extr. 35] ib.) = Hom. III, ineunte 29 — ὁμῶς αὐτὸς μόνος 33 sqq. om.; Epit. I 36 — extr. 41 (Epit. II ib.) = Hom. 38 — [Καὶ ὁ Πέτρος 42 — δεῖξαι τὰς γραφὰς ib.] extr. 43; Epit. I 42 — ὁ θεὸς ἀναδείξῃ 43 (Epit. II ib.) = Hom. πλὴν ἡ ζήτησις 58 — πρόδηλον ποιήσῃ 60; Epit. I 43 — προήγομεν τῆς Φοινίκης 44 (Epit. II ib.) = Hom. 72 [τῶν ὅλων — αἰῶνας. Ἀμήν.] — extr. 73. — Epit. I καισαρείας δὲ 44 — ἐλθεῖν ἀπηλλάγησαν 53 (Epit. II [ὁ μῦθος δογματισθῇ 51 — καὶ ἄλλα μύρια sub finem 51] ib.) = Hom IV, 1 [καὶ πολλῇ — ἡμετέραν ἀνάπαυσιν], 2 [καὶ τοῦ Πέτρου — μάγου], 4, 5, initium 6, 7, 8 — ἤδη τόπον rlqq. om. 9, καὶ δὴ προϊόντες 10 — τε καὶ συνηθείας excisis sqq. 11, οἱ μὲν γὰρ 12 excisa quarta sententia ac fine quintae, 13, initio praetermisso 14, 15 — τὰ ἐνερριζωμένα ἀσεβήματα rlqq. om. 18, Διὸ χρὴ — μαθήματα 19 sine sqq., 20 — ὁμιλίαι καλαὶ absque sqq. 24, ταῦτά μου εἰπόντος 25 — extr. 25. — Epit. I τῇ δὲ ἐπαύριον 53 — σώζεσθαι θελόντων 54 (Epit. II ib.) = Hom. VII, 1 — σώζεσθαι θελόντων 2; Epit. I [δυνατὸς γὰρ — σώματα σῶσαι 54] μανθάνω οὖν — παραδέδωκεν 54 (Epit. II ib.) ex Hom. Μανθάνω οὖν — κακῶσαι βούλεται 3; Epit. I ἀλλ' ὥσπερ 54 — κόσμου ὁρισμοὺς sub finem 56 (Epit. II ib.) ex Hom. ὥσπερ οὖν 3 — κόσμου ὁρισμοὺς 6; Epit. I τοιαῦτα καὶ 56 — ἔκειντο ποδῶν 58 (Epit. II ib.) = Hom. τοιαῦτα καὶ 8 — sub finem 10; Epit. I ὁ δὲ εἰς οὐρανὸν 58 — προειρημένος 59 (Epit. II ib.) = Hom. ὁ δὲ εἰς οὐρανὸν 12 — προειρημένος 12. — Epit. I εἰς δὲ τὴν Τρίπολιν 59 — μισθὸν ἕξουσιν 62 (Epit II ib.), ὁ δὲ τὸν πολὺν 62 — ἤρξατο οὕτως extr. 63 (Epit. II ib.) = Hom. VIII, 1 — extr. 4, ὁ δὲ τὸν πολὺν 8 — ἤρξατο οὕτως extr. 8; Epit. I Ὁ μόνος ἀγαθὸς 64 — πρωϊνώτερον συνελθεῖν extr. 65 (Epit. II ib.) ex Hom. 23, 24. — Epit. I Τῇ οὖν — ἤρξατο λέγειν 66 (Epit. II ib.), ὁ θεὸς πάντα — ἀπελάσετε 66 (Epit. II ib.), ταῦτα εἰπὼν 66 — συνελθεῖν extr. 66 (Epit. II ib.) = Hom. IX Τῇ οὖν — λέγειν 1, Ὁ γὰρ θεὸς — ἀπελάσετε 19, ταῦτα εἰπὼν 23 — ὕπνωσεν extr. 23. — Epit. I Τῇ δὲ τρίτῃ — αὐτοὺς ὑγιαίνοντας extr. 67 (Epit. II ib.) ex Hom. X, 1, 26. — Epit. I Τῇ μὲν οὖν — θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς 68 (Epit. II ib.) ex Hom. XI, 1 — 29; Epit. I οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς 68 — οὐκ ἔχει extr. 68 (Epit. II ib.) = Hom. οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς 29 — οὐδὲν ἔχει extr. 29; Epit. I [Καὶ ταῦτα — ἐπαύσατο ineunte 69] τριῶν οὖν 69 — ἐπορεύετο ὁδὸν extr. 69 (Epit. II ib.), ex Hom. 35, 36; — Epit. I Ἐκβάντες — σποράδην extr. 70 (Epit. II ib.), Ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος 71 — εἰς ὕπνον ἐτράπημεν extr. 97 (Epit. II [ἐξ ὧν προέπραξεν Epit. I 96 — ἐν συμφοραῖς ἐλεῆσαι 96] ib.) = Hom. XII Ἐκβάντες — σποράδην sub finem 1, Ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος 3 — εἰς ὕπνον ἐτράπημεν extr. 33. — Epit. I Ὄρθρου δὲ 98 — οἱ πάντες συνευδοκήσαμεν ineunte 109 (Epit. II ib.) = Hom. XIII Ὄρθρου δὲ 1 — οἱ πάντες συνευδοκήσαμεν extr. 12. — Epit I ὀρθριώτερον δὲ ineunte 109 — εἰς ὕπνον ἐτράπημεν extr. 121 (Epit. II ib.) = Hom. XIV Ὀρθριαίτερον

δὲ 1 — εἰς ὕπνον ἐτράπημεν extr. 12. — Epit. I Ὄρθρου δὲ 122 — φιλάνθρωπος τυγχάνει 126 (Epit. II ib.), καὶ ὁ πατὴρ πρὸς ταῦτα ἀπεκρίνατο 126 — μεταλαβὼν ὕπνωσεν extr. 128 (Epit. II ib.) = Hom. XV Ὄρθρου δὲ 1 — φιλάνθρωπος τυγχάνει 6, καὶ ὁ πατὴρ πρὸς ταῦτα ἀπεκρίνατο 8, [καθὼς δύο — δικαίως πάσχομεν] 9—11 extr. — Epit. I Ὄρθρου δὲ 129 — ἐξέθετο φρόνημα ineunte 133 (Epit. II ib.), καὶ πολλὰ περὶ μοναρχίας διαλεχθεὶς μετὰ δακρύων 133 — εὐχόμενος ib. (Epit. II ib.) = Hom. XVI Ὄρθρου δὲ 1 — ἐκθήσομαι φρόνημα ineunte 5, καὶ ταῦτα εἰπὼν μετὰ δακρύων sub finem 21 — καὶ εὐχόμενος ib. — Epit. I ὑπεισέδραμεν δέ τις λέγων 133 — ἀπαγγεῖλαί σου 137 (Epit. II ib.), Ταῦτα ἀκούσας ὁ Πέτρος ἔφη πρὸς τὸν πατέρα· αὐτὸς ἰδίοις ὠσὶν 138 — περί σου διαλέγεσθαι ineunte 139 (Epit. II ib.) = Hom. XX ὑπεισέδραμέ τις λέγων ineunte 11 — τί χρὴ ποιεῖν 13, ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· αὐτὸς ἰδίοις ὠσὶν 18—περί σου διαλέγεσθαι ineunte 20; Epit. I καὶ δὴ τοῦ πατρὸς ὑπὸ νύκτα 139 — Ἀντιόχειαν ἔσπευσεν extr. 140 (Epit. II ib.) ex Hom. 21, 19, 23.

Quae per Epitomes I c. 141, 142 (Epit. II ib.) sequuntur, haud parvi momenti sunt, quippe quae ex Homiliarum prototypi fine, etiam in mea editione vix absoluta, huc transmigrasse dixerim. Recognitionum finem X, 68 sqq. perquam interpolatam puto eamque, quod authentiam attinet, graecis Epitomes I omnino posthabendam. Epitomes I c. 143, 144 (Epit. II ib.) sequioris originis vestigia in fronte ferunt. Sed in c. 145 — Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔχει ineunte 155 redduntur epistolae Clementis ad Iac. Homiliis praefixae c. 1 — καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔχειν .... sub finem 10, et διὸ, ὦ Κλήμη 155 — κηρυγμάτων ἐπιτομὴ extr. 159 ex Ep. Clem. Hom. διὸ, ὦ Κλήμης ineunte 16 — κηρυγμάτων ἐπιτομὴ sub finem 20 eadem repetunt. Limitibus eandem epistolam Clementis ad Iac. arctioribus coegit auctor Epitomes II c. 145, 146, 147.

Epitomes I epistolam excipit, inserviente 160 capite transeundo, Martyrium Clementis auctore Simeone Metaph. c. 161 — extr. 185 (Epit. II 148—179). Sed ad τὴν τοῦ ἀναγνωρισμοῦ βίβλον id non pertinere, iam amanuensis codicis Vaticani 824 epigraphe τέλος superioribus apposita indicavit.

7. Quibus intelligitur, Epitomen I medium obtinere Homilias inter et Epitomen II, neutiquam eam distare ab illis, quantum ab ipsa secedat liber Epitomes II. Neque vero geminae Epitomes et Homiliarum illud praetermittendum est notabile discrimen, quod Hom. V, VI, fere X, XVII, XVIII, XIX, dimidium fere XX omnino sunt excisae. Acsi Homiliae, quales habemus post annum 160 in hodiernam formam redactae esse videntur, non dubito, quin Epitome I post concilium Nicaenum condita fuerit, ex illa vero liber Epitomes II, postquam Martyrii Clementis traditio invaluerat.

8. Epitomes I nunc integrae iam cl. Constantinus Tischendorf specimina aliquot publici iuris fecit ex tribus mss. (Italico, Orientali, Parisino) deprompta[1], quibus nunc quartum accedit bibliothecae Regiae Monacensis[2]. Is vir uti omnigena doctrina atque scientia summus, ita ob

[1] Anecdota Sacra et Profana, Lipsiae 1855 p. 77 sqq. [2] Cfr. Tischendorfii notitia in deutsche Zeitschrift für christliche Wissenschaft und christl. Leben, herausgegeben von Lic. K. F. Th. Schneider, Berlin, Februar 1857 p. 59. Inde haec excerpere iuvat: — eine patristische Handschrift aus dem 10. Jahrh., deren hier in Betracht kommenden Inhalt der Hardt'sche Catalog einfach als eine Clementinische epitome bezeichnet. Allein als eine solche erscheint sie wenigstens nicht in dem Sinne, in welchem das von Cotelier edirte Werk dafür anzusehen ist Die Schrift geht vielmehr den grössten Theil hindurch dem Texte der Homilien so parallel, dass sie als ein nächster Ausfluss aus diesen zu betrachten ist, und nicht sowohl eine epitome als eine Recension der Homilien darstellt, welche nur in besonders wichtigen Stellen eigenmächtig den alten Text verlässt. Dieser Charakter

incomparabilem erga me aliosque benivolentiam pie colendus schedas suas meum in usum excuti voluit, quo penus criticus ad huncce librum adornandum aperiretur quam locupletissimus. Egomet duos contuli codices, unum Ottobonianum 443 (sign. O), Vaticanum 824 alterum (sign. V). Liber Ottobonianus ille pretiosus est, qui solus Homilias integras praebet: iis autem expletis „Eiusdem Clementis Peregrinationum Epitome“ inde a fol. 161 sequitur eadem manu saec. XIV exarata. Quae de eius indole in mea Homiliarum editione[1] disserui, et de Epitome I dicta sunto. Liber Vaticanus membraneus foliorum quaternariorum mai. saec. XI scriptus fuit. Ipsum autem volumen cum invenirem, ex diutino situ squallebat, et habitu aspectuque tetro erat. Initium usque ad vocc. *ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, ποτὲ δὲ ὅτι θνητή. ὁπότε* c. 3 temporum iniuria periit, qua propter id ex Ottoboniano transcripsi. Indoles eadem ac codicis Vat. 859 Barnabae, Polycarpi, Ignatii epp. continentis. qui ad novam Patrum App. editionem conficiendam usui fuit.[2]. Ac libri Vaticani 859 mentione facta, notitiae iam datae alteram addiderim, quae Armeniae literaturae interest. Nierses ille Ghelajensis, qui eum olim possidebat, in calce epistolae Barnabae hancce notulam adscripsit:

Ես Ներսէս կթ̃ղս թարգմանեցի
զթուղթս զայս ի Հայ բար
բառ ի թագաւորական
Քաղաքս ի փառ ս ք̃ի̃այ մերոյ
որէ աւրհնեալ յաւիտ
եանս, ամէն:

i. e. „Ego Nierses Patriarcha hanc epistolam interpretatus sum sermone Armenio in hac Regia civitate ad gloriam Christi Dei nostri, qui benedictus est in aeternum: sic esto“. Ista versio alicubi latere videtur adhuc manuscripta, aut prorsus periit. Docti quos Romae interrogabam Armenii eam ignorabant. Ac si iam ab eo Epitomes textu, quem Turnebus primus edidit, nonnihil subsidii petitum est ad restituendum Homiliarum textum, multo plus profecto enucleabitur ex ea supellectile, quam Tischendorfii libri scripti quamque codd. Ottobonianus et Vaticanus Homiliis persimillimi nunc largiti sunt. Equidem meam Homiliarum editionem supellectile ex hisce duobus codd. petenda non dotavi, quamvis id temporis iam diu apud me iacuisset. Nihil ego quidem peccavi. Etenim docti Gottingenses Homiliarum amici tanta editioni meae subsidia critica atque commentaria

---

ist ganz von der Art, dass wir hier jene alte christliche Recension der Homilien möchten wieder zu erkennen haben, welche neuerdings mehrfach, besonders von Uhlhorn, besprochen worden ist. Und wie in dieser Münchner Handschrift, so möchte dieselbe Recension auch in den beiden Handschriften vorliegen, von denen ich in den Anecd. sacr. et prof. S. 77 ff. ausführliche Excerpte mitgetheilt habe. In den am angeführten Orte S. 78—81 vollständig mitgetheilten Abschnitten stimmt der Münchner Text grösstentheils mit dem dort gegebenen Texte überein; seine kritische Wichtigkeit zur Berichtigung des Homilientextes ist daher unverkennbar. — Bei dem hohen Interesse, das in neuerer Zeit die Pseudoclementinische Literatur des 2. chr. Jahrhunderts gefunden hat, wäre es jedenfalls sehr verdienstlich, wollte man neue und gründliche Studien auch denjenigen Hdschr. widmen, in denen alte Verarbeitungen der sogenannten Homilien des Clemens vorliegen. —

[1] Clementis Romani quae feruntur Homiliae viginti nunc primum integrae, Gottingae 1853 p. VII [2] Patrum Apostolicorum opera edd. Dressel et Tischendorf, Lipsiae 1857 p. LXVI.

se allaturos promiserant, ut dignioribus locum crederem esse cedendum. Sed bibliopola cum libro excudendo nimis festinante promissis non stare potuerunt. Quapropter peto abs te, lector benivole, ut meam Homiliarum editionem ex novo hocce libro pro re nata supplere velis.

Epitomes II textum correxi quattuor codicibus usus. Doleo, quod optimus nil praebet nisi tria fragmenta ex capp. 1—19, 23—26, 33—35. Is est Angelicus foliorum quaternariorum apud monachos Augustinianos signatus B. 1. 14. (= A). Post indicem praevium haec scripta habes: „Codex membranaceus pervetustus continet chartas 224 (corr. 225). Sed priores chartae 24 (corr. 25) et posteriores 223 et 224 (corr. 224 et 225), quibus continentur Clementis Epistola (!) de periodo S. Petri et vita Mariae Aegyptiacae, sunt manu recentiori in bombycino exaratae". Clementinorum igitur fragmenta e pervetusto exemplari eoque optimae notae saec. XIV descripta sunt. Alterum in bibliotheca Angelica contuli codicem B. 3. 5. signatum (= B). Membraneus est formae quartae saec. XI. Manus saec. XV heic mutavit, emendavit illic. Varias lectiones per foll. 121—190 praebet optimas. Tertius est Vaticanus 715 inde a folio quaternario 211—257, membraneus saec. XI (= C), quartus Vaticanus 1116 inde a fol. dimidiato 1—38, membraneus saec. XI (=D) cum primis foliis fere exesis: hic illo correctior.

9. Iis igitur adminiculis hicce liber adornatus est. Addidi latinam Cotelerii versionem sexcenties correctam, ex parte novam, subiunxique ipsius cum Clerici ac meis notulis. Epitome vero ab Adr. Turnebo Parisiis 1555 primum edita et ab Ioach. Perizonio simul latine versa quod tam rara est, mecum omnes dolebunt, qui eam accuratius perlustraverint; est enim correctior quam ista Cotelerii ed. Patrum App. Lut. Par. 1672. Etiam Clerici editio Antverpiana a. 1698 et a. 1700 multo minus correcta est, et mendis fere innumeris scatet textus illius, quae a. 1724 Amstelaedami prodiit. Quare non possum, quin Arminio Rostio, Adolphi beatae memoriae filio, viro honestissimo atque ad omnia, quae literas iuvare possunt, studiis suis promptissimo gratias agam, utpote qui cl. Tischendorfio impulsore suis impensis editionem utriusque Clementinorum Epitomes modico pretio parabilem typis evulgare voluerit. Sic Clementina, quae ob nimium Patrum App. editionum Cotelerii et Clerici pretium a nobis iam paene exularunt, in utilitatem et aedificationem sacrarum literarum studiosis fore ut magis innotescant spero iisque auguro.

Scribebam Romae d. 29. Januarii 1859.

CLEMENTINA EPITOME

PRIOR EDITA CORRECTIOR.

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ[1] ΤΩΝ ΠΕΤΡΟΥ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΚΗΡΥΓΜΑΤΩΝ ΕΠΙΤΟΜΗ.

Κλήμης[2] *Ἰακώβῳ τῷ κυρίῳ καὶ ἐπισκόπῳ καὶ ἐπισκόπων ἐπισκόπῳ τῷ τὴν ἐν*[3] *Ἱερουσαλὴμ ἁγίαν τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίαν διέποντι καὶ τὰς πανταχῇ θεοῦ προνοίᾳ ἱδρυθείσας*[4] *καλῶς Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐκκλησίας σύν τε πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἀδελφοῖς εἰρήνη εἴη πάντοτε.*

I. *Γνώριμον ἔστω σοι κύριέ μου, ὅτι ἐγὼ Κλήμης Ῥωμαίων πολίτης ὢν καὶ τὴν πρώτην ἡλικίαν δυνηθεὶς ζῆσαι σωφρόνως λογισμόν τε δεξάμενος οὐκ οἶδα πόθεν ἐπεισελθόντα μοι καὶ*[5] *περὶ θανάτου πυκνὰς ποιούμενον ὑπομνήσεις πόνοις τὸ λοιπὸν καὶ ἀθυμίαις συνέζων. ἆρα γάρ, ἐλογιζόμην,*

Cap. I. 1) Ex Homiliis Clementinorum et Recognitionum libris, tum ex Epistola Clementis ad Iacobum, Clementis Martyrio atque Narratione Ephraimi composita fuit ista Epitome per eos homines, qui doctrinae ac pietatis suae esse duxerunt, quidquid superfluum, falsum, periculosum videbatur, id omne aut tollere, aut mutare et corrigere. Ter autem factam fuisse huiusmodi compendiariam compagem invenio in Mss. Codicibus Regiae Bibliothecae. Prima compago est haec, a me post Turnebum edita, post Perionium versa, exstans in Regiis Libris numero septem. Secunda continetur Exemplari 148, estque superiori paullo auctior, per additamenta scilicet a Clementinis petita, quae ad oras posuimus. Tertiam Codex 804 complectitur. Longe ea praecedentibus est auctior ex assumentis itidem Clementinorum, necnon Epistolae ad Iacobum, interdum cum Paraphrasi: et connexum habet Martyrium Clementis, subiunctum vero Ephraimi Opusculum: cuius breviatae Collectionis cunctas varietates et additiones cum nullae margines capere possent, plerasque omnes praeterire coacti sumus. Porro unius trium dictarum Editionum auctorem Symeonem Metaphrastem ostendit marginalis nota posita in Ms. Photio quondam Maximi Margunii. Testatur enim Hoeschelius eo in Codice ad Photianam capite 113 Myriobibli censuram de opere continente tum Petri acta et cum Simone Mago disputationes, tum Clementis ad suos recognitionem, *μυρίων δὲ ἀτοπημάτων ἡ πραγματεία γέμει*, adscriptum cerni hoc: *ἀλλ' ἐπηνωρθωκὼς ταύτην ὁ Μεταφραστής, πλοῦτον καὶ ταυτότητα τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἀπέθετο.* Cur vero suspicer priorem potius Editionem quam duas alias ad Metaphrastem pertinere causa est, quod in multo pluribus Graecorum Menologiis et Hagiologiis appareat. — Titulus hoc pacto conceptus exstat in duobus scriptis Libris: *Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης Ἰακώβῳ ἐπισκόπῳ Ἱεροσολύμων, περὶ τῶν πράξεων καὶ περιόδων τοῦ ἁγίου καὶ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου, αἷς καὶ ὁ αὐτοῦ βίος συμπεριείληπται.* Additur in tertio: *Κλήμεντος τῶν Πέτρου ἐπιδημιῶν κηρυγμάτων ἐπιτομή*, quod habet inscriptio Clementinorum, quodque solum pro titulo exhibet unum Exemplar. Alio modo quatuor Codices: *βίος τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος* (vel *μάρτυρος*) *Κλήμεντος*

CLEMENTIS EX PETRI INTER PEREGRINANDUM PRAEDICATIONIBUS EPITOME.

Clemens Iacobo domino et episcopo et episcoporum episcopo regenti Hierosolymae sanctam Christianorum ecclesiam atque Christi Dei nostri ecclesias, quae ubique Dei providentia praeclare fundatae sunt, una cum presbyteris et diaconis et ceteris omnibus fratribus pax sit semper.

I. Notum tibi sit, domine mi, quod ego Clemens, qui civis Romanus sum et primam vitae aetatem pudice ac moderate transigere valui, cum animo percepissem cogitationem, quae nescio unde in me irrepserat crebrasque mihi de morte commentationes pariebat, cum laboribus et anxietatibus vivebam. Reputabam enim, num cum mortuus fuero non ero nullusque erit unquam, qui mei mentionem faciat, tempore nimirum

---

ἐπισκόπου Ῥώμης, μαθητοῦ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Πέτρου. Cotelerius. Ex Codicibus, quibus usus sum, inscriptionem hancce rubram in fronte gerunt A B: *Κλήμεντος ἐπισκόπου ῥώμης. ἰακώβῳ ἐπισκόπῳ ἱεροσολύμων περὶ τῶν πράξεων καὶ περιόδων τοῦ ἁγίου καὶ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου. αἷς καὶ ὁ αὐτοῦ. συνπεριλείπτη* (B *ὁ αὐτὸς περιείληπται*) *βίος. Κλήμεντος τῶν Πέτρου ἐπιδημιῶν κηρυγμάτων ἐπιτομή·* C: *Κλήμεντος ἐπισκόπου. Ῥώμης ἰακώβῳ ἐπισκόπῳ ἱεροσολύμων περὶ τῶν πράξεων καὶ περιόδων τοῦ ἁγίου καὶ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου αἷς καὶ ὁ αὐτοῦ συμπεριείληπται βίος· ἤτοι κλήμεντος τῶν πέτρου ἐπιδημιῶν κηρυγμάτων ἐπιτομή.∴+* Quae quidem nostrorum trium Codd. (uniusque apud Cotelerium) prae editis titulis ipsa sese commendat inscriptio. Constat autem ex duabus partibus, quarum prior interpolatoris est, altera (*κλήμεντος τῶν πέτρου ἐπιδημιῶν κηρυγμάτων ἐπιτομή*) antiquitatis vestigia in fronte fert. Quem Andr. Turnebus, primus huius Epitomes editor, post eum Cotelerius et Clericus evulgarunt: *Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης περὶ τῶν πράξεων, ἐπιδημιῶν τε, καὶ κηρυγμάτων* (*καὶ περιόδων* vel *ἐπιδημιῶν κηρυγμάτων* p. *ἐπιδημιῶν τε, καὶ κηρυγμάτων* alii apud Cotelerium) *τοῦ ἁγίου καὶ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου ἐπιτομή, ἐν ᾗ* (*αἷς* al. ap. Cot.) *καὶ ὁ αὐτοῦ συμπεριείληπται βίος, πρὸς Ἰάκωβον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων*, omnino is postremissimi interpolatoris opus est. Omnibus praestat simplex Codicis D inscriptio *Κλήμεντος τῶν Πέτρου ἐπιδημιῶν κηρυγμάτων ἐπιτομή*, quae est et Homiliarum et Epitomes earum prolixioris a nobis primum evulgatae, quamque expressimus. — 2) Salutationem integram sexque priora primi capituli vocabula auctor Epitomes, qualis nunc est, ex Epistola Clementis ad Iacobum Homiliis praefixa huc transtulit. — 3) *ἐν* accessit ex BC, ubi est: *ἐπισκόπῳ διέποντι δὲ τὴν ἐν ἱερουσαλὴμ ἁγίαν τῶν χριστιανῶν ἐκκλησίαν καὶ τὰς πανταχᾷ κτλ.* sicut in al. ap. Cot. et ap. Rufinum; *ἐπισκόπῳ διέποντι δὲ τὴν ἱερουσαλὴμ ἁγίαν τῶν χριστιανῶν* (*Ἑβραίων* Ep. Clem. ad Iac.) *ἐκκλησίαν καὶ τὰς πανταχῇ κτλ.* A et Homiliarum Epistola Clem. ad Iacobum, *ἐπισκόπῳ διέποντι τὴν ἱερουσαλὴμ ἁγίαν τῶν χριστιανῶν ἐκκλησίαν καὶ τὰς πανταχῇ κτλ.* D et nostra Epit. — 4) *ἱδρυνθείσας* AB et al. ap. Cot. — 5) *καὶ* om.

ὅτι θανὼν οὐκ εἰμί; καὶ οὐδεὶς ἔσται μού ποτε μνήμην[6] ποιούμενος, τοῦ χρόνου πάντα τῇ λήθῃ παραδιδόντος; ἄρα δὲ μὴ ὢν πῶς ἔσομαι τοὺς[7] οὐκ ὄντας εἰδώς, οὐ γινώσκων, οὐ γινωσκόμενος, οὐ γεγονώς, οὐ γινόμενος; καὶ ἆρά ποτε[8] γέγονεν ὁ κόσμος καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι, τί ἄρα καὶ ἦν; εἰ γὰρ ἦν ἀεὶ,[9] καὶ ἔσται· εἰ δὲ γέγονε, καὶ λυθήσεται πάντως· καὶ μετὰ λύσιν[10] ἄρα τί ἔσται[11] πάλιν, ὃ νῦν ἀδύνατόν μοι νοῆσαι;

II. Ταῦτά τε[1] καὶ τὰ τούτοις ὅμοια οὐκ οἶδα πόθεν ἀπαύστως διενθυμούμενος ἄπαυστον εἶχον ἀεὶ τὴν λύπην καὶ τοσοῦτον, ὡς ὠχριακότα[2] με τήκεσθαι· καὶ τὸ δεινότατον, εἴποτε καὶ ἀπώσασθαι τὴν περὶ τούτων[3] φροντίδα ὡς ματαίαν ἐλογισάμην, ἀκμαιότερόν μοι μᾶλλον τὸ πάθος ἐγίνετο. καὶ ἠχθόμην ἐπὶ τούτῳ, οὐκ εἰδὼς σύνοικον καλὴν ἔχων ἔννοιαν ἀθανασίας αἰτίαν μοι γενομένην,[4] ὡς ὕστερον ἔγνων ἀπὸ τοῦ τέλους, καὶ θεῷ τῷ πάντων ηὐχαρίστησα ποιητῇ.[5] ὑπὸ γὰρ τῆς καταρχάς με πιεζούσης ἐννοίας ἠναγκάσθην εἰς τὴν τῶν πραγμάτων ἐλθεῖν ζήτησιν, καὶ οὓς τὴν ἀρχὴν δι᾽ ἄγνοιαν μακαρίζειν ἐκινδύνευον, ὕστερον ταλανίζειν οὐκ ἐπαυσάμην.

III. Ἐκ παιδὸς οὖν ἐν τοιούτοις ὢν λογισμοῖς[1] εἰς τὰς τῶν φιλοσόφων ἐφοίτων διατριβάς, ὥστε τι[2] βέβαιον ἐκεῖθεν μαθεῖν.[3] ἀλλὰ καὶ οὕτως οὐδὲν ἕτερον παρ᾽ αὐτοῖς τὸ σπουδαζόμενον[4] ἑώρων ἢ δογμάτων ἀνασκευὰς καὶ κατασκευάς, ἔριδάς[5] τε καὶ συλλογισμῶν τέχνας καὶ δὴ καὶ λημμάτων ἐπινοίας·[6] καί ποτε μὲν ἐπεκράτει φέρε λέγειν, ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχή, ποτὲ δὲ ὅτι θνητή. καὶ ὁτὲ[7] μὲν λόγος ἐπικρατῶν ἦν, ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, ἔχαιρον, ὁτὲ δὲ ὅτι θνητὴ, ἠνιώμην, πλέον δὲ πάλιν ἠθύμουν, ὅτι οὐδ᾽ ὁποτέρων τις[8] τὸν ἐμὸν βεβαιῶσαι νοῦν ἠδύνατο.[9] πλὴν ἐνενόουν, ὅτι αἱ δόξαι τῶν ὑποθέσεων παρὰ τοὺς ἐκδικοῦντας ἢ ψευδεῖς ἢ ἀληθεῖς ἀποφαίνονται, καὶ οὐχ ὡς ἔχουσιν αὐταὶ ἐφ᾽ ἑαυτῶν ἀληθείας καταλαμβάνονται. παρ᾽ ᾧ[10] καὶ ἔτι μᾶλλον ἐν τοῖς πράγμασιν ἰλιγγίων καὶ ἀπὸ τοῦ τῆς ψυχῆς βάθους ἐστέναζον. οὔτε γὰρ οἷός τε ἦν[11] ἀποβαλέσθαι τὴν περὶ τούτων φροντίδα καίτοιγε σφόδρα βουλόμενος, ὡς ἤδη φθάσας ἐγνώρισα, οὔτε βέβαιόν τι καταλαβεῖν ἠδυνάμην.

IV. Πάλιν γοῦν[1] ἀπορούμενος ἔλεγον ἐμαυτῷ· τί ματαιοπονῶ σαφοῦς ὄντος τοῦ πράγματος; ὅτι εἰ μὲν θανὼν οὐκ εἰμὶ, νῦν ὄντα με λυπεῖσθαι οὐ προσήκει. διὸ τηρήσω τὸ λυπεῖσθαι τηνικαῦτα, ὅτε οὐκ ὢν οὐ λυπηθήσομαι. εἰ δὲ ἄρα εἰμὶ, τί νῦν μοι ἐκ περισσοῦ[2] πρόσεστι τὸ λυπεῖσθαι; καὶ εὐθέως μετὰ τοῦτο ἕτερος ἐπεισῄει μοι λογισμός. ἔλεγον γάρ· μή τί[3] γε ἄρα τοῦ νῦν με λυποῦντος χείρονα ἐκεῖ πείσομαι,[4] μὴ βεβιωκὼς εὐσεβῶς καὶ παραδοθήσομαι κατ᾽ ἐνίων φιλοσόφων λόγους, Πυριφλεγέθοντι καὶ Ταρτάρῳ, ὡς Σίσυφος ἢ Τιτυὸς ἢ Ἰξίων ἢ Τάνταλος, καὶ ἔσομαι ἐν ᾅδου τὸν αἰῶνα κολαζόμενος; πάλιν δὲ ἀνθυπέφερον λέγων· ὡς ἀδήλου ὄντος τοῦ πράγματος ἀκινδυνότερόν[5] ἐστι μᾶλλον εὐσεβῶς βιῶναί με, καὶ τῶν τοῦ σώματος κρατεῖν ἡδονῶν, εἰ καὶ μὴ ἀκριβῶς ὅ,τι ποτέ ἐστι δίκαιον καὶ ἀρεσκον[6] θεῷ πεπληροφόρημαι, οὔτε[7] εἰ ἡ ψυχὴ ἀθάνατος ἢ θνητή.

B. Subinde est περὶ τοῦ θανάτου in A. — 6) μνήμην ποτὲ invertit A, qui post παραδιδόντος puncto distinguit. — 7) τοὺς deest in uno Cotelerii Ms., τοὺς οὐκ ἰδόντας εἰδὼς leg. B. — 8) Sic Turn., Cot., Hom. I, 1 et nostra Epit., ἄρα, πότε A, ἄρα πότε BCD, ἄρα ποτε al. ap. Cot. — 9) ἀεὶ ἦν transponit A. — 10) μετὰ τὴν λύσιν C. Subinde τί ἄρα D. — 11) ἐστι C. Subinde πάλιν. οἳ καὶ νῦν A.

Cap. II. 1) γε A, τι mendose Cle-

cuncta oblivioni tradente? cum autem non fuero, an quodammodo futurus sum, eos qui non sunt cognoscens, nec cognoscens, nec cognitus, quique non fuerim, non sim? Et aliquandone factus sit mundus et ante quam fieret, quidnam erat? Nam si semper fuit, semper etiam erit; sin vero ortum habet, omnino etiam dissolvetur: et post dissolutionem quidnam erit iterum, quod nunc impossibile mihi est mente concipere?

II. Haec atque his similia nescio unde indesinenter animo volutans perpetuo semper moerore afficiebar in tantum, ut pallerem ac tabescerem: et quod gravissimum erat, si quando harum rerum sollicitudinem abiicere tanquam vanam cogitarem, vehementius multo me premebat affectus. Et eam rem moleste ferebam nesciens, quod contubernalem haberem praeclaram cogitationem, quae immortalitatis mihi causa exstitit, ut postea ex rerum exitu agnovi, et Deo cunctorum effectori gratias egi. Cum enim ab initio me illa cogitatio vexaret, ad rerum inquisitionem venire coactus sum, et quos principio per ignorantiam beatos praedicabam, postea veluti miseros non cessavi lugere.

III. Igitur cum a puero in huiusmodi versarer considerationibus, ad philosophorum adventabam scholas, ut inde aliquid certi discerem; sed et sic nihil aliud ab eis studiose coli videbam quam dogmatum destructiones et adstructiones, contentionesque et syllogismorum artificia itemque sumptionum excogitationes; et aliquando quidem praevalebat verbi gratia, quod anima immortalis sit, aliquando vero quod mortalis. Et quidem quando ea opinio, quae animum facit immortalem, superior erat, gaudebam, quando autem ea, quae mortalem censet, moerore afficiebar rursumque magis animum despondebam, quod nec utriusque partis quispiam mentem meam poterat confirmare. Tantum intelligebam, sententias controversiarum pro viribus propugnatorum vel falsas vel veras iudicari, non vero prout ipsae se habent in se ipsis revera comprehendi. Propter quod plus adhuc in negotio aestuabam dubitatione ac ex animae profundo gemebam. Neque enim de huiusmodi curam reiicere poteram, licet valde cuperem, ut iam supra indicavi, neque firmum quid valebam retinere.

IV. Iterum ergo angustiis haesitationis pressus dicebam apud me: Quid inaniter laboro, cum manifesta sit res? Quodsi quidem post mortem non ero, nunc quando sum contristari non oportet. Quocirca tristitiam ad illud tempus reservabo, quo cum futurus non sim non contristabor. Si autem forte ero, cur mihi nunc superflue inest tristitia? Statimque postea alia me subiit cogitatio. Dicebam quippe: Ne forte ibi peiora eo quod me cruciat patiar, si non vixero pie, ac secundum quorundam philosophorum sententias tradar Pyriphlegethonti et Tartaro, quemadmodum Sisyphus vel Tityus vel Ixion vel Tantalus, atque in inferno aeternum puniar? Rursus autem excipiebam dicens: In re, quae incerta est, tutius multo est me pie vivere et voluptates corporis vincere, quamvis absolute et certo pleneque non sciam, quidnam iustum sit ac Deo gratum, nec utrum immortalis sit anima an mortalis.

---

rici ed. a. 1724. — 2) *ὠχριωκότα* A. — 3) *τούτου* A. — 4) *γενησομένην* C melius cum Homiliarum Codice Ottoboniano et utroque Codice prolixioris nostrae Epitomes. — 5) *εὐχαρίστησα* A.

Cap. III. 1) *ἐν τούτοις ὢν τοῖς λογισμοῖς* BD. — 2) *ὥς τι* A. — 3) *μαθεῖν ἐκεῖθεν* inv. B. — 4) *τῶν σπουδαζομένων* ABCD et al. ap. Cot.; om. utrumque Hom. I, 3 et nostra Epit. — 5) *ἔοις* AB (in quo fuisse videtur *ἔρεις*) D, *ἔρεις* C, Hom. l. c., nostra Epit. et al. ap. Cot. — 6) *ἐννοίας* B. — 7) Corrige Clerici mendum *καὶ ὅτι* in ed. a. 1724. — 8) *ὁποτέρω τις* A, *ὁπότερον εἷς* Hom. l. c., *ὁπότερόν τι* O nostrae Epit., *ὁποτέρως τις* al. ap. Cot. — 9) *ἐδύνατο* A. — 10) *παρ' ὃ* ABCD et al. ap. Cot. — 11) *ἤμην* A.

Cap. IV. 1) *οὖν* ABCD. — 2) *τί νῦν ἐκ περισσοῦ μοι* BC, deest *μοι* in D. — 3) *μή τοι* A. — 4) *ἐκεῖσε ποιήσομαι* A, *ἐκεῖσε πείσομαι* CD. — 5) *ἀκίνδυνόν* B. — 6) *ἀρέσκον* (cum isto accentu) C. — 7) *οὐ* A.

V. Τούτων οὖν τῶν λογισμῶν στρεφόντων μου τὴν ψυχὴν, εἰς Αἴγυπτον πορεύσομαι, εἶπον, καὶ τοῖς τῶν ἀδύτων ἱεροφάνταις καὶ προφήταις φιλιωθήσομαι, καὶ μάγον ζητήσας καὶ εὑρὼν χρήμασι πείσω πολλοῖς ψυχῆς ἀναπομπὴν τὴν λεγομένην νεκρομαντίαν[1] ἐργάσασθαι, ἐμοῦ δῆθεν ὡς περὶ πράγματός τινος πυνθάνεσθαι βουλομένου.[2] ἡ δὲ πεῦσις ἔσται περὶ τοῦ μαθεῖν, ἄρα εἰ ἀθάνατος[3] ἡ ψυχή. τοῦτο δὲ πάντως οὐκ ἐκ τοῦ ἀποκρίνασθαι αὐτὴν,[4] ὅτι ἀθάνατός ἐστιν, ἔσται[5] μοι γνῶναι, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὀφθῆναι μόνον, ὅτι ἐστίν. ἰδὼν γὰρ αὐτὴν αὐτοῖς ὄμμασιν, ἱκανὴν ἕξω πληροφορίαν, καὶ οὐκέτι πιστότερα ὀφθαλμῶν ὦτα ποιήσομαι. ὅμως φιλοσόφῳ τινὶ τῶν συνήθων καὶ ταύτην ἐκοινούμην τὴν γνώμην.[6] ὁ δὲ συνεβούλευέ μοι, μὴ λυσιτελὲς εἶναι τοῦτο τολμῆσαι δυοῖν ἕνεκα. εἴ τε γὰρ, ἔφη,[7] πάντως οὐχ ὑπακούσεται ἡ ψυχὴ τῷ μάγῳ, καὶ σὺ τοῖς ταῦτα ποιεῖν ἀπαγορεύουσι νόμοις ὡς ἀντιπράξας δυσσυνειδήτως βιώσεις· εἰ δὲ καὶ εἰσακούσεται,[8] μετὰ τοῦ δυσσυνειδήτως σε βιοῦν οἶμαι καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας μηκέτι σοι προχωρεῖν, οὗ ἕνεκεν[9] τὰ τοιαῦτα ἐτόλμας. ἐχθραίνειν[10] γὰρ τὸ θεῖον λέγουσιν ἐπὶ τοῖς σκύλλουσι τὰς ψυχὰς μετὰ τὴν ἀπὸ[11] τοῦ σώματος ἐκείνων διάλυσιν. ἐγὼ δὲ ταῦτα ἀκούσας ὀκνηρότερος μὲν ἐπὶ τὸ ἐγχείρημα[12] ἐγενόμην· ἀλλὰ τῆς προτέρας ἐννοίας ἐκείνης[13] παντάπασιν ἀποστῆναι οὐκ ἠδυνάμην.

VI. Καὶ ἵνα μή σοι τὰ τοιαῦτα λέγων μακρότερον[1] ἀποτείνω λόγον, ἐν τοσούτοις λογισμοῖς καὶ πράγμασιν ὄντος μου φήμη τις ἠρέμα Τιβερίου Καίσαρος τὰ Ῥωμαικὰ διέποντος σκῆπτρα ἔαρος ἤδη ἀρχομένου[2] ηὔξανεν ὁπόσαι ἡμέραι καὶ ὡς ἀληθῶς[3] ἀγαθὴ θεοῦ ἄγγελος διῄει τὸν κόσμον τὸ τοῦ θεοῦ βούλημα σιγῇ[4] στέγειν οὐ δυναμένη, μᾶλλον δὲ καὶ πλείων ἑκάστης ἡμέρας καὶ μείζων ἐγίνετο λέγουσα, ὡς τίς ποτε ἐν Ἰουδαίᾳ ἐξ ἐαρινῆς τροπῆς λαβὼν τὴν ἀρχὴν Ἰουδαίοις[5] τὴν τοῦ ἀϊδίου θεοῦ εὐαγγελίζεται βασιλείαν, ἧς ἀπολαύειν λέγει,[6] ἐάν τις αὐτῷ ἀρίστην διὰ πάντων ἐπιδείξηται[7] πολιτείαν. τοῦ δὲ πιστεύεσθαι αὐτὸν χάριν ὅτι θεότητος γέμων ταῦτα διδάσκει,[8] πολλὰ θαυμάσια, τέρατά τε καὶ σημεῖα ἐργάζεται ῥήματι μόνῳ κωφοὺς ἀκούειν ποιῶν,[9] τυφλοὺς ἀναβλέπειν, χωλοὺς περιπατεῖν, καὶ πᾶσαν νόσον ἀπελαύνει[10] καὶ πάντα δαίμονα φυγαδεύει, ἀλλὰ καὶ λεπροὶ ἐκ διαστήματος μόνον ἐνορῶντες αὐτῷ ἰώμενοι ἀπαλλάσσονται, νεκροὶ δὲ[11] προσφερόμενοι ἐξεγείρονται, καὶ οὐδέν ἐστιν, ὃ μὴ δυνατὸς εἴη[12] ποιεῖν. καὶ ὅσῳ γε[13] μᾶλλον ὁ χρόνος προέκοπτε, πολὺ μείζων[14] διὰ πλειόνων τῶν ἐπιδημούντων[15] καὶ βεβαιοτέρα καθίστατο οὐκ ἔτι φήμη,[11] λέγω, ἀλλ' αὐτὴ τοῦ πράγματος ἡ ἀλήθεια. ἤδη γάρ ποτε[17] καὶ συστήματα κατὰ τόπους ἐγίνετο βουλῆς καὶ σκέψεως ἕνεκα τὸ τίς ἂν ὁ φανεὶς εἴη, καὶ τί[18] βούλεται λέγειν.

VII. Ἄρτι δὲ τοῦ ἔτους πρὸς τὸ φθινοπωρινὸν ἀποκλίνοντος ἀνήρ τις δημοσίᾳ στὰς ἄνδρες, ἔφη, Ῥωμαῖοι ἀκούσατε· ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς ἐν Ἰουδαίᾳ[1] πάρεστιν ἐπαγγελλόμενος πᾶσι τοῖς βουλομένοις ζωὴν αἰώνιον, ἐὰν τὰ κατὰ γνώμην τοῦ πέμψαντος αὐτὸν πατρὸς[2] πράξωσι. διὸ μεταβάλλεσθε[3] ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα, ἀπὸ τῶν προσκαίρων ἐπὶ τὰ αἰώνια καὶ γνῶτε

Cap. V. 1) *νεκυομαντίαν* supra *ει* A, *νεκυομαντίαν* B, Hom. Cod. Ottob. et al. ap. Cot., *νεκυομα(ν)τείαν* C D et O nostrae Epit. — 2) *ἀσκουμένου* C. — 3) *ἀθάνατός ἐστι* C. — 4) *αὐτὴν* in textu posui ex ABCD et al. ap. Cot. — 5) Scripsi *ἔσται* c. BCD et al. ap. Cot., *ἔστιν* A, *ἐστί* vulg. — 6) *ταύτην τὴν γνώμην ἐκοίνωσα* B. — 7) *ἔφη* desideratur in B. — 8) *ὑπακούσεται* A. — 9) *εἵνεκεν* A, *εἵνεκε* C. — 10) *ἐχθραίνε* correctum in *ἐχθραίνει* B. — 11) *ἀπὸ*

V. His itaque cogitationibus animum meum versantibus In Aegyptum proficiscar, dixi, et adytorum hierophantis ac prophetis amicus efficiar, magoque quaesito ac invento multa pecunia ei persuadebo, ut animae evocationem, quam necromantiam vocant, faciat, tanquam videlicet de negotio aliquo percontari velim. Porro erit percontatio ut discam, utrum anima sit immortalis. Id autem prorsus cognoscam non ex eo, quod respondebit se esse immortalem, sed ex eo duntaxat, quod illam exsistere videbo. Nam oculis meis cernens eam satis magnam habebo certitudinem, nec iam plus fidam auribus quam oculis. Veruntamen cum philosopho quodam ex familiaribus meis hoc quoque consilium communicavi. Is vero monuit me, non expedire ut id auderem duas ob causas. Si enim, inquit, plane mago non obedierit anima, tu quoque utpote qui legibus haec agere vetantibus adversatus fueris male tibi conscius vives; sin autem paruerit, praeterquam quod vives male tibi conscius etiam quae ad pium cultum pertinent, cuius rei gratia talia aggressus fueris, non iam tibi bene cessura existimo. Divinitatem enim aiunt infestam esse iis qui animas, postquam a corporibus suis dissolutae sunt, vexant. Ego vero his auditis segnior quidem ad propositum factus sum; sed illa superiore cogitatione omnino non poteram absistere.

VI. Ac ne haec tibi referens sermonem protraham, cum in talibus considerationibus ac negotiis versarer, Tiberio Caesare Romana sceptra tractante post initium veris fama quaedam sensim diebus singulis percrebuit et revera bonus Dei nuncius mundum pervasit Dei voluntatem silentio tegere non sinens, sed et per singulos dies amplior et maior fiebat sic referens: „Quidam in Iudaea initio sumpto a verno tempore aeterni Dei regnum Iudaeis praedicat, quod asserit percepturum, si quis optimam per omnia vitam ipsi exhibebit. Ut autem credatur, eum divinitatis plenum docere ista, multa mirabilia, prodigia et signa edit solo verbo faciens audire surdos, caecos videre, claudos ambulare, et omnem morbum depellit omnemque daemonem fugat, quin etiam leprosi eminus tantum intuentes eum sanati abeunt, mortui vero oblati suscitantur, nec quicquam est, quod facere nequeat.“ Atque quo plus temporis praeteribat, eo maior ac firmior per complures illinc advenientes exsistebat non amplius, inquam, fama, sed ipsa rei veritas. Iam vero et coetus per loca fiebant, ut consultaretur ac dispiceretur, quisnam esset is, qui apparuisset et quid vellet dicere.

VII. Cum autem annus ad autumnum iam vergeret, homo quidam stans in loco publico „Viri, inquit, Romani audite: Dei filius in Iudaea adest cunctis volentibus promittens vitam aeternam, si fecerint, quae iubet is, qui misit illum, pater. Quapropter convertimini a deterioribus ad me-

---

om. C. — 12) Sic D c. vulg., *ἐπὶ τῷ ἐγχειρήματι* A, *περὶ τὸ ἐγχείρημα* BC. — 13) Vocc. *ἀλλὰ τῆς προτέρας ἐννοίας ἐκείνης* exciderunt exemplo B. Quare in eodem librarius subinde *παντάπασιν* secundis curis mutavit in *παντάπασι*. Transponitur *ἀποστῆναι παντάπασιν* in A.

Cap. VI. 1) Sic reposui ex A, *τοιαῦτα μακρὸν* BCD vulg. — 2) *ἀρχομένης* D. — 3) *ἀληθῶς* om. A. — 4) Is vocc. ordo est Codd. ABCD et Hom. I, 6 favente nostra Epit., *σιγῇ βούλημα* vulg. — 5) *Ἰουδαίοις* dedimus ex ABCD, Hom. l. c., nostra Epit. et al. ap. Cot., *Ἰουδαίαν* vulg. — 6) Ita scripsimus c. ABCD, Hom. l. c., nostra Epit. et al. ap. Cot., *μέλλει* vulg. — 7) *ἀποδείξηται* B. — 8) Concinnior est lectio Cod. A *ὅτι θειότητος γέμει ταῦτα διδάσκων*. — 9) *ποιεῖ* B. — 10) *ἀπολαύνειν* A. — 11) *δὲ* accessit ex ABCD, Hom. l. c. et nostra Epit. — 12) *ἤει* AB. — 13) *γε* om. D. — 14) *μεῖζον* A et al. ap. Cot., *μεῖζον* corr. in *μείζων* B, *μείζον* (sic) noster Hom. Cod., *μᾶλλον* O nostrae Epit. — 15) *ἀποδημούντων* A. — 16) *ἡ φήμη* C. — 17) *ποτε* om. D. — 18) *τὸ τί* C. Immo cum nostrae Epitomes Cod. Ottob. *τὸ* heic et ante *τίς ἂν* delendum.

Cap. VII. 1) Ita etiam Hom. I, 7 et nostra Epit., *νῦν* inserunt ABCD et al. ap. Cot. — 2) *πατρὸς* recepimus ex ABCD, Hom. l. c., nostra Epit., Rec. I, 7 et al. ap. Cot. — 3) *μεταβάλεσθε* AB, *μεταβαλῆσθε* C. —

τὸν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ἕνα θεόν,[4] *οὗ τὸν κόσμον ἀδίκως οἰκεῖτε ἔμπροσθεν τῶν αὐτοῦ δικαίων*[5] *ὀφθαλμῶν. ἀλλ' ἐὰν μεταβάλλησθε*[6] *καὶ κατὰ τὴν αὐτοῦ βιώσητε βούλησιν εἰς ἕτερον ἐνεχθέντες*[7] *αἰῶνα καὶ ἀΐδιοι γινόμενοι*[8] *τῶν ἀποῤῥήτων αὐτοῦ ἀγαθῶν ἀπολαύσετε· ἐὰν δὲ ἀπειθήσητε, μετὰ τὴν ἐνθένδε*[9] *ἀποβίωσιν εἰς τὸν τόπον τοῦ πυρὸς ἐμβληθήσεσθε, ὅπου ἀϊδίως κολαζόμενοι ἀνόνητα μεταμεληθήσεσθε.*[10] *ὁ γὰρ τῆς μετανοίας καιρὸς ἡ νῦν ἑκάστου ζωὴ τυγχάνει. ταῦτα μὲν οὖν ἐκεῖνος ἔλεγεν. ἐγὼ δὲ ἀκούων ἠχθόμην, ὅτι μηδεὶς ἐκ τοσούτου πλήθους τηλικαύτην ἀγγελίαν ἀκούσας εἰς Ἰουδαίαν, εἶπε, πορεύσομαι ἵνα ἴδω,*[11] *εἰ οὗτος ἀληθεύει λέγων, ὡς ἄρα υἱὸς τοῦ*[12] *θεοῦ ἐπιδεδήμηκε τῇ Ἰουδαίᾳ αἰωνίας τε καὶ ἀγαθῆς χάριν ἐλπίδος, τὴν τοῦ πέμψαντος πατρὸς βούλησιν καταγγέλλων, ἐπεὶ καὶ ὅπερ λέγουσιν αὐτὸν κηρύσσειν*[13] *οὐκ ἔστι μικρόν. ὧν μὲν γὰρ τὰς*[14] *ψυχὰς διαβεβαιοῦται αἰωνίους*[15] *οὔσας αἰωνίων ἀπολαύσεσθαι καὶ τῶν ἀγαθῶν, ὧν δὲ ἐν πυρὶ ἀσβέστῳ ῥιφείσας εἰς αἰῶνα κολασθήσεσθαι.*[16]

VIII. *Οὕτω περὶ τῶν λοιπῶν ἔχων τοιαῦτα καὶ*[1] *πρὸς ἐμαυτὸν ἔλεγον· τί δή ποτε μέμφομαι τοὺς ἄλλους*[2] *ἐν ἴσῳ τῆς ἀμελείας ὢν ἐκείνοις ἐγκλήματι καὶ οὐ πρότερον τὸν ἐμὸν διαθεὶς βίον εἰς Ἰουδαίαν ἀφικνοῦμαι μάρτυς τῶν τοιούτων αὐτὸς γενησόμενος; οὕτως οὖν βουλευσαμένῳ πολὺς ὁ μεταξὺ διετρίβετο χρόνος τῶν βιωτικῶν με πραγμάτων πρὸς ἑαυτὰ περισπώντων*[3] *καὶ δυσεκλύτων μοι γινομένων. τέλος γοῦν συννοήσας τὸν βίον ὅπως ἄστατός ἐστι καὶ ἀνώμαλος, εἶτα καὶ τὸν προτοῦ*[4] *χρόνον ἅπαντα διαμνημονεύσας ὅπως ὑποσαινούσης με ἀεὶ τῆς ἐλπίδος εἰς δεῦρο παρέμεινα, καὶ ὅτι οὕτως ἀσχολούμενοι πάντες ἄνθρωποι ἀποθνήσκομεν,*[5] *τὰ πάντα μου ὡς ἔτυχεν ἀφεὶς εἰς Πόρτον*[6] *εὐθὺς ὥρμησα, καὶ εἰς τὸν λιμένα ἐλθών τε καὶ ἀναχθεὶς*[7] *ἀνέμων ἀντιπνοίαις ἀντὶ τοῦ εἰς Ἰουδαίαν καταραι προσώκειλα τῇ Ἀλεξανδρείᾳ. ἐκεῖ δὲ συνεφοίτων τοῖς φιλοσόφοις πνευμάτων ἐπηρείας ἤδη μοι τὸν πλοῦν ἐπεχούσης καὶ τὰ*[8] *περὶ τῆς φήμης ἣν ὁ φανεὶς ἐν Ῥώμῃ διήγγειλε καὶ τίνα γε ἃ καταγγέλοι*[9] *σαφῶς ἕκαστα καταλέγειν ἠξίουν. οἱ δὲ φανέντα μέν, εἶπον, ἐν Ῥώμῃ τοιόνδε τινὰ ὅλως οὐκ ἴσμεν, περὶ δὲ τοῦ ἐν Ἰουδαίᾳ γενομένου καὶ υἱοῦ θεοῦ ὑπὸ τῆς φήμης κηρυττομένου παρὰ πολλῶν τῶν ἐκεῖθεν ἐληλυθότων ἠκούσαμεν καὶ περὶ πάντων ὧν ἐποίει καὶ ψιλῷ τῷ ῥήματι θαυμασίων ἐμάθομεν.*

IX. *Ἐμοῦ δὲ εἰπόντος· ἐβουλόμην τινὶ τῶν ἑωρακότων αὐτὸν συγγενέσθαι καὶ ὅσα ποθῶ μαθεῖν ἀκοῦσαι περὶ αὐτοῦ,*[1] *ὑπολαβόντες ἐκεῖνοι ἔστι τις ἐνταῦθα, φασίν,*[2] *οὐ μόνον ἱστορήσας αὐτόν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκεῖθεν γῆς ὑπάρχων, ἀνὴρ τίμιος ὀνόματι Βαρνάβας, ὃς ἕνα καὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἑαυτὸν*[3] *εἶναι λέγει καὶ ἐνταῦθά που καθεζόμενος τὰ παρ' ἐκείνου ὑπεσχημένα τοῖς τῶν τοιούτων ἀξίοις ἑτοίμως τῷ βουλομένῳ διέξεισι. καὶ δῆτα τὸν τόπον καταλαβών, εἰς ὃν ὁ ἀνὴρ εἰώθει καθέζεσθαι, καὶ μέρος καὶ αὐτὸς τοῦ περιεστηκότος πλήθους γενόμενος ἔστην*[4] *ἐπακούων τῶν λεγομένων, καὶ συνενόουν τἀληθῆ*[5] *οὐ διαλεκτικῇ τινι τέχνῃ διδάσκοντα τοῦτον,*[6] *ἀλλ' ἀπαρα-*

---

4) Pia interpolatio, sed parum necessaria. Similiter alibi. *Cot.* — 5) *ἔμπροσθε τῶν δικαίων αὐτοῦ* D. — 6) *μεταβάλησθε* AB, nostra Epit. et al. ap. Cot., *μεταβαλῆσθε* C. — 7) *ἀναχθέντες* C et al. ap. Cot. — 8) Sic etiam B et Hom. I. 7, *γενόμενοι* ACD et uterque nostrae Epitomes Cod. — 9) *ἐντεῦθεν* AB. — 10) Vocc. *ὅπου ἀϊδίως κολαζόμενοι ἀνόνητα μεταμεληθήσεσθε* non leguntur in A, *μελήσεσθε* corr. in *μεληθήσεσθε* p. *μεταμεληθήσεσθε* B

liora, a temporariis ad aeterna et agnoscite Deum, qui in tribus personis unus est, cuius mundum iniuste incolitis ante iustos eius oculos. Verum si convertamini et secundum voluntatem illius vivatis, in aliud seculum sublati aeternique effecti ineffabilibus eius bonis perfruemini; sin vero morem non gesseritis, postquam ex hac vita migrabitis, in locum ignis coniiciemini, ubi aeternum puniti frustra ducemini poenitentia. Nam poenitentiae tempus in praesenti uniuscuiusque vita consistit." Haec igitur ille dixit. Ego vero cum audissem, aegre ferebam, quod nemo ex tanta multitudine audita tam magna nunciatione dixisset: In Iudaeam proficiscar, ut videam an iste vera loquatur dum ait, Dei filium advenisse in Iudaeam propter sempiternam ac bonam spem, qui patris a quo missus est voluntatem annunciet, quandoquidem et id quod aiunt eum praedicare non est exiguum. Quorundam enim animas affirmat utpote immortales immortalibus etiam ac aeternis bonis fruituras, quorundam vero in ignem inexstinctum proiectas aeternum puniendas.

VIII. Cum ita erga ceteros affectus essem, haec quoque ad me ipsum dicebam: Quare vero alios incuso, qui in eodem cum illis crimine negligentiae versor, nec dispositis prius rebus meis in Iudaeam vado testis eorum omnium futurus ipse? Itaque dum hoc consilium agitarem, multum interim temporis terebatur negotiis huius seculi me ad se pertrahentibus, nec valente me ab iis expediri. Sed tandem cum vitam considerassem, quam instabilis sit ac inaequalis, cumque dein omne praeteritum tempus in memoriam revocassem, quo modo subblandiente mihi semper spe hucusque permansissem, quodque sic omnes homines occupati moriamur, cuncta mea prout erant relinquens confestim ad mare properavi et in portum veniens atque subvectus ventis adversantibus pro Iudaea, ad quam deferri cupiebam, Alexandriam appuli. Ibi autem ad philosophos ventitabam (ventorum quippe vis adhuc navigationem inhibebat) petebamque, ut singula clare enarrarent de eo rumore, quem is qui Romae conspectus fuerat annunciasset ac quaenam ille divulgasset. At illi responderunt: Talis quispiam Romae visus fuerit, plane nescimus; de eo autem qui in Iudaea degit et filius Dei esse a fama praedicatur audivimus a multis qui illinc venerunt, et intelleximus de mirabilibus omnibus, quae solo etiam verbo edidit.

IX. Et cum dicerem, cupere me in colloquium venire cum aliquo eorum qui illum vidissent, atque de eo audire quaecunque scire cuperem, excipientes illi dixerunt: Est hic quidam qui non solum vidit eum, sed et ex ea regione oriundus est, vir eximius nomine Barnabas, qui se etiam ait unum esse ex discipulis illius et hic alicubi sedens, quae ab illo promissa sunt talium dignis, ei qui velit narrat ultro. Et quidem ad locum in quo vir sedere solitus erat veni atque ipse quoque pars fui circumstantis multitudinis stetique audiens, quae dicebat, ac intellexi vera eum non dia-

---

11) *εἰδῶ* C et nostrae Ep. Cod. O, quod non displicet. Subinde *εἰ οὕτως ἀληθεύων λέγει* A, in B vulg. nisi *οὕτως* corr. in *οὗτος*. — 12) *τοῦ* om. ACD. — 13) *ὅπερ αὐτοὶ λέγουσι κηρύσσειν* A. — 14) *τὰς* om. D. — 15) *αἰονίας* D. — 16) *εἰς αἰῶνας κολάζεσθαι* ABCD et al. ap. Cot.

Cap. VIII. 1) *καὶ* om. B. — 2) *τοῖς ἄλλοις* C. — 3) *ἐπισπώντων* B. Mox *γενομένων* A. — 4) *πρὸ τοῦ* scribunt ABD, Turn., Cot. — 5) Sic ex A, Hom. I, 8 et nostra Epit., *θνήσκομεν* BCD c. vulg. — 6) Ita summo consensu et quidem rectissime ABCD, *πόντον* Turn., Cot., Cler. (a. 1698), *Πόντον* eiusdem ed. a. 1724. Portum Romanum heic intelligendum Clericus quidem suspicatus est, sed textui coniecturam non donavit. Lectionem postliminii iure a nobis restitutam Cod. Hom. Ottob. cum utroque nostrae Epitomes exemplari confirmat. Conf. infra c. 78 et Martyrium Ignatii c. 6. — 7) *ἀνενεχθεὶς* C. — 8) *τὰ* des. in B. — 9) *καταγγέλοι* dedi ex C, *καταγγέλλοι* ABD vulg.

Cap. IX. 1) *παρ᾽ αὐτοῦ* C. — 2) *φησὶν* C. — 3) *ἑαυτὸν* om. C. — 4) *ἔστιν* scr. A, idem fuit in B. — 5) *τὰ ἀληθῆ* BC. — 6) *τοῦτον* om. B. —

σκευάστως[7] οὕτω καὶ ἁπλῶς ἐκτιθέμενον, ἅ τε ἤκουσε καὶ ἑώρακε τὸν τοῦ θεοῦ φανέντα υἱὸν πεποιηκέναι τε[8] καὶ εἰρηκέναι. πολλοὺς δὲ μάρτυρας τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ λεγομένων θαυμασίων τε καὶ λόγων ἐξ αὐτοῦ τοῦ παρεστῶτος ὄχλου παρείχετο.

X. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὰ παρ᾽ αὐτοῦ ἀπανούργως λεγόμενα ἡδέως οἱ ὄχλοι διέκειντο, οἱ ἐκ παιδείας κοσμικῆς ὁρμώμενοι φιλόσοφοι χλευάζειν αὐτὸν καὶ γελᾶν ἐπειρῶντο σκώπτοντες ἀμέτρῳ θράσει[1] καὶ διασύροντες καὶ οἷα μεγάλοις ὅπλοις τοῖς συλλογισμοῖς[2] κατ᾽ αὐτοῦ χρώμενοι. ὁ δὲ ἀπωθούμενος αὐτῶν τὸν[3] λῆρον οὐ συνέτρεχεν αὐτῶν τῇ πανούργῳ πεύσει, ἀλλὰ καὶ[4] ἀκατάπληκτος ὢν λέγειν οὐκ ἀφίστατο. καὶ ποτέ τις διαπαίζων[5] δῆθεν αὐτὸν ἐπυνθάνετο· διὰ τί, ὦ νέε διδάσκαλε, κώνωψ[6] ἐγένετο καὶ βραχύτατος[7] ὢν ἓξ πόδας ἔχων[8] καὶ πτερὰ φέρει, ἐλέφας δὲ τὸ μέγιστον ζῶον ἄπτερος ὢν τέσσαρας μόνους ἔχει πόδας; ὁ δὲ τὴν διδασκαλίαν πρὸς τὴν ἐρώτησιν μικρὸν ἐπισχὼν οὐδεμιᾶς μέντοι τῷ ἐρωτήσαντι πρὸς ταῦτα μεταδοὺς ἀποκρίσεως τὸν ἀπ᾽ ἀρχῆς αὐτῷ προκείμενον αὖθις ἀνελάμβανε λόγον τούτῳ μόνῳ προοιμίῳ καθ᾽ ἑκάστην ἐγκοπὴν χρώμενος· ἡμεῖς τοῦ πέμψαντος ἡμᾶς τοὺς λόγους καὶ τὰς θαυμασίους πράξεις εἰπεῖν ὑμῖν μόνον ἔχομεν ἐντολήν, καὶ ἀντὶ τῆς λογικῆς ἀποδείξεως μάρτυρας παρέχομεν ὑμῖν τῶν ἐνταῦθα παρεστώτων πολλούς. λοιπὸν τῆς ὑμετέρας ἐστὶν ἐξουσίας, ὑπείκειν ἢ ἀπειθεῖν. τοῦ δὲ λέγειν ὑμῖν τὸ συμφέρον οὐ παύσομαι, ὅτι ἐμοὶ μὲν ζημία τὸ σιωπᾶν, ὑμῖν δὲ τὸ ἀπειθεῖν βλάβη. ἐδυνάμην[9] μὲν οὖν καὶ τῶν[10] εἰκαίων ὑμῶν προβλημάτων ἀποδοῦναι τὰς ἀποδείξεις, εἴγε φιλαλήθως ἑώρων ὑμᾶς περὶ τούτων πυνθανομένους. κώνωπος δὲ καὶ ἐλέφαντος τὴν αἰτίαν τῆς διαφόρου δημιουργίας νῦν ὑμῖν[11] οὐκ εὔκαιρον εἰπεῖν τοῖς τὸν[12] τῶν ὅλων ἀγνοοῦσι θεόν.

XI. Ταῦτα αὐτοῦ λέγοντος ἐκ συμφωνίας ἐκεῖνοι πολὺν καὶ ἄτακτον ἠφίεσαν γέλωτα εἰς ἀμηχανίαν αὐτὸν ἐμβάλλειν[1] πειρώμενοι καθάπερ βάρβαρόν τινα καὶ μαινόμενον. ἐγὼ δὲ ταῦτα ὁρῶν διεθερμαίνομαι[2] τὴν ψυχὴν καὶ ζήλῳ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ληφθεὶς σιγᾶν οὐχ ὑπέμενον, ἀλλὰ μετὰ παῤῥησίας εὐλόγως εἶπον· ὁ θεὸς ὑμῖν, ὦ οὗτοι, ἀκατάληπτον τὴν αὐτοῦ βούλησιν ἔθετο[3] ἀναξίους ὑμᾶς προϊδών, ἐξ ὧν νῦν[4] τοὺς κριτικὸν νοῦν ἔχοντας πληροφορῶν φαίνεται. ἐπεὶ γὰρ νῦν τῆς αὐτοῦ βουλήσεως κήρυκες ἐξαπεστάλησαν οὐ τέχνῃ τινὶ καὶ ῥητορείᾳ[5] λόγων, ἀλλ᾽ ἁπλῶς οὕτω καὶ ἀπανουργεύτως[6] τὴν αὐτοῦ βούλησιν παριστῶντες, ὡς πάντα ὁντιναοῦν[7] τὸν ἀκούσαντα νοεῖν τὰ λεγόμενα, πάρεστε νῦν ὑμεῖς πρὸς τῷ[8] μὴ νοεῖν τὸ ὑμῖν συμφέρον ἐπὶ τῇ ὑμετέρᾳ βλάβῃ γελᾶν τὴν ἐπὶ τῇ ὑμετέρᾳ καταδίκῃ πολιτευσαμένην ἐν βαρβάροις[9] ἀλήθειαν, ἣν καὶ ὑμῖν ἐπιδημήσασαν ξενίσαι οὐ βούλεσθε διὰ τὰς ἀσελγείας ὑμῶν καὶ τὸ λιτὸν τῶν λόγων αὐτῆς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῆτε, ὅτι εἰκῇ φιλόλογοί ἐστε καὶ οὐκ ἀληθεῖς φιλόσοφοι. μέχρι[10] μὲν οὖν πότε λαλεῖν μανθάνετε οἱ τὸ καλῶς λαλεῖν οὐκ ἔχοντες;[11] πολλὰ γὰρ παρ᾽ ὑμῶν[12] ῥήματα ἑνὸς οὐκ ἄξια λόγου. τί δὲ ἄρα[13] καὶ ἐρεῖ ὑμῶν[14] τὸ ἑλληνικὸν πλῆθος μία ψυχή ποτε γενόμενον, εἴπερ ἔσται κρίσις, ὡς οὗτός φησι· διὰ τί, ὦ θεέ, τὴν σὴν βούλησιν οὐκ ἐκήρυξας ἡμῖν; οὐ πάντως ἀκούσεσθε, εἴπερ τινος ἄρα καὶ ἀποκρίσεως καταξιωθήσεσθε·[15] ὡς ἐγὼ πάσας τὰς ἐσομένας πρὸ καταβολῆς κόσμου προαιρέσεις εἰδὼς ἑκάστῳ πρὸς τὸ αὐτοῦ ἄξιον λανθανόντως προαπήντησα.

7) ἀπαρεσκευάστως C. — 8) τε om. C.

Cap. X. 1) θάρσει A. — 2) λογισμοῖς C. — 3) τὸ A. — 4) καὶ om D. —

lectica ulla arte docere, sed adeo sine praemeditatione ac simpliciter exponere, quae audierat et viderat Dei filium qui apparuit fecisse ac dixisse. Multos autem testes verborum ac mirabilium, quae ab ipso proferebantur, ex ipsa assistente plebe producebat.

X. Verum quia ad ea quae ab ipso candide dicebantur libenter populus acquiescebat, philosophi utpote qui ex huiusce mundi disciplina prodierant, ludificari eum ac ridere ordiebantur immodica audacia cavillantes atque probris incessentes et adversus eum utentes syllogismis tanquam armis potentibus. At ille ineptias eorum repellens versutae ipsorum interrogationi non occurrebat, verum imperterritus non desinebat loqui. Et aliquando quidam iocabundus rogabat eum: Quare, o nove doctor, ita factus est culex, ut minimus exsistens et sex pedes habens insuperque alas gerat, elephas vero maximum animal cum careat alis quattuor tantum pedes habeat? Ille autem doctrina ad interrogationem paulisper cohibita nullo tamen de his dato responso ad eum qui interrogaverat sermonem quem ab initio sibi proposuerat resumpsit hoc solo utens prooemio in unaquaque interpellatione: Nobis demandatum solummodo est, ut vobis sermones ac mirabilia facta illius qui misit nos enarremus, ac pro demonstratione dialectica testes vobis producimus eorum qui hic adstant multos. Ceterum in vestra potestate est, obsequi vel fidem non habere. Ego certe non cessabo, vobis exponere quod utile est, quoniam mihi quidem damnum est tacere, vobis vero noxa non credere. Equidem possem reddere rationes futilium vestrarum quaestionum, si viderem vos de istis veritatis studio percontari. Verum causam diversae creationis culicis et elephanti nunc vobis aperire intempestivum esset, qui Deum omnium rerum ignoratis.

XI. Haec eo dicente illi communi consensu multum ac petulantem risum emiserunt ad stuporem ac consilii inopiam nitentes eum redigere veluti barbarum quendam ac insanum. Quae cum ego intuerer, animo coepi incalescere ac zelo nescio qua ratione correptus tacere non potui, sed cum fiducia dixi: Iure Deus, o isti, voluntatem suam incomprehensibilem vobis fecit indignos vos praesciens, sicut in praesentiarum dat plene intelligere iis qui mentis iudicio utuntur. Quandoquidem enim nunc eius voluntatis praecones missi sunt, qui non arte aliqua et verborum rhetorico ornatu, sed simpliciter tantum et absque calliditate consilium eius repraesentant adeo, ut quilibet qui audierit intelligat quae dicuntur, adestis vos, ut non intelligatis quod vobis expedit, utque damno vestro rideatis veritatem, quae inter Barbaros ad vestram condemnationem versatur, quamque ad vos advenientem non vultis hospitio recipere propter libidines vestras' et verborum illius vilitatem, ne arguamini inconsulto philologi esse amatores sermonum, non autem veri philosophi sapientiae studiosi. Quousque ergo discitis loqui, qui bene loqui nescitis? Multa enim verba quae profertis unius verbi pretio non sunt aestimanda. Quid autem et dicet Graeca vestra multitudo unanimis aliquando facta, si iudicium futurum est, ut iste ait: *Quare, Deus, voluntatem tuam non praedicasti*

---

5) *διαπύζων* A. Fortassis *διαπυτίζων*. Subinde *δῆθεν* om. B. — 6) *ὁ κώνωψ* C. — 7) *βραχύτατον* C. — 8) *ἔχει* C. — 9) *ἠδυνάμην* C. — 10) *τῶν* adiunximus ex ABCD, Hom. I, 10 et nostra Epit. — 11) *ἡμῖν* B, om. *ὑμῖν* C. — 12) *τὸν* addidimus ex BD, nostrae Epitomes Codice O et al. ap. Cot.

Cap. XI. 1) *ἐμβαλεῖν* C. — 2) Sic scripsi c. B p. *διαθερμαίνομαι* ACD vulg. — 3) *ἔθετο βούλησιν* ordo vocc. A. — 4) *νῦν* om. C. — 5) *ῥητορία* B. — 6) *ἀπανούργως* al. ap. Cot. — 7) *οὖν* p. *ὁντιναοῦν* B. — 8) *τὸ* D, idem fuit in A. — 9) *ἐν βαρβάροις πολιθευσαμένην* ordo vocc. B. — 10) *μέχρις* absque *μέν* seq. B. — 11) Verti vult Clericus: *qui bene loqui non potestis*, quia boni nihil didicerant. — 12) *παρ᾽ ὑμῖν* A. — 13) *ἄρα* om. C. — 14) Sic c. ABCD, Mss. Cotelerii, Hom. I, 11 et nostra Epit., ubi tamen *ὑμῖν* est in O ut ap. Turn., Cot. et Cler. — 15) *ἀξιωθήσεσθε* B; totum membrum *εἴπερ τινὸς*

τοῦτο δὲ αὐτὸ ὅτι οὕτως ἔχει βουληθεὶς τοὺς προσπεφευγότας μοι πληροφορῆσαι, διὰ τί ἀπαρχῆς ἐκ προτέρων γενεῶν τὴν ἐμὴν βούλησιν δημοσίᾳ οὐκ εἴασα[16] κηρυχθῆναι, νῦν πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου[17] κήρυκας ἐμῆς βουλῆς ἀπέστειλα, οἳ καὶ γελῶνται καὶ ὑβριζόμενοι χλευάζονται ὑπὸ τῶν μηδὲν ὠφελεῖσθαι βουλομένων[18] καὶ ἐπιτεταμένως τὴν ἐμὴν φιλίαν παραιτησαμένων; ὢ μεγάλης ἀδικίας, ὅτι μέχρι φόνου[19] κινδυνεύουσιν οἱ τοῦ θεοῦ κήρυκες, καὶ ταῦτα ὑπὸ τῶν εἰς σωτηρίαν καλουμένων ἀνδρῶν.

XII. Ταῦτά μου λέγοντος καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, πολὺς τῶν ὄχλων ἐγένετο θρύλλος.[1] καὶ οἱ μὲν ὡς τὸν Βαρνάβαν ἐλεοῦντες συνῆράν μοι, οἱ δὲ ἠλίθιοι ὄντες δεινῶς κατ᾽ ἐμοῦ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας. ἐπεὶ δὲ ἤδη καὶ ἡ ἑσπέρα κατέλαβε,[2] τῆς χειρὸς λαβὼν τὸν Βαρνάβαν καὶ μὴ βουλόμενον βίᾳ εἰς τὴν ἐμὴν ἦγον[3] οἰκίαν, ἔνθα καὶ μένειν αὐτὸν ἐποίησα, ἵνα μήτις[4] αὐτῷ χεῖρας ἐπιβάλῃ.[5] καὶ ἡμέρας ὀλίγας[6] σὺν ἐμοὶ διατρίψας καὶ τοῦ ἀληθινοῦ λόγου βραχέα με κατήχησε.[7] σπεύδειν γὰρ[8] ἔλεγεν εἰς Ἰουδαίαν ἀφικέσθαι τῆς ἑορτῆς χάριν, ὡς καὶ τοῦ λοιποῦ συνεῖναι τοῖς αὐτοῦ ὁμοεθνέσιν ἐθέλων.

XIII. Ἐμοῦ δὲ λίαν τῆς ἐκείνου γλώττης[1] κρεμαμένου καὶ σφοδρῶς ἐγκειμένου[2] καὶ οὐκ ἀνιέντος, ἀλλὰ τὴν λοιπὴν ἀπαιτοῦντος διδασκαλίαν καὶ λέγοντος· σὺ μόνον οὓς ἤκουσας[3] τοῦ φανέντος θεοῦ ἐκτίθου μοι λόγους, κἀγὼ τῷ ἐμῷ λόγῳ κοσμήσας τοῦ θεοῦ κηρύξω τὴν βούλησιν,[4] εἶθ᾽ οὕτως καὶ ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν συνεκπλεύσω σοι· λίαν γὰρ ποθῶ παρὰ τὸν τῆς Ἰουδαίας γενέσθαι τόπον, τάχα δὲ καὶ συνοικήσω ὑμῖν τὸν πάντα μου τῆς ζωῆς χρόνον, αὐτὸς τούτων ἀκούσας εὐθὺς ἀπεκρίνατο· σὺ εἰ μὲν ἱστορῆσαι τὰ ἡμέτερα καὶ μαθεῖν τὸ συμφέρον ἐθέλεις, ἐξαυτῆς μοι, φησί, σύμπλευσον· εἰ δὲ μὴ βούλει, ἀλλὰ τὰ σημεῖα τῆς οἰκήσεώς μου καὶ ὧν θέλεις ἐγώ σοι σήμερον γνωριῶ, ἵνα ὅτε καὶ βούλει παραγενόμενος εὕρῃς ἡμᾶς. ἐγὼ γὰρ αὔριον ἐπὶ τὰ ἐμαυτοῦ πορεύσομαι. καὶ δὴ ἀδυσώπητον οὕτως ἰδὼν τὸν Βαρνάβαν συνῆλθον αὐτῷ μέχρι καὶ τοῦ λιμένος, καὶ μαθὼν παρ᾽ αὐτοῦ ἅπερ ἔλεγε σημεῖα τῶν οἰκήσεων φημὶ πρὸς αὐτόν, ὡς εἰ μὴ αὔριον ἔμελλον[6] ἀπαιτῆσαί τι τῶν ὀφειλομένων μοι, ἐξαυτῆς ἂν καὶ συνέπλεόν σοι· πλὴν ἀλλὰ τάχιόν σε καταλήψομαι. ταῦτα εἰπὼν καὶ παραθέμενος αὐτὸν τοῖς τοῦ πλοίου ἡγουμένοις ὑπέστρεφον μετὰ λύπης, μεμνημένος τοῦ καλοῦ καὶ συνήθους φίλου.

XIV. Ἡμέρας δὲ διατρίψας καὶ τὸ χρέος δι᾽[1] ὃ καὶ ἐπεσχέθην οὐχ ὅλον λαβεῖν δυνηθείς, ἀμελήσας τοῦ περιλειπομένου[2] διὰ τὸ ταχὺ τὸν ἄνδρα καταλαβεῖν, ὡς ἐμποδίου μοι γενομένου,[3] καὶ αὐτὸς εἰς Ἰουδαίαν ἀπέπλευσα, καὶ διὰ πεντεκαίδεκα[4] ἡμερῶν τῇ Στράτωνος ἐπιδημῶ Καισαρείᾳ. ἐπιβάντος δέ μου τῆς γῆς καὶ ξενίαν ἐπιζητοῦντος μανθάνω Πέτρον τινὰ λεγόμενον, τοῦ ἐν Ἰουδαίᾳ φανέντος Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ σημεῖα καὶ τέρατα πεποιηκότος τὸν δοκιμώτατον μαθητήν, αὔριον Σίμωνι τῷ ἀπὸ Γιτθῶν[5] Σαμαρεῖ μέλλειν ἰέναι πρὸς διαλέξεις. ἐγὼ δὲ ταῦτα ἀκούσας ἐδεήθην τὴν τούτου μοι μηνυθῆναι μονήν. καὶ ὅμως ἔμαθον, καὶ τῷ πυλῶνι ἐπέστην.

ἄρα καὶ ἀποκρίσεως καταξιωθήσεσθε om. A. — 16) εἴασε C. — 17) Vertit Cotelerius, quasi perinde esset ac τοῦ αἰῶνος sententia postulante, sed sine exemplo, quod quidem sciam. *Cler*. Exhibet χρόνου B vocabulo, quod prius fuit, eraso; fuisse autem suspicor βίου. Mox βουλῆς ἐμῆς inv. C. — 18) οὐδὲν ὠφελεῖσθαι δυναμένων C. — 19) φόνου c. ABCD, Hom. l. c., nostra Epit. et al. ap. Cot., φθόνου vulg.

Cap. XII. 1) τρύλος scr. BD. — 2) κατέλαβεν fuit in B. — 3) ἀπῆγον A. — 4) ἵνα μήτις B. — 5) Sic leg. c.

nobis? Nullatenus audiemini, si forte et aliquam responsionem reportabitis, huiuscemodi: *Ego cum omnes futuras voluntates ante constitutionem mundi cognoscerem, unicuique pro merito suo latenter praevius occurri. Quod autem id ipsum ita se habeat volens iis, qui ad me confugerunt, plene manifestare, cur ab initio a primis generationibus voluntatem meam palam non siverim praedicari, nunc circa finem seculi praecones mei consilii misi; illi vero et irridentur et contumeliis affecti deluduntur ab iis, qui nequaquam volunt adiuvari meamque amicitiam vehementer repudiarunt?* O magnam iniuriam! mortis etiam periculum subeunt praedicatores Dei idque per eos homines, qui ad salutem vocantur.

XII. Quae cum dicerem aliaque his consentanea, multum in plebe ortum est murmur. Atque alii quidem tanquam Barnabam miserantes mihi favebant; alii vero, qui erant stolidi, graviter in me stridebant dentibus. Porro cum iam vespera advenisset, Barnabae manu apprehensa eum licet nolentem vi ad meam domum duxi, ubi et feci manere, ne quis ei manus iniiceret. Paucosque dies mecum moratus nonnulla verae religionis rudimenta me docuit. Aiebat enim, quod properaret venire ad Iudaeam propter festum, ut qui vellet inposterum cum suis popularibus degere.

XIII. Ego vero cum valde ab illius lingua penderem ac vehementer instarem nec desisterem, sed reliquam doctrinam postularem ac dicerem: Tu tantum mihi expone Dei, qui apparuit, quos audisti sermones, et ego oratione mea eos ornans voluntatem Dei praedicabo, sicque postea intra paucos dies navigabo tecum; admodum enim cupio ad Iudaeae regionem venire, ac forte vobiscum toto vitae meae tempore habitabo, ille his auditis illico respondit ac dixit: Tu si quidem videre nostra et quod expedit cupis discere, mecum statim navigato; sin vero non vis navigare, ego hodie signa domicilii mei eorumque, quos convenire desideras, indicabo, ut quando volueris venire nos invenias; ego namque cras ad mea me conferam. Et vero cernens Barnabam adeo esse inexorabilem, comitatus sum eum usque ad portum, acceptisque ab eo signis quae dixerat domiciliorum, aio ad illum: Nisi cras repetendum mihi esset aliquid eorum, quae mihi debentur, profecto iamiam tecum navigarem; attamen cito te assequar. His dictis commendatoque eo navis ductoribus reversus sum cum tristitia, memor boni ac concordis amici.

XIV. Aliquot autem dies moratus et debitum propter quod retentus fueram non totum accipere valens, ut celeriter hominem attingerem neglecto quod supererat, quia mihi esset impedimento, ipse quoque in Iudaeam enavigavi, et quintodecimo die Caesaream Stratonis advenio. Cumque terram tetigissem et hospitium quaererem, audio quendam nomine Petrum Iesu Christi Dei filii, qui in Iudaea apparuerat et signa atque prodigia ediderat, probatissimum discipulum crastino die cum Simone ex Gitthis Samaritano venturum ad disputationem. Quae ego audiens rogavi, indicari mihi illius mansionem. Et statim ac didici, praesto fui ad fores. Intuiti autem me qui in domo erant, inter se conferebant, quisnam essem ac

---

ABCD, Hom. I, 13, nostra Epit. et al. ap. Cot., *ἐπιβάλλῃ* vulg. — 6) *ὀλίγας* om. C. — 7) *καὶ τοῦ ἀληθοῦς λόγου βραχέως με κατηχῆσαι* A, *καὶ τοῦ ἀληθοῦς λόγου βραχέα με κατηχήσας* BCD, *κατηχήσας* al. ap. Cot. Nec Homiliarum textus I, 13 correctior est. Clarius omnia se habent in nostra Epit. — 8) *γὰρ* om. B. et al. ap. Cot., *ἔλεγε γὰρ σπεύδειν* ordinat A.

Cap. XIII. 1) *γλώσσης* A. Subinde *ἐκκρεμαμένου* BCD. — 2) Vocc. *καὶ σφοδρῶς ἐγκειμένου* om. D. — 3) Vocc. *οὓς ἤκουσας* des. in C. — 4) Sic BCD c. Hom. I, 14 et nostra Epit. suffragante Ruf. (Rec. I, 11); lectio Codicis A *ἔλευσιν* unice genuina videtur. — 5) *καὶ* om. A. — 6) *ὤφειλον* D.

Cap. XIV. 1) *δι'* des. in B. — 2) *περιλειπουμένου* A. — 3) *γινομένου* BC. — 4) *πέντε καὶ δέκα* scr. C. — 5) *Γητθῶν* al. ap. Cot. —

θεασάμενοι δέ με[6] οἱ ἐν τῷ οἴκῳ ἀντιβάλλοντες ἦσαν, τίς τέ εἰμι καὶ πόθεν ἥκω. καὶ ἰδεῖν πάντες συνῄεσαν. καὶ ἐν τῷ τούτους με ἀνιστορεῖν καὶ πυνθάνεσθαι, ἰδοὺ καὶ Βαρνάβας[7] ἅμα τῷ ἰδεῖν περιεπλάκη μοι πολὺ χαίρων καὶ δακρύων, καὶ λαβόμενός μου τῆς χειρὸς εἰσῆγεν εἰς τὴν οἰκίαν. εἶτα καὶ τὸν Πέτρον ὑποδεικνὺς οὗτός ἐστιν, ἔλεγε, Πέτρος, ὃν μέγιστον ἐπὶ τῇ τοῦ θεοῦ σοφίᾳ ἐπηγγελλόμην σοι, Κλήμη, ᾧ πάντα τε[8] τὰ κατά σε καλὰ καὶ τὴν προαίρεσιν ἀεὶ[9] διηγούμην, ὡς ἐντεῦθεν γλίχεσθαι καὶ αὐτὸν ἰδεῖν σε καὶ τὴν σὴν ἐπιποθεῖν συντυχίαν. μέγα οὖν αὐτῷ δῶρόν σε διὰ τῶν ἐμῶν προσφέρω χειρῶν. καὶ τοῦτο εἰπὼν προσαγαγὼν ἔφη· οὗτός ἐστι Κλήμης, Πέτρε.

XV. Ὁ δὲ ἡνίκα τοῦ ὀνόματος ἤκουσεν εἰς μνήμην ἐλθὼν τῶν τοῦ[1] Βαρνάβα διηγημάτων ἐξήλα τότε ὡς εἶχεν εὐθὺς, καὶ προσηνῶς με καὶ γνησίως καταφιλήσας καὶ παρακαθισάμενος καλῶς ἐποίησας, ἔφη, τὸν τῆς ἀληθείας κήρυκα ξενίσας Βαρνάβαν εἰς τιμὴν τοῦ ὄντως[2] θεοῦ, καὶ λίαν μεγαλοφρόνως οὐκ αἰδεσθεὶς, οὐ φοβηθεὶς[3] τὸν τῶν ἀπαιδεύτων θυμόν. μακάριος γὰρ ὡς ἀληθῶς σὺ τὸν τῆς ἀληθείας πρεσβευτὴν οὕτω ξενίσας πάσῃ τιμῇ· ἀνθ᾽ ὧν αὐτὴ[4] καί σε ἡ ἀλήθεια ξένον ὄντα τῆς ἰδίας πόλεως καταστήσει πολίτην· καὶ τότε χαρήσῃ[5] μεγάλως, ὅτι βραχεῖαν νῦν χάριν δανείσας καὶ ἀγαθὴν λόγων προαίρεσιν καλῶν ἀϊδίων καὶ ἀναφαιρέτων ἀγαθῶν ἔσῃ κληρονόμος· καὶ μὴ κάμνε ἀντιβάλλων μοι τὸ σὸν ἦθος· πάντα γὰρ τὰ κατά σε ὁ φιλαλήθης οὗτος ἀνὴρ ὁ Βαρνάβας ἀπήγγειλε καθ᾽ ἡμέραν σχεδὸν τὴν ἀγαθήν σου μνήμην ποιούμενος. καὶ ἵνα σοι ὡς γνησίῳ φίλῳ δηλώσω κατ᾽ ἐπιτομὴν τὸ προκείμενον, εἰ μή σοί τι ἐμποδίζει[6] συνόδευσον ἡμῖν μεταλαμβάνων τῶν τῆς ἀληθείας λόγων, ὧν[7] κατὰ πόλιν ποιεῖσθαι μέλλω μέχρι Ῥώμης αὐτῆς.

XVI. Ἐγὼ δὲ πρὸς αὐτὸν σοὶ μὲν ἑτοίμως ἔχω[1] συνοδεύειν, εἶπον· τοῦτο γὰρ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως χαίρων προῄρημαι. πλὴν περὶ ἀληθείας βούλομαι πρῶτον[2] πληροφορηθῆναι ἵνα γνῶ, εἰ ἡ ψυχὴ ἀθάνατος ἢ θνητὴ, καὶ εἰ[3] ἀΐδιος οὖσα, περὶ ὧν ἔπραξεν ἐνταῦθα, ἔχει κριθῆναι, καὶ τί ποτέ ἐστι δίκαιον ἢ ἀρέσκον θεῷ, καὶ εἰ γέγονεν[4] ὁ κόσμος καὶ διὰ τί γέγονεν, καὶ εἰ λυθήσεται[5] καὶ εἰ[6] οὐ λυθήσεται, καὶ εἰ[7] κρείττων ἔσται ἢ οὐδὲ ἔσται· καὶ ἵνα μὴ τὸ κατ᾽ εἶδος λέγω, ταῦτά τε καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα μαθεῖν ἤθελον. ὁ δὲ τί ταυτὶ[8] βούλεται τὰ ῥήματα τῷ θείῳ πνεύματι γνοὺς ταχεῖαν τὴν ἀπόκρισιν ἐποιεῖτο, ἵνα καὶ ταχύ με πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπαναγάγηται.[9] καὶ συντόμως ἐγώ σοι,[10] ἔλεγεν, ὦ Κλήμη, τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν παρέξομαι, καὶ τὰ νῦν[11] ἐξ αὐτῆς ἄκουε.

XVII. Ἡ τοῦ θεοῦ βουλὴ κατὰ πολλοὺς τρόπους ἐν ἀδήλῳ γέγονε τοῖς ἀνθρώποις. πρῶτα μὲν διὰ τὸ κρατηθῆναι αὐτοὺς εἰσαγωγῇ κακῇ, συντροφίᾳ πονηρᾷ, συνηθείᾳ δεινῇ, ὁμιλίᾳ οὐ καλῇ,[1] προλήψει οὐκ ὀρθῇ, καὶ διὰ ταῦτα πλάνῃ· ἔπειτα ἀφοβίᾳ, ἀπιστίᾳ, πορνείᾳ, φιλαργυρίᾳ, κενοδοξίᾳ καὶ

---

6) με inserui c. ABCD. Iam textus quoque Homiliarum I, 15 hinc absolvendus. — 7) Istam Codicis Angelici, qua et Homiliarum et nostrae Epitomes textus emendatur, lectionem palmariam recipere non dubitavi p. καὶ πόθεν ἥκω. καὶ ἰδοὺ Βαρνάβας ἐκβὰς (om. ἐκβὰς AB), ἅμα τῷ (τοῦ nostra Epit. et al. ap. Cot., om. τῷ B) ἰδεῖν περιεπλάκη μοι BCD vulg. — 8) καὶ vulg. post τε exclusi c. ABCD. — 9) ἀεὶ om. B.

Cap. XV. 1) τοῦ adiunxi ex ABCD. 2) Sic scripsimus c. BD et nostro Hom. Codice Ottob. p. ὄντος AC vulg. et nostrae Epit. Rectum vidit Clericus ex c. 29. — 3) Vocc. οὐ φοβηθεὶς accesse-

unde proficiscerer. Ac omnes ad spectandum congressi sunt. Dumque illi interrogando me percunctantur, ecce et Barnabas simulac vidit, me complexus est multum gaudens ac lacrimans apprehensaque manu mea in domum introduxit. Deinde Petrum ostendens Hic est, inquit, Petrus, quem maximum in Dei sapientia tibi denunciabam, o Clemens, cuique omnia quae in te sunt bona et propositum tuum semper narrabam, ut ex eo ipse etiam cupiat videre te tuamque congressionem expetat. Magnum igitur ei munus te manibus meis offero. Quod cum dixisset, obtulit me et dixit: Hic est Clemens, Petre.

XV. At Petrus postquam nomen audivit, memoria repetens Barnabae narrationes confestim eo habitu quo erat prosiliit meque benigne ac germane exosculatus atque assidere faciens Recte fecisti, inquit, qui veritatis praeconem Barnabam hospitio exceperis in honorem eius, qui revera Deus est, et admodum excelso te gessisti animo, quia te eius non puduit, et qui imperitorum furorem non fueris veritus. Revera enim beatus es tu, quod veritatis legatum ita omni cum honore susceperis hospitem; pro quibus factis ipsa quoque veritas te, qui hospes es, suae urbis civem designabit; tuncque magnopere laetaberis, quia parvam gratiam nunc foeneratus bonamque doctrinae voluntatem eris haeres commodorum aeternorum bonorumque, quae auferri non possunt. Nec vero laborem subeas referendi mihi mores tuos; omnia enim, quae ad te pertinent, amator iste veritatis Barnabas indicavit fere quotidie bonam tui mentionem faciens. Et ut tibi tanquam vero amico breviter rem aperiam, nisi tibi aliquid impedimento est iter nobiscum habe ac participa sermones veritatis, quos per singulas civitates habiturus sum Romam usque ipsam.

XVI. Ego vero ad illum Paratus quidem sum proficisci tecum, inquam; hoc namque nescio quo modo constitui laetus. Verum cupio prius certior de veritate fieri ut sciam, utrum anima immortalis sit an mortalis, et si est sempiterna, num ob ea quae hic gessit iudicari debeat, item quidnam sit iustum ac Deo gratum, praeterea factusne sit mundus et quare factus, et an sit dissolvendus necne, et an melior futurus an nec futurus omnino; ac ne singula prosequar, haec atque his similia vellem discere. Ille autem divino spiritu cognoscens, quid sibi vellent ea verba, citum responsum dedit, ut et cito me ad veritatem revocaret. Atque ego inquit breviter tibi, o Clemens, rerum scientiam exhibebo, et iam nunc audi.

XVII. Dei voluntas multas ob rationes hominibus occulta fuit. Primo quidem quod illi detinerentur prava institutione, convictu vitioso, consuetudine perniciosa, malis colloquiis, non recta opinionum anticipatione, atque eapropter errore; dein contemptu, incredulitate, fornicatione,

---

runt ex ABCD, Hom. I, 16, nostra Epit. et al. ap. Cot. — 4) *αὐτὴ* om. B. — 5) *χαρίσῃ* BD. — 6) *ἐμποδίζει τι* ordinat A, *τι ἐμποδίζοι* D, idem fuisse videtur in B. — 7) Ea lectio est Codicis A, Cod. Hom. Ottob., nostrae Epit., al. ap. Cot. et B man. pr. supra, cui substat eadem man. *τὸν τῆς ἀληθείας λόγον, ὃν* ut vulg.; *τῶν .... λόγων· ὃν* CD.

Cap. XVI. 1) *ἔχων* A. — 2) *πρότερον* accuratius BC. — 3) *εἰ* om AB. — 4) Sic AB, *γέγονε* CD vulg. Seq. articulus *ὁ* accessit ex A. Ex eodem *γέγονεν* in fine, *γέγονε* BD c. vulg. Integrum membrum *καὶ διὰ τί γέγονε* om. C. — 5) *οὐ λυθήσεθαι* D. — 6) *εἰ* des. in B, subseq. negatio *οὐ* non est in D. Totum membrum *καὶ εἰ οὐ λυθήσεται* om. A. — 7) *εἰ* recipiendum erat ex BCD, Hom. I, 17, nostra Epit. et al. ap. Cot. — 8) *ταυτῇ* scr. A. — 9) *ἐπαγάγηται* C et al. ap. Cot. — 10) *ἐγώ σοι* om. B; *ὁ δὲ Πέτρος* (om. *Πέτρος* Hom.) *πρὸς ταῦτα ἀπεκρίνατο· συντόμως σοι ὦ* p. *ὁ δὲ τί ταυτὶ βούλεται ..... ἐπαναγάγηται. καὶ συντόμως ἐγώ σοι, ἔλεγεν, ὦ* Hom. l. c., nostra Epit. et al. ap. Cot. — 11) *τὰ δὲ νῦν* p. *καὶ τὰ νῦν* ABC, *τὰ νῦν δὲ* D. Lectionem vulg. habes etiam in Hom. l. c. et nostra Epit.

Cap. XVII. 1) Sic dedimus ex BCD et al. ap. Cot. faventibus Hom. I, 18 et nostra Epit., *καλῇ* sine neg. *οὐ* A, unde ortum videtur *κακῇ* vulg. —

ἄλλοις τοιούτοις, ἃ δὴ καθάπερ καπνοῦ πλῆθος εἰς ἕνα προσπελάσαντα καὶ ἐπεισελθόντα οἶκον τὸν κόσμον[2] καὶ τῶν ἔνδοθεν οἰκούντων ἀνδρῶν ἐπιθολώσαντα τὰς ὁράσεις ἀναβλέψαι αὐτοὺς οὐκ ἐᾷ, καὶ τῇ διαγραφῇ τὸν δημιουργήσαντα κατανοῆσαι θεὸν, καὶ τὸ τούτῳ δοκοῦν γνωρίσαι. διὰ χρὴ τοὺς φιλαλήθεις ἔσωθεν ἐκ βάθους ψυχῆς ἐκκαλέσασθαι πρὸς ἐπικουρίαν ἀληθεῖ λογισμῷ τὸν μόνον θεὸν, κύριον δὲ ἡμῶν καὶ σωτῆρα Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ παρ' αὐτοῦ γνῶσιν λαβεῖν, ἵνα τις ἐντὸς ὢν ἐν τῷ οἴκῳ τῷ πεπλησμένῳ καπνοῦ, τῷ κόσμῳ τούτῳ φημὶ, προσιὼν ἀνοῖξαι δυνηθῇ θύραν, ὡς τὸ μὲν ἐκτὸς τοῦ ἡλίου φῶς εἰσκριθῆναι τῷ οἴκῳ, τὸν δὲ ἐντὸς τοῦ πυρὸς ὄντα ἐκβληθῆναι καπνὸν, ὅπως διαβλέψαντες οἱ ἄνθρωποι πιστεύσωσιν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν τὸν πρὸ τῶν αἰώνων ἐξ αὐτοῦ ἀφράστως γεννηθέντα[3] καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀῤῥήτως ἐκπορευόμενον, ἕνα θεὸν γνωρίζοντες ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, ἄναρχον, ἀτελεύτητον, αἰώνιον, ἀΐδιον, ἄκτιστον, ἄτρεπτον, ἀναλλοίωτον, ἁπλοῦν, ἀσύνθετον, ἀσώματον, ἀόρατον,[4] ἀναφῆ, ἀπερίγραπτον, ἀπερίληπτον,[5] ἄπειρον, ἀκατανόητον, ἀγαθὸν, δίκαιον, παντοδύναμον, πάντων κτισμάτων δημιουργὸν, παντοκράτορα, παντεπόπτην, πάντων προνοητὴν, ἐξουσιαστὴν καὶ[6] κριτήν· καὶ οὕτως ἀναγεννηθέντες δι' ὕδατός τε[7] καὶ πνεύματος συγκληρονόμοι καταστῶσι τῶν πρὸς ἀφθαρσίαν ἀναγεννηθέντων υἱῶν τοῦ θεοῦ.

XVIII. Διὸ πρὸ παντὸς ζητήματος καὶ αὐτὸς, ὦ Κλήμη, ἑτοίμως ὡς υἱὸς πατρὶ πρόσελθε, ἵνα καὶ τῶν ὁρωμένων καὶ τῶν ἀοράτων ἀψευδῶς τὴν γνῶσιν θεὸς[1] παράσχῃ σοι. εἰ δὲ καὶ μετὰ τὸ κληθῆναι οὐ θέλεις ἢ βραδύνεις, δικαίᾳ θεοῦ κρίσει ἀπόκληρος ἔσῃ,[2] τῷ μὴ θελῆσαι μὴ θεληθείς. καὶ μή τοι νομίσῃς, ὅτι κἂν πάντων τῶν ποτε γενομένων εὐσεβῶν εὐσεβέστατος[3] γένῃ, μὴ φθάσῃς[4] δὲ τελειωθῆναι διὰ τοῦ[5] βαπτίσματος, ἐλπίδος ἀγαθῆς τυχεῖν δυνήσῃ ποτέ. ταύτῃ γὰρ πλείονα μᾶλλον[6] ὑφέξεις τὴν κόλασιν, ὅτι καλοῖς ἔργοις οὐκ ἐχρήσω καλῶς. οὐδὲ γὰρ καλὸν τὸ καλὸν, ὥς[7] φασιν, ὅταν μὴ καλῶς γίνηται.[8] σὺ δὲ εἰ οὐ θέλεις ὡς τῷ θεῷ δοκοῦν βαπτισθῆναι, τῷ σῷ μᾶλλον ὑπηρετῶν θελήματι ἐχθραίνεις πάντως τῇ ἐκείνου βουλῇ. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς· καὶ τί συμβάλλεται πρὸς εὐσέβειαν τὸ βαπτισθῆναί με ὕδατι; πρῶτον μὲν, ὅτι τὸ δόξαν θεῷ πράττεις. δεύτερον δὲ, ὅτι δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἀναγεννᾶσαι[9] θεῷ, καὶ τὴν ἐξ ἐπιθυμίας πρώτην σοι γενομένην[10] καταλλάσσεις γέννησιν, καὶ οὕτω σωτηρίας τυχεῖν δυνήσῃ· ἄλλως δὲ ἄρα ἀδύνατον. οὕτω[11] γὰρ ὁ ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ ἀφθαρσίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν ἐνανθρωπήσας[12] θεὸς λόγος εἶπεν ἡμῖν· Ἀμὴν[13] λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ἀναγεννηθῆτε δι' ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. διὰ πρόσελθε τῷ βαπτίσματι· τοῦτο γὰρ μόνον τὴν τοῦ πυρὸς ὁρμὴν σβέσαι δύναται. καὶ μὴ ἀναβάλλου, ὅτι ἡ ἀναβολὴ κίνδυνον οἶδε φέρειν διὰ τὸ ἄδηλον εἶναι τοῦ θανάτου τὴν προθεσμίαν.

---

2) Iam unius Angelici auxilio Codicis locum heic aeque ac Hom. l. c. et in nostra Epit. corruptum ita sanatum habes, ut coniecturis opus sit nullis. Relqq. nostri scripti repetunt vulg. εἰς ἕνα οἶκον ἐπεισελθόντα τὸν κόσμον. — 3) τὸν πρὸ τῶν αἰώνων ἐξ αὐτοῦ ἀφράστως γεννηθέντα appositio non est in A. — 4) ἀόρατον om. A. Epitheta subseqq. ἀναφῆ, ἀπερίγραπτον om. B. — 5) ἀκατάληπτον AB et al. ap. Cot., ἀπερίληπτον, ἀκατάληπτον CD, nostra Epit. et al. ap. Cot. — 6) καὶ om. D. — 7) τε om. C.

Cap. XVIII. 1) θεὸς τὴν γνῶσιν inv. B. Subinde παράσχοι C. — 2) ἀποκληρώσῃ al. ap. Cot. — 3) εὐσεβέστερος B et nostra Epit., εὐσεβέστερος

avaritia, inani gloria aliisque similibus; quae cum tanquam plurimus fumus coniunctim vagarint et intraverint pro domo mundum intusque habitantium hominum visum offuscarint, eos non sinunt aspicere neque mundi creatorem Deum intelligere ex iis, in quibus ipse se pinxit, nec cognoscere quod ei placet. Quocirca oportet, veritatis studiosi intrinsecus ex animae profundo ad auxilium vera ratione vocent Deum solum, dominum autem nostrum ac salvatorem Iesum Christum, et ab eo cognitionem accipiant, ut aliquis intus positus in domo fumi plena, in hoc, inquam, mundo, accedens possit aperire fores, quo lumen solis, quod extra est, intromittatur in domum, ignis vero fumus, qui intro est, eiiciatur, ut homines, cum perspexerint, credant in unum Deum patrem omnipotentem et in unigenitum eius filium ex eo ante secula inenarrabili modo genitum et in spiritum sanctum ex eodem ineffabili ratione procedentem, atque unum Deum cognoscant in tribus personis, principio carentem, finis expertem, aeternum, perpetuum, increatum, immutabilem, variationi non obnoxium, simplicem, non compositum, incorporeum, invisibilem, intactilem, incircumscriptum, incomprehensibilem, infinitum, non valentem perspici, bonum, iustum, potentem omnia, creaturarum omnium opificem omnipotentem, inspectorem cunctorum, provisorem omnium, dominatorem ac iudicem: atque ita aqua et spiritu renati cohaeredes constituantur filiorum Dei renatorum ad incorruptionem.

XVIII. Quapropter ante omnem quaestionem tu quoque, o Clemens, prompte tanquam filius ad patrem accede, ut et visibilium et invisibilium cognitionem vere tibi praebeat Deus. Quod si postquam vocatus es non vis aut cunctaris, iusto Dei iudicio exhaeres eris, et quia noluisti, nolet te Deus. Neque vero existimes, quod etsi omnium, qui unquam fuerunt pii, piissimus sis, baptismi autem consummationem non fueris assecutus, bonam spem adipisci aliquando poteris. Eo enim maiores poenas dabis, quod bonis operibus non bene usus sis. Nam, ut aiunt, bonum non bonum est, quando non bene agitur. Tu vero si, quemadmodum Deo placet, nolis baptizari ac tuae potius voluntati obsequeris, profecto illius consilio repugnas. Sed forte dices: Et quid ad pietatem conferet, si aqua baptizer? Primo quidem, quia id quod Deo placuit facis. Secundo vero, quia per aquam et spiritum renasceris Deo atque primam nativitatem quam ex concupiscentia traxisti permutas, sicque salutem consequi poteris; aliter autem fieri nequit. Ita enim qui propter salutem et immortalitatem generis nostri incarnatus est Deus sermo dixit nobis: A m e n d i c o v o b i s, n i s i r e n a t i f u e r i t i s a q u a e t s p i r i t u, n o n i n t r o i b i t i s i n r e g n u m c a e l o r u m. Quocirca ad baptismum accede, siquidem hic solus vim ignis potest exstinguere. Neque differ, quoniam dilatio solet afferre periculum, propterea quod incertum sit praestitutum morti nostrae tempus.

γένῃ, ἀβάπτιστος δὲ ᾖς, ἐλπίδος τυχεῖν al. ap. Cot. — 4) Sic A C D et al. ap. Cot., *μὴ φθάσεις* B vulg. — 5) *τοῦ* adiunxi ex A. — 6) *μᾶλλον πλείονα* ordinat A ut nostra Epit. — 7) *ὡς* dedi ex A p. *ὅ* B C D vulg. Adnotat Cotelerius: Deuteron. XVI. 20. *Iuste quod iustum est persequeris.* Sapient. VI. 11. *οἱ φυλάξαντες ὁσίως τὰ ὅσια ὁσιωθήσονται.* Ad verbum in Vita Lucae iunioris Tomo 2. Auctarii Combefisiani pag. 985. *τὸ γὰρ καλὸν, οὐ καλὸν, φασὶν, ὅταν μὴ καλῶς γίνοιτο*, et apud Gregorium Nazianzenum Orat. 33. p. 531. *τὸ καλὸν οὐ καλὸν, ὅταν μὴ καλῶς γίνηται.* Parique modo Zonaras ad Canonem Gangrensem 14. et Balsamon in Responsis ad Marci Interrogationes cap. 6, necnon Origenes in Catena Lucae Ms. ad cap. 1. vers. 6, ubi tamen in edita a Corderio nomen Simeonis apponitur, nescio an ob *Σή* quod ad marginem Codicis Regii apparet, estque *σημείωσαι*. — 8) *καλὸς γένηται* A, *καλῶς γένηται* B; *ὅτι καλὰ ἔργα οὐκ ἐποίησας καλῶς. καλὴ γὰρ εὐποιΐα, ὁπότ᾽ ἂν ὡς ὁ θεὸς ἐκέλευσε γίνηται* (*γένηται* O nostrae Epit.) huius periodi var. lectio est in nostra Epit. et al. ap. Cot. — 9) Lege *ἀναγέννᾳ* in Indicativo. *Cler.* — 10) *γενομένην* om. D. Subinde scr. *καταλάττεις* A. — 11) *οὕτως* B C. — 12) *ἐνανθρωπίσας* A D. — 13) *ἀμὴν γὰρ* A. Io. 3, 5.

XIX. Ταῦτα ἐκείνου εἰπόντος ἐγὼ μὲν, ἔφην, ἤδη[1] εὐχαριστῶ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ καὶ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ υἱῷ καὶ τῷ πνεύματι αὐτοῦ τῷ ἁγίῳ, ὅτι ὡς ἐβουλόμην πληροφορηθῆναι, οὕτως[2] μοι καὶ[3] παρέσχε. πλὴν περὶ ἐμοῦ τὸ λοιπὸν ἄφροντις[4] ἔσο. οὐδέ ποτε γὰρ ἐνδοιάσω[5] πρός τι τῶν ὑπὸ σοῦ λαληθέντων. ὥστε κύριέ μου Πέτρε μὴ ἀθύμει, ὡς ἀναισθήτῳ τὰ[6] μέγιστα δωρούμενος ἀγαθά. οἶδα γὰρ, ὅτι τοιοῦτόν ἐστι καὶ οὕτω μέγιστον, οἷον ἄν τις καὶ ταχέως λαβεῖν βούλοιτο. αἰσθάνομαι γὰρ τοῦ δοθέντος μοι διὰ τάχους χαρίσματος. ταῦτά μου εἰπόντος ὁ Πέτρος ἔφη· χάριν ὁμολογῶ τῷ θεῷ καὶ περὶ τῆς σῆς σωτηρίας τῆς καὶ περὶ[7] ἐμῆς ἀπολαύσεως. πλὴν νήστευσον τριῶν μηνῶν ἡμέρας, καὶ λαμβάνεις τὸ βάπτισμα.[8] ἄρξαι τοίνυν ἀπὸ τῆς αὔριον. ἔστι δέ μοι ἡ αὔριον πρὸς Σίμωνα τὸν μάγον διάλεξις. καὶ μὴ ὀκλάσῃς παρεῖναί μοι ἐν ταῖς τῶν ἀντικειμένων ζητήσεσι. ταῦτα εἰπὼν καὶ τροφῆς αὐτὸς μεταλαβὼν, ἰδίᾳ κἀμὲ μεταλαβεῖν ἐκέλευσεν. εὐλογήσας δὲ[9] ἐπὶ τῆς τροφῆς καὶ εὐχαριστήσας ἐπήγαγε λέγων· δῴη σοι ὁ θεὸς κατὰ πάντα ἐξομοιωθῆναί[10] μοι, καὶ βαπτισθέντι[11] τῆς αὐτῆς μοι κοινωνῆσαι τραπέζης. οὕτως εἰπὼν ἡσυχάζειν μοι προσέταξεν· ἤδη γάρ που καὶ ὁ καιρὸς πρὸς ὕπνον ἐκάλει.

XX. Τῇ μὲν οὖν[1] ἐπιούσῃ ἐγὼ Κλήμης ἔτι τῆς νυκτὸς ἐχούσης διυπνισθεὶς καὶ μαθὼν τὸν Πέτρον ἐγρηγορότα καὶ τοῖς συνοῦσι περὶ θεοσεβείας διαλεγόμενον, οἳ ἦσαν ἑκκαίδεκα[2] τὸν ἀριθμὸν, ὧν καὶ τὰ ὀνόματά εἰσι ταῦτα· Ζακχαῖος ὁ ποτε τελώνης, καὶ Σοφωνίας[3] ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, Ἰώσηφός τε καὶ ὁ τούτου σύντροφος Μιχαίας, προσέτι δὲ Θωμᾶς καὶ Ἐλιέζερος[4] οἱ δίδυμοι, καὶ Ἐνέας[5] ὁ ἱερεὺς, καὶ Λάζαρος ὁ ἱερεὺς,[6] ὃν ἀνέστησεν ἐκ νεκρῶν τετραήμερον ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ Ἐλισσαῖος, καὶ[7] Βενιαμὶν ὁ τοῦ Σαφρᾶ, ὁμοίως γε Ῥούβιλος[8] καὶ Ζαχαρίας οἱ οἰκοδόμοι, Ἀνανίας τε καὶ Ἀγγαίας οἱ ἀμμηνοὶ[9], ἔτι τε Νικήτης καὶ Ἀκύλας οἱ ἑταῖροι· εἰσῆλθον κἀγὼ καὶ προσαγορεύσας ἐκαθέσθην ἐκείνου κελεύσαντος.

XXI. Ὁ δὲ τὸν προκείμενον ἐκκόψας[1] λόγον, ὥσπερ ἀπολογούμενος ἐπληροφόρει, τίνος ἕνεκεν οὐκ ἀφύπνισέ με, ὅπως ἀκροατὴς τῶν αὐτοῦ γένωμαι λόγων, καὶ τούτου αἰτίαν τὸν ἐκ τοῦ πλοῦ σκυλμὸν ἐποιεῖτο· ἐκεῖνον γὰρ πεφθῆναί μοι θέλων ἡσυχάζειν ἀφῆκεν.[2] ὁπότ' ἂν γὰρ[3] ἡ ψυχὴ, φησὶ, περὶ τὸ λεῖπον ἀσχολῆται τῷ σώματι, εἴτε τινὶ συμφορᾷ συνέχηται,[4] οὐ μετὰ πολλῆς εἴωθε προσέχειν ἀκριβείας[5] τοῖς λεγομένοις. τούτου δὲ[6] ἕνεκεν οὐ βούλομαι διαλέγεσθαι τοῖς ἢ λύπῃ κατεχομένοις, ἢ ἀμέτρως ὀργιζομένοις, ἢ τὸ σῶμα πεπονηκόσιν, ἢ βιωτικαῖς φροντίσιν ἢ ἑτέρῳ πάθει τινὶ διενοχλουμένοις.

XXII. Καὶ μὴ λεγέτω τις, ὅτι οὐ χρὴ παραμυθίας καὶ νουθεσίας[1] λόγους προσάγειν τοῖς φαῦλόν τι πράττουσι. φημὶ γὰρ, ὡς εἰ μὲν ἀνύει τις, προσφερέτω· εἰ δὲ μὴ, τῷ καιρῷ τέως παραχωρείτω. καιρὸς γὰρ, ὡς Σολομῶντι δοκεῖ, παντὶ πράγματι.[2] διὸ χρὴ τοὺς τὴν ψυχὴν ῥωννῦντας λόγους

Cap. XIX. 1) ἤδη om. C. — 2) Sic scr. ABCD p. οὕτω vulg. — 3) Ita BCD c. Hom. I, 21, om. καὶ A ut nostra Epit. Subinde exhibet προσέσχε B. — 4) ἀφρόντιστος B. — 5) Ita ABCD, nostra Epit. et al. ap. Cot. favente Hom. l. c., ἐνδυάσω vulg. — 6) τὰ addidi ex C suadente Hom. l. c.; om. τὰ μέγιστα A. — 7) καὶ περὶ τῆς inv. A et ed. Cler. a. 1724. — 8) τὸ ἅγιον βάπτισμα C c. nostra Epit. — 9) Primum huius Epitomes fragmentum in Cod. Angelico desinit: ἐκέλευσεν. εὐλογήσας δ/. — 10) ὁμοιωθῆναι C. — 11) βαπτισθέντα CD et al. ap. Cot. c. Hom. I, 22 et nostra Epit., verisimilius βαπτισθέντα σε B. Sed in Hom., nostra Epit. et heic legendum videtur

XIX. Postquam haec dixisset Equidem, inquam, modo gratias ago Deo patri et unigenito eius filio et sancto eiusdem spiritui, quia ut certus fieri volui, ita et mihi tribuit. Ceterum de me deinceps securus esto. Nunquam enim dubitabo de ullo eorum, quae a te prolata sunt. Igitur domine mi Petre ne animo anxio sis, tanquam non sentienti homini maxima bona donaveris. Scio quippe hoc tale et adeo magnum esse, ut quilibet illud et celeriter velit accipere. Sentio enim mihi velociter datum charisma. Haec postquam locutus sum, Petrus dixit: Gratiam habeo Deo et pro salute tua et pro commodo meo. Itaque per trium mensium dies ieiuna, et baptismum accipies. Incipe ergo a die crastina. Erit autem mihi cras cum Simone mago disputatio. Neque ambigas mihi adesse in adversantium controversiis. His dictis ipse etiam cibum sumpsit, meque iussit privatim sumere. Benedicto autem cibo actisque gratiis subiunxit dicens: Det tibi Deus, ut in omnibus mihi similis efficiaris, utque baptizatus eiusdem mecum particeps fias mensae. Eoque pronunciato quiescere me praecepit; iam enim et tempus ad somnum vocabat.

XX. Sequenti ergo die ego Clemens cum adhuc nox esset e somno excitatus, ubi intellexi Petrum vigilare et cum iis, qui una erant, de cultu Dei disserere (erant autem numero sexdecim, quorum haec sunt nomina: Zacchaeus, qui olim publicanus, et Sophonias frater eius, Iosephus illiusque sodalis Michaeas, praeterea Thomas et Eliezerus gemini, Eneas sacerdos, Lazarus sacerdos, quem a mortuis excitavit quatriduanum dominus noster Iesus Christus, Elisaeus, Beniamin filius Saphrae, itidem Rubilus et Zacharias architecti, Ananias et Aggaeas Ammeni, nec non Nicetas et Aquila socii), ego quoque ingressus sum, et postquam salutassem, iubente eo consedi.

XXI. Ille autem institutum sermonem interrumpens et quasi se purgans rationem reddidit, cur non expergefecisset me, quo verborum ipsius essem auditor, cuius rei causam navigationis molestiam assignabat; illam enim mihi sedari volens me quiescere permisit. Siquidem quando anima, inquit, circa id quod corpori deest occupatur vel aliqua calamitate premitur, non multa cum diligentia solet attendere iis quae dicuntur. Et propter hoc nolo sermocinari cum iis, qui aut aegritudine detinentur, aut immoderate irati sunt, aut corpore aegrotant, aut secularibus curis vel alio quopiam affectu obturbantur.

XXII. Neque dicat aliquis, non oportere consolationis et admonitionis verba iis admovere, qui mali aliquid habent ac gerunt. Aio enim, quodsi quidem aliquis proficit, adhibeat; sin minus, interim tempori cedat. T e m p u s enim e s t, ut Salomoni videtur, o m n i r e i. Quare oportet ser-

---

καὶ βαπτισθέντα σε ποιήσαι τῆς αὐτῆς κτλ.

Cap. XX. 1) *οὖν* om. D. — 2) *ἑξκαίδεκα* D. — 3) Ea scriptura est Codicis D, Hom. II, 1, nostrae Epit. et vulg., *σοφονίας* scr. noster Hom. Cod. Ottob., BC et al. ap. Cot. — 4) *προσετίθει δὲ· Θωμᾶς καὶ ἐλεάζαρος* B. — 5) *αἰνέας* BCD, Hom. Cod. Ottob. c. nostra Epit. Clericus scribi vult *Αἰνείας* heic et Hom. II, 1. Cfr. Act. Ap. 9, 3. 34. — 6) Vocc. *καὶ Λάζαρος ὁ ἱερεὺς* non leg. C. — 7) *καὶ* excidit ed. Cler. 1724. Subinde *ὁ τοῦ Φαρᾶ* D. — 8) *ὁμοίως γε/ρούβλιος* (sic curis secundis correctum) B, *ὁμοίως Γερούβλιος* D, *ὁμοίως Χερούβλιος* C. — 9) *ἀγγαῖος· οἱ ἰαμμηνοὶ* BC, *ἀγγαῖος οἱ ἀμνηνοὶ* D, *Ἀγγαῖος οἱ ἰαμμηνοὶ* (Hom. II, 1) et *ἀμηνοὶ* et *ἰαμμινοὶ* (cum V nostrae Epit.) al. ap. Cot., *Ἰαμνινοὶ* O nostrae Epit.

Cap. XXI. 1) *ἐγκόψας* BC, Cod. Homiliarum (II, 2) Ottob., nostra Epit. et al. ap. Cot. — 2) Sic c. BCD, Hom. l. c., nostra Epit. et al. ap. Cot., *ἐκεῖνον γὰρ πεφθῆναι θέλων, με ἡσυχάζειν ἀφῆκεν* vulg. — 3) Excerptam sententiam hanc ut *Κλήμεντος Πάπα Ῥώμης* cernere est in Ms. Regio 1500. *Cot.* — 4) *συνέχεται* mendum est ed. Cler. a. 1724. — 5) *εἴωθεν ἀκριβείας προσέχειν* B. — 6) *δὲ* om. BCD, Hom. l. c. et nostra Epit. — 7) *οὐ* c. B, Hom. l. c. et nostra Epit., *οὐδὲ* CD et vulg.

Cap. XXII. 1) *καὶ νουθεσίας* om. D. — 2) Eccl. 3, 1. —

πρὸ τῆς κακώσεως τοῖς ἀνθρώποις ἐπάγειν, ἵνα εἴ ποτέ τι[3] φαῦλον ἐπέλθοι, προωπλισμένος ὁ νοῦς ὀρθῷ τῷ λογισμῷ δυνηθείη τὸ ἐπενεχθὲν ὑποστῆναι. ὅθεν, ὦ φίλε Κλήμη, εἴγε τὰ τῷ θεῷ διαφέροντα γνῶναι θέλεις, παρὰ τοῦ[4] κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ διδάσκοντος ἄνθρωπον[5] γνῶσιν, παρὰ τούτου μόνου μαθεῖν ἔχεις, ὅτι μόνος οἶδεν ἀλήθειαν. τῶν γὰρ ἄλλων εἴ τις ἐπίσταταί τι, παρὰ τούτου[6] ἢ τῶν τούτου μαθητῶν λαβὼν ἔχει.

XXIII. Ἔστι τε αὐτοῦ τὸ βούλημα, ὅτι εἷς θεὸς[1] ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, οὗ κόσμος[2] ἔργον ὁ πᾶς, ὃς δίκαιος ὢν πάντως ἑκάστῳ πρὸς τὰς πράξεις ἀποδώσει ποτέ. ἀνάγκη γὰρ πάσα, φύσει[3] δίκαιον εἶναι λέγοντα τὸν θεὸν καὶ τὰς[4] ἀνθρώπων ψυχὰς ἀθανάτους εἶναι πιστεύειν. ἐπεὶ ποῦ τὸ δίκαιον αὐτοῦ, ὅπου τινὲς εὐσεβῶς βιωτεύσαντες καὶ[5] κακουχηθέντες βιαίως ἀνῃρέθησαν. ἔνιοι δὲ ἀσεβεῖς[6] παρὰ πολὺ γεγενημένοι, ἐν πολυτελείᾳ βίου τρυφήσαντες τὸν κοινὸν ἀνθρώπων θάνατον ἐτελεύτησαν[7]; ἐπεὶ οὖν χωρὶς ἁπάσης[8] ἀντιλογίας ὁ θεὸς ἀγαθὸς ὢν δίκαιός ἐστιν, οὐκ ἄλλως δὲ δίκαιος εἶναι γνωσθήσεται, ἐὰν μὴ ἡ ψυχὴ μετὰ τὸν χωρισμὸν τοῦ σώματος ἀθάνατος ᾖ, ἵνα μετὰ τὸ ἀπολαβεῖν[9] τὸ ἴδιον σῶμα ἐν τῇ ἀναστάσει ὁ μὲν κακὸς[10] ὡς ἐνταῦθα τὰ ἀγαθὰ ἀπολαβὼν, ἐκεῖ περὶ ὧν ἥμαρτε κολασθῇ·[11] ὁ δὲ ἀγαθὸς ἐνταῦθα περὶ ὧν ἥμαρτε[12] κολασθεὶς, ἐκεῖ ὡς ἐν κόλποις δικαίων κληρονόμος τῶν ἀγαθῶν καταστῇ. ἐπεὶ τοίνυν ὁ θεὸς δίκαιος, πρόδηλον ἡμῖν ἐστὶν, ὅτι καὶ κρίσις γίνεται, καὶ αἱ ψυχαὶ ἀθάνατοι τυγχάνουσιν. εἰ δέ τις, ὡς τῷ Σαμαρεῖ δοκεῖ Σίμωνι, καὶ οὐχ ὡς ὁ τῆς ἀληθείας βούλεται[13] λόγος, τὸ δίκαιον εἶναι μὴ θέλοι δοῦναι θεῷ, τίνι ἔτι τοῦτό[14] τις δοῦναι δύναται;

XXIV. Ταῦτα ἀκούσας ἐγὼ Κλήμης καὶ τίς ἄρα τυγχάνει, ἔφην, οὗτος ὃν λέγεις[1] Σίμωνα Σαμαρείτην, μαθεῖν ἤθελον. ὁ δὲ Πέτρος εἰ θέλεις μαθεῖν, ἔφη, πάρ στί σοι τοῦτο[2] γνῶναι, παρ᾽ ὧν κἀγὼ πάντα τὰ κατ᾽ αὐτὸν ἐπυθόμην. καὶ μεταπεμψάμενος ἐκέλευσεν, Ἀκύλαν τε καὶ Νικήτην πάντα μοι ἀκριβῶς τὰ κατὰ τὸν Σίμωνα διηγήσασθαι. οἱ δὲ τὸν θεὸν μαρτυράμενοι, μηδὲν παρεκκλῖναι τῆς ἀληθείας, οὕτω τὰ κατ᾽ αὐτὸν ἐξετίθεντο. καὶ πρῶτος Ἀκύλας ἤρξατο λέγειν οὕτως· ἄκουσον, ὦ φίλτατε ἀδελφὲ, ὅπως καὶ αὐτὸς ἀκριβῶς πάντα τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα εἰδῇς, τίνος τε ὢν[3] καὶ τίς καὶ πόθεν, καὶ τίνα ἐστὶν ἃ πράττει,[4] καὶ ὅπως καὶ διὰ τί.

XXV. Σίμων οὗτος[1] πατρὸς μέν ἐστιν Ἀντωνίου, μητρὸς δὲ Ῥαχὴλ, Σαμαρεὺς τὸ γένος[2] ἀπὸ Γιτθῶν[3] τῆς κώμης, οὐ μεῖον ἢ σχοίνους ἕξ τῆς Σαμαρέων[4] πόλεως ἀπεχούσης. οὗτος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ[5] πρὸς Αἴγυπτον γεγονὼς ἑλληνικῇ τε παιδείᾳ πάνυ ἑαυτὸν ἐξασκήσας καὶ τῇ μάγῳ[6] τέχνῃ πολλὰ δυνηθεὶς καὶ εἰς ἀπόνοιαν ἐπαρθεὶς θέλει νομίζεσθαί τις εἶναι[7] δύναμις ἀνωτάτω[8], καὶ αὐτοῦ[9] τὸν κόσμον πάντα παραγαγόντος θεοῦ. ἐνίοτε δὲ καὶ Χριστὸν ἑαυτὸν αἰνιττόμενος[10] προσαγορεύει. καὶ ταύτῃ δὴ τῇ προση-

3) τινα al. ap. Cot. — 4) τοῦ om. B. — 5) Ita etiam nostra Epit., deest ἄνθρωπον in al. ap. Cot., γνῶσιν ἄνθρωπον transponit C. — 6) Exclusimus vulg. μόνου post τούτου c. BCD, Hom. II, 12, nostra Epit. et al. ap. Cot. ob nimiam praecedentium tautologiam.

Cap. XXIII. 1) εἷς ὁ θεὸς B. — 2) Extrusimus art. ὁ ante κόσμος c. BCD, Hom. l. c. et nostra Epit. — 3) ἀνάγκη γὰρ φύσει πάσῃ rectius D cum Hom. II, 13 conveniens. — 4) τὰς τῶν C. — 5) καὶ om. BCD, Hom. l. c. et nostra Epit. — 6) Secundum Cod. Angelici fragmentum vocc. ἔνιοι δὲ ἀσεβεῖς inducunt. — 7) Iste ordo vocc. BCD, Hom. l. c. et nostrae Epit., ἐτελεύτησαν θάνατον A et vulg. —

mones qui animam confirmant hominibus ante vexationem inferre, ut si quid forte pravi acciderit mens prius armata recta ratione possit id quod illatum est perferre. Unde, amice Clemens, si cupis quae ad Deum pertinent cognoscere, a domino et Deo et salvatore nostro Iesu Christo, qui humanum genus docet scientiam, ab eo solo discere potes, quia solus novit veritatem. Aliorum enim si quis aliquid cognoscit, ab eo aut ab eius discipulis traditum accepit.

XXIII. Est autem eius sententia, Deum unum esse in tribus personis, cuius totus mundus opus est, quique iustus exsistens aliquando certe unicuique pro actionibus retribuet. Necesse quippe omnino est, ut qui asserit Deum natura esse iustum etiam credat, immortales esse hominum animas. Quoniam ubi erit iustitia eius, quando aliqui cum pie vixissent tamen male habiti per vim e medio sublati sunt; quidam vero cum valde impii exstitissent atque vitae luxui ac deliciis indulsissent, communi tamen hominum morte obierunt? Quandoquidem igitur absque ulla contradictione Deus bonus cum sit, iustus etiam est, nec aliunde iustus esse cognoscetur, nisi anima post separationem a corpore sit immortalis, ut quando in resurrectione suum corpus recuperarit malus quidem, tanquam qui hic bona receperit, ibi pro iis quae deliquit puniatur; bonus autem hic pro delictis castigatus illic quasi in sinu iustorum haeres bonorum constituatur. Quandoquidem igitur Deus iustus est, constat inter nos, iudicium quoque fore et animas esse immortales. Si quis vero, quemadmodum Samaritano Simoni placet et non ut veritatis doctrina vult, Deo concedere nolit iustum esse, cui iam aliquis id tribuere potest?

XXIV. His auditis ego Clemens Et quisnam est, dixi, iste quem ais Simon Samaritanus, scire vellem. Respondit autem Petrus: Si cupis discere, licet tibi id ab iis cognoscere, a quibus et ego cuncta illius intellexi. Vocatisque Aquila et Niceta praecepit eis, ut mihi omnia ad Simonem pertinentia diligenter enarrarent. At illi Deum attestati, se nullatenus a veritate declinaturos, hunc in modum res eius exposuerunt. Ac prior Aquila coepit ita dicere: Audi, carissime frater, ut tu quoque accurate cognoscas omnia viri illius, cuiusnam sit et quis et unde, et quaenam sint quae facit, et quo modo quamque ob causam.

XXV. Simon iste patre quidem Antonio, matre vero Rachele ortus est, natione Samaritanus ex Gitthis vico, qui non minus quam sex schoenis ab urbe Samaritanorum distat. Hic Alexandriae Aegypti commoratus ac in graeca doctrina plurimum exercitatus et arte magica pollens atque insolentia elatus se vult existimari esse virtutem supremam, ipso quoque superiorem Deo, qui totum orbem produxit. Interdum vero se Christum significans Stantem appellat. Eamque appellationem usurpavit, quasi qui

---

8) *πάσης* AC, Hom. l. c. et nostra Epit. — 9) *λαβεῖν* A. — 10) *κόσμος* A. — 11) *ἥμαρτεν κολασθήσεται* A. — 12) *ἥμαρτεν* A; om. vocc. *ὁ δὲ ἀγαθὸς ἐνταῦθα περὶ ὧν ἥμαρτε* D. — 13) *δοκεῖ* D praepostere. — 14) *τούτω* A.

Cap. XXIV. 1) Ita ABCD et nostra Epit., *λέγουσι* vulg. — 2) Sic dedi ex C pro mendoso *τοῦ* vulg. et ABD. In Hom. II, 18 et nostrae Epit. Codice V est *τὸ*, neutrum in O. — 3) *τίνων τε εἴη* C. — 4) *πράττειν* A.

Cap. XXV. 1) Sic scripsimus c. ABCD, Hom. II, 22, nostra Epit. et al. ap. Cot., *οὖν* vulg. — 2) *ἔθνος* Hom. l. c., nostra Epit. et al. ap. Cot. — 3) *γητθῶν* B, *Γητθῶν* et *Γητθὼν* al. ap. Cot. — 4) *σαμαραίων* A. — 5) *τῆς* A. — 6) *μάγων* C. — 7) *εἶναι* om. AC. — 8) *ἀνοτάτη* ABCD, Hom. l. c., nostra Epit. et al. ap. Cot. — 9) *τοῦ* inser. ABD c. Hom. et nostra Epit. In C est *καὶ αὐτοῦ τοῦ ὄντος θεοῦ τοῦ τὸν κόσμον πάντα παραγαγόντος.* — 10) *αἰνισσόμενος* ABD. Miratur Cotelerius, quod in nullo exemplari reperit *ἑστῶτα* ante *προσαγορεύει*, quam vocem et Clementina (II, 22) habent, et sequentia postulant, Metaphrasten ipsam non intellexisse suspicans. Neque in nostra Epit., nec in ullo nostrorum quattuor Codd. *ἑστῶτα* legitur. Fuit tamen man. pr. istic in B apparentque adhuc literarum vestigia, et clare quidem

γορίᾳ κέχρηται[11] ὡς δὴ συστησόμενός τε ἀεὶ καὶ φθορᾶς αἰτίαν, ὥστε τὸ σῶμα πεσεῖν, οὐκ ἔχων.[12] καὶ οὔτε θεὸν τὸν κτίσαντα τὸν κόσμον, ἀνώτατον λέγει εἶναι,[13] οὔτε νεκροὺς ἐγερθήσεσθαι[14] πιστεύει ποτέ. τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀρνεῖται, τὸ Γαριζεὶν[15] ὄρος ἀντεισφέρει. ἀντὶ τοῦ ὄντως[16] Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἑαυτὸν ἀναγορεύει. τὰ δὲ τοῦ νόμου ἰδίᾳ[17] προσλήψει ἀλληγορεῖ. καὶ κρίσιν ἔσεσθαι μὲν λέγει, οὐ προσδοκᾷ δέ.

XXVI. Τὸ δὲ παρεισελθεῖν αὐτὸν εἰς τὸν[1] τῆς θεοσεβείας[2] λόγον γέγονεν οὕτως. Ἰωάννης τις ἐγένετο ἡμεροβαπτιστὴς, καὶ ὥσπερ τῷ κυρίῳ γεγόνασι δώδεκα μαθηταὶ τὸν τοῦ ἡλίου δωδεκάμηνον φέροντες ἀριθμὸν, οὕτω[3] καὶ αὐτῷ ἔξαρχοι[4] γεγόνασιν ἄνδρες τριάκοντα τὸν μηνιαῖον τῆς σελήνης λόγον ἀποπληροῦντες, ἐν οἷς καὶ μία τις ἦν γυνὴ καλουμένη Ἑλένη, ἵνα μηδὲ[5] τοῦτο ἀνοικονόμητον ᾖ. ἥμισυ γὰρ ἀνδρὸς οὖσα ἡ γυνὴ ἀτελῆ τὸν τῆς τριακοντάδος τίθησιν ἀριθμὸν, ὥσπερ ἄρα καὶ τῆς σελήνης, ἧς ἡ πορεία τοῦ μηνὸς οὐ τέλειον ποιεῖται τὸν δρόμον. τούτων δὲ τῶν τριάκοντα τῷ Ἰωάννῃ πρῶτος καὶ δοκιμώτατος ἦν ὁ Σίμων.

XXVII. Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν Ἰωάννου τὴν Ἑλένην ὁ Σίμων παραλαβὼν[1] περιέρχεται τοὺς ὄχλους ἀναστατῶν, αὐτήν τε τὴν Ἑλένην λέγων ἀπὸ τῶν ἀνωτάτω οὐρανῶν κατενεχθῆναι τῷ κόσμῳ, ἧς ἕνεκεν[2] Ἕλληνές τε, φησὶ, καὶ Βάρβαροι ἐμαχέσαντο εἰκόνα φαντασθέντες ἀληθείας, καὶ πολλὰ τερατώδη θαυμάσια[3] ποιῶν, ὡς εἰ[4] μὴ ᾔδειμεν, ὅτι μαγείᾳ ταῦτα ποιεῖ, ἠπατήθημεν ἂν καὶ αὐτοί. νῦν δὲ ὅτε πολυμανὴς[5] ἀπατᾶν ἤθελε καὶ τοὺς ἐν θεοσεβείᾳ, ἀπέστημεν ἀπ' αὐτοῦ. καὶ γὰρ μιαιφονεῖν ἤρξατο, ὡς αὐτὸς ἔτι φίλοις οὖσιν ἡμῖν οἷα φίλος ἐξέφανεν, ὅτι παιδίου ψυχὴν τοῦ ἰδίου σώματος χωρίσας ἀποῤῥήτοις ὅρκοις τισὶ, συνεργὸν πρὸς τὴν τῶν αὐτῷ δοκούντων φαντασίαν, τὸν παῖδα διαγράψας ἐπὶ εἰκόνος ἔν τινι ἐνδοτέρῳ οἴκῳ, καθ' ὃν αὐτὸς ὑπνοῖ, ἀνατεθειμένην ἔχει. διὸ ἀσέβειαν αὐτοῦ καταγνόντες ἀπέστημεν ἀπ' αὐτοῦ.

CLXXVIII. Ἔπειτα μικρὸν ἑαυτοὺς ἀναλαβόντες ἠρώτων ἀκριβῶς ἕκαστα τὸ παιδίον, ὅπως οὕτω παραδόξως διεσώθη,[1] τίνος φυλάττοντος, τίνος τρέφοντος, τίνος θάλποντος, τίνος ζωογονοῦντος. τὸ δὲ τῇ μὲν λαιᾷ χειρὶ τὴν σορὸν κατέχον,[2] θατέρᾳ δὲ τὸν ἐν αὐτῇ κείμενον ὑποδεικνύον[3] οὗτός μοι καὶ τῆς ζωῆς πάροχος, ἔλεγε, καὶ τροφεὺς καὶ φύλαξ, παρ' ἑαυτῷ γνησίως ἀεί με τηρῶν[4] καὶ καλῶς τιθηνούμενος. θαύματι οὖν οἱ τεκόντες ἀποῤῥήτῳ σὺν ἡδονῇ ληφθέντες[5] τοὺς προτέρους θρήνους καὶ τὰ σκυθρωπὰ τοῦ πάθους ἐκεῖνα ῥήματα εἰς φαιδρότητα καὶ εὐχαριστίαν μετέβαλον θαυμαστὸς, λέγοντες, ὁ θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ,[6] καὶ ὅσα ἑξῆς προστιθέντες. ἐπανέρχονται τοίνυν μακάριοι καὶ ζηλωτοὶ πρὸς τὴν οἰκίαν, ὃν ὡς νεκρὸν ἐπένθουν, καὶ τάφον αὐτῷ θαλαττίου γαστέρα θηρὸς ἐπεφήμιζον, μᾶλλον δὲ οὗ μηδὲ λείψανον εὑρεῖν προσεδόκων, τοῦτον μεθ' ἑαυτοῦ βαδίζοντα ἔχοντες, καὶ συλλαλοῦντα ὁρῶντες, ἄφατόν τι χρῆμα πατράσιν εἰς ἡδονὴν, καὶ ἀπόῤῥητον γλυκύτητα τοῖς ἐκείνων σπλάγχνοις ἐναποστάζον.[7]

CLXXIX. Οὕτω τιμᾶν οἶδεν ὁ κοινὸς ἁπάντων δεσπότης Χριστὸς[1] τοὺς δι' αὐτὸν[2] παθόντας τῶν οἰκετῶν, καὶ[3] τοσοῦτον, κίνδυνον ἀναδεξαμένους, τοιαύτῃ θαυμάτων ὑπερβολῇ, τοιαύταις λαμπρότησιν, ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι[4] εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.[5]

---

4) ὠκοδομηθέντα D. — 5) τὸν ex BCD. — 6) Ex Ephraemo. At Nicephorus: παρακαθήμενον λάρνακι. In Ms. 2421 ἐν τῇ τοῦ ἁγίου καθήμενον λάρνακι. Gregorius *dormientem. Aspicit filium in eo loco, ubi eum dormientem reliquerat, in ipso adhuc sopore teneri. Aestimans autem eum esse defunctum, accessit cominus quasi collectura cadaver exanime. Sed cum eum dormire cogno-*

sua sponte aedificatum, immo a tua, Domine, sapientia conditum attingentes cernunt puerum, o miraculum, vivum et salientem in templo. Et primo quidem de iis quae cernebantur ambigebant reputantes, num filius esset id quod appareret. Postquam vero indiciis et gestibus puer omnino eis fidem fecit, huncque ipsum esse filium crediderunt, confestim amplexi eum et oculis ac labris adhaerentes fleverunt diu his dulcibus lacrimis prae gaudio effusis, eumque vehementer quasi nudo animo deosculati sunt.

CLXXVIII. Deinde cum paullum collegissent se, singula diligenter rogarunt puerum, quo modo ita mirabiliter servatus fuisset, quo custodiente, quo nutriente, quo fovente, quo vitam praestante. At ille laeva quidem manu loculum tenens, altera vero in eo iacentem ostendens Hic mihi, inquit, et vitae largitor et altor et custos fuit, apud se vere perpetuo me conservans ac praeclare enutriens. Miraculo igitur inenarrabili parentes cum voluptate capti lamenta priora et tristia illa doloris verba in hilaritatem et gratiarum actionem mutaverunt dicentes: *Mirabilis Deus in sanctis suis*, et consequentia addentes. Itaque beati ac aemulatione digni redeunt domum, quem ut mortuum lugebant, et cui sepulcrum esse ventrem belluae marinae praedicabant, immo vero cuius nihil reliqui se inventuros sperabant, eum secum incedentem habentes, atque colloquentem spectantes, inexplicabilis voluptatis rem parentibus, et ineffabilem suavitatem suis ipsorum pectoribus instillabant.

CLXXIX. Ita in honore habere solet communis omnium dominus Christus eos famulorum, qui propter ipsum passi sunt tantumque periculum qui susceperunt tali miraculorum exsuperantia, talibus splendoribus, quorum etiam nos compotes fieri contingat gratia et humanitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria una cum sancto spiritu in secula seculorum. Amen.

---

visset, excitatum velociter spectantibus populis: incolumem levavit in ulnis interrogans inter oscula, ubi per anni fuisset spatia. Nescire se ait, si annus integer praeteriisset: tantum dormisse suavi sopore in unius noctis spatio aëstimabat. Sic vetus Codex. *Cot.* Transponunt *παρὰ τῷ ναιῷ καὶ* (om. *καὶ* B) *ἀλλόμενον* BCD. — 7) *πρῶτα* BCD et al. ap. Cot. — 8) *αὐτοὺς εἰς πίστιν* inv. D. — 9) *ἐκχέοντες* BCD et al. ap. Cot.

Cap. CLXXVIII. 1) *περιεσώθη* C et al. ap. Cot., *οὕτω περιεσώθη παραδόζως* inv. BC. — 2) *κατέχων* B. — 3) *ὑποδεικνύων* BC. — 4) *με ἀεὶ τηρῶν γνησίως* inv. D. — 5) *λειφθέντες* D. — 6) Ps. 67, 36. — 7) Est participium. Perionius legebat *ἐναπέσταζον*, quod et cum eo vertit Cotelerius. Est *ἐναποστάζοντα* in C et al. ap. Cot.

Cap. CLXXIX. 1) *ἁπάντων χριστὸς καὶ δεσπότης* D. — 2) *αὐτῶν* CD. — 3) *καὶ* om. B. — 4) *ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος· νῦν καὶ ἀεὶ καὶ* p. *μεθ' οὗ . . . . πνεύματι* BC. — 5) *νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας* D et al. ap. Cot., *νῦν, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.* al. ap. Cot.

CLEMENTINA EPITOME

ALTERA NUNC PRIMUM EDITA.

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΤΩΝ ΠΕΤΡΟΥ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΚΗΡΥΓΜΑΤΩΝ ΕΠΙΤΟΜΗ.[1]

Κλήμης Ἰακώβῳ τῷ κυρίῳ καὶ ἐπισκόπῳ, καὶ ἐπισκόπων ἐπισκόπῳ, διέποντι[2] τὴν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἁγίαν τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίαν καὶ τὰς πανταχῇ θεοῦ προνοίᾳ ἱδρυθείσας καλῶς Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐκκλησίας σύν τε πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἀδελφοῖς· εἰρήνη εἴη πάντοτε.

I. *Γνώριμον ἔστω σοι, κύριέ μου, ὅτι ἐγὼ Κλήμης Ῥωμαίων πολίτης ὢν καὶ τὴν πρώτην ἡλικίαν σωφρόνως ζῆσαι δυνηθείς, τῆς ἐννοίας μου ἐκ παιδὸς ἀπασχολούσης[1] τὴν ἐν ἐμοὶ ἐπιθυμίαν εἴς τε ἀθυμίας καὶ πόνους. συνῆν γάρ μοι λογισμός, οὐκ οἶδα πόθεν τὴν ἀρχὴν λαβών, περὶ θανάτου πυκνὰς ποιούμενος ὑπομνήσεις, ὅτι ἆρα θανὼν οὐκ εἰμί, καὶ οὐδὲ μνήμην τις ποιήσει μου ποτέ,[2] τοῦ ἀπείρου χρόνου πάντων τὰ πάντα εἰς λήθην φέροντος· ἔσομαι δὲ οὐκ ὤν, οὐκ ὄντας[3] εἰδώς, οὐ γινώσκων, οὐ γινωσκόμενος, οὐ γεγονώς, οὐ γινόμενος; καὶ ἆρα πότε[4] γέγονεν ὁ κόσμος, καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τί ἄρα ἦν; εἰ γὰρ ἦν ἀεί, καὶ ἔσται· εἰ δὲ γέγονε, καὶ λυθήσεται·[5] καὶ μετὰ λύσιν τί ἄρα ἔσται πάλιν, εἰ μὴ τάχα σιγὴ καὶ λήθη; ἢ καὶ[6] τάχα ἔσται τι, ὃ νῦν νοῆσαι οὐ δυνατόν.*

II. *Ταῦτά τε καὶ τὰ τούτοις ὅμοια οὐκ οἶδα πόθεν ἀπαύστως ἐνθυμούμενος ὀδυνηρὰν εἶχον λύπην τοσοῦτον, ὡς ὠχριακότα με τήκεσθαι· καὶ τὸ δεινότατον, εἴ ποτε ἀπώσασθαι τὴν φροντίδα ὡς ἀνωφελῆ ἐβουλευσάμην, ἀκμαιότερόν μοι μᾶλλον τὸ πάθος ἐγίνετο. καὶ ἠχθόμην ἐπὶ τούτῳ, οὐκ εἰδὼς σύνοικον καλὴν ἔχων ἔννοιαν, ἀθανασίας ἀγαθῆς[1] αἰτίαν μοι γενησομένην,[2] ὡς ὕστερον τῇ πείρᾳ ἐπέγνων καὶ θεῷ τῷ πάντων δεσπότῃ εὐχαρίστησα.[3] ὑπὸ γὰρ τῆς κατ' ἀρχὰς θλιβούσης με ἐννοίας εἰς τὴν τῶν πραγμάτων ζήτησιν καὶ εὕρεσιν ἠναγκάσθην ἐλθεῖν· καὶ τότε ἐταλάνιζον, οὓς τὴν ἀρχὴν δι' ἄγνοιαν μακαρίζειν ἐκινδύνευον.*

III. *Ἐκ παιδὸς οὖν ἡλικίας ἐν τοῖς τοιούτοις ὢν λογισμοῖς, χάριν τοῦ μαθεῖν τι βέβαιον εἰς τὰς τῶν φιλοσόφων ἐφοίτων διατριβάς. καὶ οὐθὲν*[1]

---

1) Inscriptionem et quae eam excipiunt usque ad vbb. *οὖν ἐπεκράτει λόγος, ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχὴ* cap. 3. deprompsi e solo Codice Ottoboniano, cum in Vaticano temporum iniuria et hominum incuria, si paucarum literarum excipias vestigia, fere perierint. Ceterum consentit cum Ottob. codd. Orient. Ital. Monac. teste Tisch. Inscriptio eadem tantum in Monac. — 2) Cod. Orient. Tisch. et eiusdem Italic. add. *δὲ*, non item Monac.

CLEMENTIS PRAEDICATIONUM, QUAS PETRUS INTER PEREGRINANUDM HABUIT, EPITOME.

Clemens Iacobo domino ac episcopo, et episcoporum episcopo, sanctam Christianorum ecclesiam Hierosolymis, Christique Dei nostri ecclesias ubivis divina providentia praeclare constitutas gubernanti, una cum presbyteris, et diaconis caeterisque fratribus omnibus: pax sit semper.

I. Scire te velim, mi domine, ego Clemens civis Romanus primam vitae aetatem caste atque temperanter cum vivere potuerim, contemplationem iam a pueris cupiditatem meam ad maerores avocasse atque labores. Inerat enim mihi cogitatio nescio unde oborta, quae me crebro mortalitatis commonebat, me quippe post obitum non futurum, nec unquam mei mentionem aliquem facturum, immenso nimirum tempore cunctorum cuncta in oblivionem abducente; ero autem non existens eos, qui [ea, quae] sunt, non cognoscens, nec cognoscens, neque cognitus, quique aliquando non fuerim, et tunc non sim? Dein utrum creatus sit mundus, et antequam fieret, quid fuerit? Etenim si semper fuit, semper erit; sin factus est, etiam interibit solutus; et post interitum quid iterum erit, ni forte silentium atque oblivio? Aut fortasse aliquid erit, quod nunc excogitari nequit.

II. Haec et his similia nescio unde animo indesinenter revolvens tam acerbo maerore afflictabar, ut pallens tabescerem: et quod gravissimum, si quando eiusmodi sollicitudinem veluti inutilem repellere conarer, multo vehementior dolor mihi consurrexit. Id vero aegre ferebam, utpote qui non cognoscerem, contubernalem inesse praeclaram sollicitudinem, quae mihi certae immortalitatis causa futura esset, quemadmodum rerum exitu didici, et Deo cunctorum domino gratias egi. Etenim cum inde ab initio cogitatio illa me urgeret, ad rerum inquisitionem et inventionem venire coactus sum: ac tum miseros iudicavi, quos in principio ob ignorantiam beatos praedicare ausus sum.

III. Itaque cum a pueris in eiuscemodi cogitationibus versarer, quo aliquid certi addiscerem, ad philosophorum scholas ventitabam; ast nihil

---

Cap. I. 1) Ita margo Codicis Ottoboniani, ἀσχολούσης textus. Item Orient. et Ital. ἀπασχολ., sed Monac. ἀσχολ. — 2) Hunc liber Ottob. cum Tischendorfii tribus accentum habet. — 3) οὐ τὰ ὄντα coniecit Schweglerus. — 4) Ita uterque Tisch., ἆρα ποτε C, ἆρα πότε Mon. — 5) Apud Tisch. verba καὶ λυθήσεται incuria typothetae exciderunt. Hoc etiam inde apperet quod nullam Homiliarum aut Epitomes differentiam notavit. — 6) καὶ ᾗ invertit noster Hom. Codex.

Cap. II. 1) Ita etiam Or. Ital. Mon. Noster Hom. Cod. ἀγαθὴν, quod praestat. — 2) Sic etiam noster Cod. Hom. rectius quam Cotelerius in Hom. et Tischendorfii Codd. Italicus et Mon. γενομένην. Idem ex Or. suo γινομένην edidit. — 3) Or. et Ital. ηὔχαρ.

Cap. III. 1) Ita margo Ottob., cum Or. Ital. Monac. οὐδὲν textus. — 2) λό-

ἕτερον ἐώρων ἢ δογμάτων ἀνασκευὰς καὶ κατασκευὰς καὶ ἔρεις καὶ φιλονεικίας καὶ συλλογισμῶν τέχνας καὶ λημμάτων ἐπινοίας. καί ποτε μὲν ἐπεκράτει, φέρε λέγειν, ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, ποτὲ δὲ ὅτι θνητή. ὁπότε οὖν ἐπεκράτει λόγος,[2] ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχὴ,[3] ἔχαιρον, ὁπότε δὲ ὅτι θνητὴ, ἐλυπούμην· πλεῖον δὲ ἠθύμουν, ὅτι οὐδ' ὁποτέρων τις[4] τὸν ἐμὸν βεβαιῶσαι νοῦν ἠδύνατο. πλὴν ἐνενόουν,[5] ὅτι αἱ δόξαι τῶν ὑποθέσεων παρὰ τοὺς ἐκδικοῦντας ψευδεῖς ἢ ἀληθεῖς ὑπολαμβάνονται, καὶ[6] οὐχ ὡς ἔχουσιν ἀληθείας φαίνονται. ἐπιστήσας οὖν ἤδη ποτὲ, ὅτι οὐ παρὰ τὰς ἐκδικουμένας ὑποθέσεις ἡ κατάληψις γίνεται, ἀλλὰ παρὰ[7] τοὺς ἐκδικοῦντας αἱ δόξαι ἀποφαίνονται,[8] ἔτι μᾶλλον εἰλιγγίων[9] ἐν τοῖς πράγμασι. διὸ ἐκ τοῦ τῆς ψυχῆς βάθους ἐστέναζον. οὔτε γάρ τι βεβαιῶσαι οἷός τε ἤμην, οὔτε τὴν τῶν τοιούτων φροντίδα ἀποσείσασθαι ἠδυνάμην,[10] καίπερ βουλόμενος, ὡς φθάσας εἶπον, ὅτι[11] ἐμαυτῷ δὲ[12] πυκνότερον ἡσυχάζειν ἐπιτάσσοντι, οὐκ οἶδ' ὅπως λανθανόντως μεθ' ἡδονῆς ὁ τῶν τοιούτων μοι εἰσήρχετο λογισμός.

IV. Καὶ πάλιν ἀπορούμενος ἔλεγον ἐμαυτῷ· τί ματαιοπονῶ σαφοῦς ὄντος τοῦ πράγματος; ὅτι εἰ μὲν[1] θανὼν οὐκ εἰμὶ, νῦν ὄντα με λυπεῖσθαι οὐ προσῆκεν.[2] διὸ τηρήσω τὸ λυπεῖσθαι εἰς τὴν τότε, ὅτε οὐκ ὢν οὐ[3] λυπηθήσομαι. εἰ δ' ἄρα εἰμὶ, τί νῦν ἐκ περισσοῦ μοι πρόσεστι τὸ λυπεῖσθαι; καὶ εὐθέως μετὰ τοῦτο ἕτερός με εἰσῄει λογισμός. ἔλεγον γάρ· μή τί γε τοῦ νῦν με λυποῦντος ἐκεῖ χεῖρον παθεῖν ἔχω,[4] μὴ βεβιωκὼς εὐσεβῶς, καὶ παραδοθήσομαι κατ' ἐνίων φιλοσόφων λόγους Πυριφλεγέθοντι καὶ Ταρτάρῳ, ὡς Σίσυφος ἢ Τιτυὸς[5] ἢ Ἰξίων ἢ Τάνταλος, καὶ ἔσομαι ἐν ᾅδου τὸν αἰῶνα κολαζόμενος; πάλιν τε[6] ἀνθυπέφερον λέγων·[7] ἢ[8] ἀδήλου ὄντος τοῦ πράγματος ἀκινδυνότερόν ἐστι μᾶλλον εὐσεβῶς βιῶσαί με. καὶ πάλιν· πῶς δυνήσομαι τοῦ δικαίου χάριν εἰς ἄδηλον ἐλπίδα ἀφορῶν τῶν τοῦ σώματος κρατεῖν ἡδονῶν; ἀλλ' οὐ δ' ὅ,τι ποτέ ἐστι δίκαιον καὶ ἀρέσκον τῷ[9] θεῷ πεπληροφόρημαι, οὔτε εἰ ἡ ψυχὴ ἀθάνατος ἢ θνητὴ γινώσκω· οὔτε τις λόγος βέβαιος εὑρίσκεται, οὔτε τῶν τοιούτων λογισμῶν ἡσυχάζειν δύναμαι.

V. Τί οὖν χρὴ ποιεῖν ἢ τοῦτο; εἰς Αἴγυπτον πορεύσομαι, καὶ τοῖς τῶν ἀδύτων ἱεροφάνταις τε καὶ προφήταις φιλιωθήσομαι, καὶ μάγον ζητήσας καὶ εὑρὼν χρήμασι πολλοῖς πείσω, ὅπως ψυχῆς ἀναπομπὴν τὴν λεγομένην νεκρομαντίαν[1] ποιήσῃ, ἐμοῦ ὡς περὶ πράγματός τινος πυνθανομένου. ἡ δὲ πεῦσις ἔσται περὶ τοῦ μαθεῖν, εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχή. ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ἀπόκρισις, ὅτι ἀθανατός ἐστιν, οὐκ ἐκ τοῦ λαλῆσαι ἢ καὶ[2] ἀκοῦσαι ἔσται μοι γνῶναι, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὀφθῆναι μόνον, ἵνα αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδὼν αὐτὴν αὐτάρκη καὶ ἱκανὴν ἀπόφασιν ἔχω ἐκ τοῦ μόνον φανῆναι ὅτι ἔστι, καὶ οὐκέτι δυνήσεται τὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἴδια τὰ τῆς ἀκοῆς ἀνατρέψαι ἄδηλα ῥήματα. ὅμως καὶ αὐτὴν ταύτην τὴν σκέψιν ἀντέβαλλόν τινι συνήθει φιλοσόφῳ, ὃς συνεβούλευέ[3] μοι τοῦτο μὴ τολμῆσαι κατὰ πολλοὺς τρόπους. εἴτε γὰρ οὐκ εἰσακούσεται[4] ἡ ψυχὴ τῷ μάγῳ, σὺ τοῖς ταῦτα ποιεῖν ἀπαγορεύουσι νόμοις ὡς ἀντιπράξας δυσσυνειδήτως βιώσεις· εἰ δὲ ἐπακούσεται,[5] μετὰ τοῦ δυσσυνειδήτως σε βιοῦν οἶμαι τὰ τῆς εὐσεβείας σοι μηκέτι προχωρεῖν, οὗ εἵνεκεν

γος om. O et Mon. Antea Or. καὶ ὁπότε γοῦν. — 3) ἡ ψυχὴ (ex Or. et Ital.) non leg. in O et Mon. et Hom. — 4) Ita etiam Or. et Ital. ὁπότερόν τι O et Mon. — 5) Vocc. ἠδύνατο. πλὴν ἐνενόουν in Or. Ital. Mon. sunt, non item in O. Tisch. mavult ad modum Rufini: *sed hoc tantum intelligebam.* — 6) καὶ

aliud cernebam, quam dogmatum destructiones et adstructiones, et lites ac contentiones, et syllogismorum artificia, et argumentorum inventiones. Illic praevalebat modo, exempli gratia, animam esse immortalem, modo autem mortalem. Quando igitur disceptatio de eius immortalitate praevalebat, equidem laetabar, sed quando de mortalitate sermo, tristabar magis autem rursus animum despondebam, quod neutrum menti meae; fidem facere valebat. Praeterea mecum reputabam, controversiarum sententias pro arte propugnatorum veras aut falsas existimari, nec eiusmodi videri, quales reapse sunt. Iam igitur animadvertens, perceptionem non nasci ex rebus ad agendum propositis, sed pro ingenio disputantium statui dogmata, adhuc magis hisce de rebus perplexus haerebam. Itaque ex profundo animo gemiscebam. Neque enim poteram firmi aliquid decernere, neque de istis curam valebam depellere, quamvis, ut antea dixi, id vellem, quoniam cum mihi frequenter quietem imperarem, nescio quo modo horum cum voluptate clanculum in me intrabat cogitatio.

IV. Ac iterum haesitans mihi dicebam: Quid frustra laboro, cum res manifesta sit? Quodsi post mortem non existam, non convenit, ut me contristem nunc, dum vivo. Quare tristitiam in illum diem reponam, quo non futurus haud contristabor. Si autem ero, quid mihi iam inest maeror inutilis? Et mox alia post ea mihi incidit cogitatio. Dicebam quippe: An non aliquod peius eo, quod nunc me cruciat, illic patiar, si pie non vixero, tradarque secundum quorundam philosophorum placita Pyriphlegethonti et Tartaro, ut Sisyphus vel Tityus vel Ixion vel Tantalus, et aeterno puniar in Orco? Iterumque replicabam dicens: Vel cum incerta res sit, minus periculosum est, pie me vivere. Ac rursus: Quo pacto iustitiae causa dubiam intuens spem potero corporis cupiditatibus imperare? Sed nec quidnam sit iustum Deoque acceptum, plene certoque cognitum habeo, nec utrum anima immortalis sit scio, an mortalis: neque ulla certa ratio invenitur, neque ab hisce cogitationibus cessare possum.

V. Quid igitur faciendum est, nisi hoc? In Aegyptum proficiscar, et cum adytorum hierophantis prophetisque amicitiam inibo, magoque quaesito et reperto pecunia multa persuadebo, ut animae evocationem, quam dicunt necromantiam, instituat, tanquam de negotio quodam sciscitaturus. Percontatio vero id spectabit, ut discam, utrum anima immortalis sit. At responsio animae de sua immortalitate non ex loquela ipsius aut mea auditione erit mihi comperta, sed ex sola visione; ut his ipsis oculis illam videns sufficientem ac idoneam habeam declarationem, quod exsistat, ex eo solo quod apparuerit; nec amplius incerta auditus verba oculorum poterunt firmitatem evertere. Ac simul hanc ipsam deliberationem cum philosopho quodam, familiari meo, communicavi, qui consilium mihi dedit, facere id ne auderem ob multas quidem rationes. Sive enim, inquit, mago non obtemperabit anima, tu, ut qui legibus ista facere vetantibus repugnaveris, male tibi conscius vives; sin vero obedierit, praeterquam quod mala in conscientia vives non amplius tibi bene cessura existimo ea, quae pietatis sunt, cuius ergo etiam ista facere ausus es. Nam Deum aiunt

---

om. O et Mon. — 7) *παρὰ* des. in O et Mon. — 8) *ὑποφαίνονται* O et Mon. — 9) *ἰλιγγίων* scr. O, Or. et Mon. *ἠλιγγ.* Ital. — 10) *ἐδυνάμην* O, Or. et Ital. — 11) *ἔτι* O et Mon. — 12) *δὲ* non est in Vat. Or. Ital., sed confirmat Mon.

Cap. IV. 1) *εἰ μὲν γὰρ* O et Mon. — 2) *προσῆκε* O et Mon. — 3) *οὐ* des. in O Or. Mon. — 4) Ita distinguit O, nec aliter Tisch. ex suis codd. — 5) Variat nominis accentus in libris editis et scriptis: *Τίτυος* Cot., *Τιτύος* Tisch. ex Ital. suo, oxytonon nostri duo Codd. et Hom. — 6) *καὶ πάλιν* O et Mon. — 7) Ita et tres cdd. Tischendorfii. Ex Hom. I, 4 inserendum videtur: *ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα. καὶ πάλιν ἔλεγον· εἰ δὲ ἔστιν;* — 8) *εἰ* O et Mon. — 9) *τῷ* om. O Or. Ital. Mon.

Cap. V. 1) *νεκυομαντείαν* O et Mon., item *νεκυομαντίαν* Or. et Ital. — 2) *καὶ* om. O et Mon. — 3) *συνεβούλευσέ* O et Mon. — 4) Inseras *φησὶν* c. Hom. I, 5. — 5) *εἰ δ' ἐπακούσεται* scr. O. — 6) Scri-

καὶ[6] ἐτόλμησας. ἐχθραίνειν γὰρ τὸ θεῖον λέγουσιν ἐπὶ τοῖς τῇ λύσει[7] τῶν θανόντων σωμάτων σκύλλουσι τὰς ψυχάς. ἐγὼ δὲ ταῦτα ἀκούσας ὀκνηρότερος μὲν πρὸς τὸ τοιοῦτον ἐγχειρῆσαι ἐγενόμην· τῆς δὲ ἀπ' ἀρχῆς μου[8] οὐκ ἐπαυσάμην βουλῆς, ἀλλ' ὡς ἐμποδισθεὶς τῆς ὁρμῆς ἠθύμουν.

VI. Καὶ ἵνα μή σοι τὰ τοιαῦτα μακρῷ διηγήσωμαι λόγῳ, ἐν τοσούτοις λογισμοῖς καὶ πράγμασιν ὄντος μου φήμη τις ἠρέμα ἐπὶ τῆς Τιβερίου Καίσαρος βασιλείας ἐξ ἐαρινῆς τροπῆς τὴν ἀρχὴν λαμβάνουσα ηὔξανεν ἑκάστοτε, καὶ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὴ[1] θεοῦ ἄγγελος διέτρεχε τὸν κόσμον, τὸ τοῦ θεοῦ βούλημα σιγᾶν[2] στέγειν μὴ δυναμένη. ἑκάστοτε οὖν πλείων καὶ μείζων ἐγίνετο λέγουσα, ὥς τίς ποτε ἐν Ἰουδαίᾳ ἐξ ἐαρινῆς τροπῆς λαβὼν τὴν ἀρχὴν, Ἰουδαίοις[3] τὴν τοῦ ἀϊδίου θεοῦ εὐαγγελίζεται βασιλείαν, ἧς ἀπολαύειν λέγει, ἐάν τις αὐτοῦ[4] προκατορθώσῃ τὴν πολιτείαν· τοῦ δὲ πιστεύεσθαι αὐτὸν χάριν, ὅτι θειότητος γέμων ταῦτα ποιεῖ,[5] πολλὰ θαυμάσια, σημεῖά τε καὶ τέρατα διαπράττεται· κελεύσει γὰρ[6] μόνῃ, ὡς ἔχων ἐξουσίαν, κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν, τυφλοὺς ἀναβλέπειν,[7] κυλλοὺς ποιεῖ[8] περιπατεῖν, χωλοὺς ὀρθοῖ,[9] πᾶσαν νόσον ἀπελαύνει, πάντα δαίμονα φυγαδεύει· ἀλλὰ καὶ λεπροὶ ἐκ διαστήματος μόνον ἐνορῶντες αὐτῷ ἰώμενοι ἀπαλλάσσονται, νεκροὶ δὲ προσφερόμενοι ἐγείρονται, καὶ οὐδέν ἐστιν ὃ ἀδυνατεῖ ποιεῖν. καὶ ὅσον γε[10] μᾶλλον ὁ χρόνος προέκοπτε, πολὺ μείζων[11] διὰ πλειόνων τῶν ἐπιδημούντων βεβαιωτέρα ἐγίνετο, οὐκ ἔτι φήμη, λέγω, ἀλλὰ τοῦ πράγματος ἡ ἀλήθεια· ἤδη γάρ ποτε καὶ συστήματα κατὰ τόπους ἐγίνετο βουλῆς καὶ σκεψέως, τίς[12] ἂν εἴη ὁ φανεὶς καὶ τί βούλεται λέγειν.

VII. Καὶ δή ποτέ τις πρὸς αὐτῷ τῷ ἔτει ἐν φθινοπωρινῇ τροπῇ δημοσίᾳ στὰς ἐβόα λέγων· ἄνδρες Ῥωμαῖοι, ἀκούσατε· ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς ἐν Ἰουδαίᾳ πάρεστιν ἐπαγγελλόμενος πᾶσι τοῖς βουλομένοις ζωὴν αἰώνιον, ἐὰν τὰ[1] κατὰ γνώμην τοῦ πέμψαντος αὐτὸν πατρὸς βιώσωσι. διὸ μεταβάλλεσθε τὸν τρόπον ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα, ἀπὸ τῶν προσκαίρων ἐπὶ τὰ αἰώνια. γνῶτε ἕνα θεὸν εἶναι ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι[2] τὸν ἐπουράνιον, οὗ τὸν κόσμον ἀδίκως οἰκεῖτε ἔμπροσθεν τῶν αὐτοῦ δικαίων ὀφθαλμῶν. ἀλλ' ἐὰν μεταβάλλησθε καὶ κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν βιώσητε, εἰς ἕτερον αἰῶνα ἐνεχθέντες καὶ ἀΐδιοι γενόμενοι, τῶν ἀποῤῥήτων ἀγαθῶν αὐτοῦ[3] ἀπολαύσετε· ἐὰν δὲ ἀπειθήσητε, μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀποβίωσιν εἰς[4] τὸν τόπον τοῦ πυρὸς βληθήσεσθε, ὅπου ἀϊδίως[5] κολαζόμενοι ἀνωφέλητα μετανοήσετε. ὁ γὰρ τῆς μετανοίας καιρὸς ἡ νῦν ἑκάστου ζωὴ τυγχάνει· ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα ἀκούων ἠχθόμην, ὅτι οὐδεὶς ἐκ τοσούτων ὄχλων τηλικαύτην ἀγγελίαν ἀκούσας εἴρηκεν· εἰς Ἰουδαίαν πορεύσομαι, ἵνα ἴδω,[6] εἰ οὗτος λέγων αληθεύει, ὡς ὅτι υἱὸς θεοῦ ἐπιδεδήμηκεν[7] τῇ Ἰουδαίᾳ, ἀγαθῆς καὶ αἰωνίας ἐλπίδος χάριν τὴν τοῦ ἀποστείλαντος πατρὸς βούλησιν ἐκφαίνων.[8] καὶ ὅπερ λέγουσιν αὐτὸν κηρύσσειν, οὐκ ἔστι μικρόν. ὧν μὲν γὰρ τὰς ψυχὰς διαβεβαιοῦται αἰωνίους οὔσας, αἰωνίων ἀπολαύσειν ἀγαθῶν, ὧν δὲ ἐν πυρὶ ἀσβέστῳ ῥιφείσας,[9] τὸν αἰῶνα κολασθήσεσθαι.

VIII. Ταῦτα ἐγὼ λέγων περὶ ἄλλων καὶ ἐμαυτῷ ὡμίλησα[1] λέγων· τί ἄλλους μέμφομαι ἐν τῷ αὐτῷ τῆς ἀμελείας ὑπάρχων ἐγκλήματι; ἀλλ' εἰς Ἰουδαίαν ὁρμήσω, πρότερον τὸν ἐμὸν διαθεὶς βίον· καὶ δὴ οὕτως[2] βουλευσα-

---

bendum videtur καὶ ταῦτ'. — 7) λύσσει V, ubi deest sub seq. τῶν. — 8) Mon. μοι.

Cap. VI. 1) Or. ἀγαθ' ἀληθῶς omisso sq. θεοῦ. — 2) σιγῇ reponen-

odio persequi eos, qui mortuorum animas a corporibus solutas divexant. Quibus ego auditis segnior quidem ad illud aggrediendum factus sum, a consilio tamen quod initio ceperam non destiti, sed velut a desiderii impetu impeditus dolebam.

VI. Ac ne in istis tibi enarrandis longior sim, cum in eiusmodi cogitationibus atque negotiis ego versarer, Tiberio Caesare Imperatore fama quaedam a verno tempore sensim orta crevit undique, et uti revera bonus Dei nuncius mundum peragravit, quae Dei voluntatem silentio tegere non patiebatur. Ubique igitur amplior et maior fiebat referens: „In Iudaea quidam, principio sumpto a verno tempore, aeterni Dei regnum Iudaeis annunciat, quod frui licere dicit, si quis recte atque emendate vivendi rationem instituat. Quo autem divinitatis plenus haec agere [docere] credatur, multa mirabilia, signa et prodigia edit; solo enim nutu, quasi potestate accepta, surdos audire facit, caecos videre, pedibus aegros ambulare, claudos firmo gradu incedere, omnem morbum depellit, omnem malum spiritum fugat; quin etiam leprosi eminus eum tantum intuentes sanati abeunt, mortui vero oblati suscitantur, nec quisquam est, quod praestare non possit.“ Atque quo plus temporis praeteribat, eo maior firmiorque per complures advenientes fiebat iam non amplius fama, inquam, sed rei veritas. Tum enim conventus per loca fiebant, ut consultarent deliberarentque, quisnam is esset, qui apparuisset, quidque eius sibi vellet oratio.

VII. Caeteroquin autumnali tempore eiusdem anni quidam publice exstitit clamavitque dicens: Viri Romani audite: Dei filius in Iudaea adest, cunctis, qui velint, vitam sempiternam promittens, si vitam instituant ex voluntate patris, qui ipsum misit. Quapropter mores commutate a deterioribus ad meliora transeuntes, a caducis ad aeterna. Cognoscite unum esse Deum in tribus personis, qui in caelis est, cuius mundum ante eius oculos iustos iniuste incolitis. Verum si convertamini et secundum voluntatem eius vivatis, in alterum seculum sublati aeternique redditi, ineffabilibus ipsius bonis perfruemini; sin vero non obtemperetis, post hancce vitam in locum ignis coniiciemini, ubi aeterno puniti frustra vos poenitebit. Poenitentiae enim opportunum tempus praesenti uniuscuiusque vita concluditur. Quibus ego auditis dolebam, quod ex tot catervis tam magno nuncio accepto nemo dixit: In Iudaeam proficiscar, ut videam, utrum iste orator vere dicat, Dei quippe filium in Iudaea exstitisse propter bonam aeternamque spem, qui voluntatem patris, a quo missus est, manifestet. Haud sane parvi est, quod eum praedicare dicunt. Quorundam enim animas affirmat, utpote immortales, immortalibus bonis fruituras; aliorum vero in ignem inextinctum proiectas, aeternum esse puniendas.

VIII. Quae cum de aliis dicerem, etiam mecum his verbis locutus sum: Quid alios vitupero, qui in eodem, quo illi negligentiae crimine verser? Agedum, rebus domesticis quam primum ordinatis, in Iudaeam

---

dum ex Hom. I, 6 et Epit. c. 6., aut forte cum Tisch. scribendum *σιγᾶν ἢ στέγειν*. Illud tamen praestat. Cfr. Soph. Oed. T. 341, Trach. 992, Phil. 137. — 3) *Ἰουδαῖος* O et Mon. — 4) *αὐτῷ* V et Mon., *αὐτῶν* Hom. ibid. item Or. Tum Or. *προκατορθώσει*. — 5) *πνέει* O Or. Mon. — 6) *γὰρ* om. V et Or. — 7) *βλέπειν* O et Mon. — 8) *ποιεῖ* non est in O et Mon. — 9) Or. *ἀνορθοῖ*. — 10) *ὅσο γε* O, quod ex huius Codicis scribendi ratione idem est ac *ὅσῳ γε*. — 11) *μᾶλλον* O et Mon. — 12) Ita O et Mon. rectissime, *τὸ τίς* V male cum utroque Hom. Cod. et Epit.

VII. 1) *τὰ* om O et Mon. — 2) Notabilis haec appositio *ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι* non leg. Hom. I, 7. Quin ea solius epitomatoris sit (Epit. c. 7), non dubito. — 3) *αὐτοῦ ἀγαθῶν* ordo vocc. in O. — 4) *ἐς* V. — 5) *ἀϊδίως ὅπου* ordine inv. O et Mon. — 6) *εἰδῶ* O et Mon. — 7) *ἐπιδεδήμηκε* O. — 8) *ἐμφαίνων* O et Mon. — 9) Sic et noster Hom. Cod. et Mon. *ῥιφθείσας* ed. Cot. Hom. I, 7.

Cap. VIII. 1) Or. *ὁμίησα*. — 2) *οὕτω* C. — 3) Mon. *ὠδίποτε*. Idem

μένου μου, πολὺς ὁ τῆς παρολκῆς ἐγένετο χρόνος, τῶν βιωτικῶν πραγμάτων δυσεκλύτων ὄντων· πέρας γοῦν συννοήσας ὡδήποτε[3] τὴν τοῦ βίου φύσιν, ὅτι ἐλπίδι ἐκπλοκῶν τοὺς σπεύδοντας ἐνεδρεύει, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅν ποτε εἰσεκλάπην χρόνον ἐλπίσι δονούμενος, καὶ ὅτι οὕτως ἀσχολούμενοι οἱ ἄνθρωποι ἀποθνήσκομεν, τὰ πάντα μου ὡς ἔτυχεν ἀφεὶς εἰς Πόρτον ὥρμησα.[4] καὶ εἰς τὸν λιμένα ἐλθὼν καὶ ἀναχθεὶς ἀνέμων ἔχθραις, ἀντὶ τοῦ εἰς Ἰουδαίαν, εἰς Ἀλεξανδρείαν ἠνέχθην. καὶ ἀνέμων ἀπορίᾳ ἐπισχεθεὶς ἐκεῖ συνεφοίτων τοῖς φιλοσόφοις, καὶ τὰ τῆς φήμης μετὰ τοῦ ἐν Ῥώμῃ φανέντος ἔλεγον τοὺς λόγους. οἱ δὲ ἀπεκρίναντο, ὅτι μὲν ἐν Ῥώμῃ φανέντα[5] οὐκ ἴσμεν, περὶ δὲ τοῦ ἐν Ἰουδαίᾳ γενομένου καὶ υἱοῦ θεοῦ ὑπὸ τῆς φήμης λεγομένου, παρὰ πολλῶν τῶν ἐκεῖθεν ἐληλυθότων ἠκούσαμεν,[6] καὶ περὶ πάντων, ὧν λαλῶν ἐποίει θαυμασίων ἐμάθομεν.[7]

IX. *Ἐμοῦ δὲ[1] εἰπόντος· ἤθελόν τινι συντυχεῖν τῶν ἑωρακότων αὐτὸν, εὐθὺς[2] ἦγόν με λέγοντες· ἔστιν τις ἐνταῦθα, οὐ μόνον ἱστορήσας αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκεῖθεν γῆς ὑπάρχων, ἀνὴρ τίμιος ὀνόματι Βαρνάβας, ὃς καὶ[3] ἕνα τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἑαυτὸν εἶναι λέγει, καὶ ἐνταῦθά που καθεζόμενος τῆς ἐκείνου ὑποσχέσεως τοὺς λόγους τοῖς βουλομένοις ἑτοίμως λέγει. καὶ δὴ συνῆλθον αὐτοῖς. καὶ ἐλθὼν σὺν τῷ παρεστῶτι ὄχλῳ ἔστην ἐπακούων τῶν λόγων.[4] καὶ συνενόουν τὰ ἀληθῆ οὐ διαλεκτικῇ τέχνῃ λέγοντα, ἀλλὰ ἀκάκως καὶ ἀπαρασκευάστως ἐκτιθέμενον, ἅτε ἤκουσε καὶ ἑώρακε τὸν τοῦ θεοῦ φανέντα υἱὸν πεποιηκέναι τε καὶ εἰρηκέναι. πολλοὺς δὲ μάρτυρας τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων θαυμασίων τε καὶ λόγων ἐξ αὐτοῦ τοῦ παρεστῶτος ὄχλου παρεῖχεν.*

X. *Ἐπειδὴ δὲ πρὸς τὰ ἀπανούργως λεγόμενα ἡδέως οἱ ὄχλοι[1] διετίθεντο, οἱ ἐκ παιδείας κοσμικῆς ὁρμώμενοι φιλόσοφοι γελᾶν αὐτὸν καὶ χλευάζειν ἐπεβάλλοντο, σκώπτοντες καὶ διασύροντες θράσει ἀμέτρῳ, ὡς μεγάλοις ὅπλοις κεχρημένοι τοῖς συλλογισμοῖς. ὁ δὲ ἀπωθούμενος αὐτῶν τὸν λῆρον οὐ συνέτρεχεν αὐτῶν τῇ πανούργῳ πεύσει, ἀλλὰ ἀκατάπληκτος ὢν λέγειν οὐκ ἀφίστατο. καί ποτέ τις αὐτοῦ ἐπύθετο, διατί κώνωψ ἐγένετο, καὶ βραχύτατον ὂν,[2] ἓξ πόδας ἔχων, ἔχει καὶ πτερὰ, ἐλέφας δὲ τὸ μέγιστον ζῶον ἄπτερος ὢν, τέσσαρας μόνον[3] ἔχει πόδας; ὁ δὲ μετὰ τὴν πεῦσιν τὸν ἐμποδισθέντα ἀναλαβὼν λόγον, ὡς πρὸς τὴν πεῦσιν ἀποκρινάμενος, τὸν αὐτῷ ἀπ' ἀρχῆς προκείμενον ἀνελάμβανε[4] λόγον, τούτῳ μόνῳ προοιμίῳ χρώμενος καθ' ἑκάστην ἐγκοπήν· ἡμεῖς τοῦ πέμψαντος ἡμᾶς τοὺς λόγους καὶ τὰς θαυμαστίους πράξεις εἰπεῖν ὑμῖν μόνον ἔχομεν ἐντολὴν, καὶ ἀντὶ τῆς λογικῆς ἀποδείξεως μάρτυρας παρέχομεν ὑμῖν τῶν ἐξ ὑμῶν παρεστώτων πολλοὺς, ὧν ἐγὼ τὰ εἴδη μέμνημαι, ὡς ἐμψύχους εἰκόνας, ἱκανὰς μαρτυρίας· λοιπὸν τῆς ὑμετέρας ἐστὶν ἐξουσίας, ὑπείκειν ἢ ἀπειθεῖν. τοῦ δὲ λέγειν ὑμῖν τὸ συμφέρον οὐ παύσομαι, ὅτι ἐμοὶ μὲν ζημία τὸ σιωπᾶν, ὑμῖν δὲ τὸ ἀπειθεῖν βλάβη. ἀλλὰ καὶ τῶν εἰκαίων ὑμῶν προβλημάτων τὰς ἀποδείξε ς ἀποδοῦναι ἐδυνάμην, εἰ φιλαλήθως ἐπυνθάνεσθε. κώνωπος δὲ καὶ ἐλέφαντος τὴν αἰτίαν τῆς διαφόρου δημιουργίας νῦν ὑμῖν εἰπεῖν οὐκ ἔστιν εὔκαιρον τοῖς τὸν[5] τῶν ὅλων ἀγνοοῦσι θεόν.*

XI. *Ταῦτα αὐτοῦ λέγοντος, ἐκ συμφωνίας ἄτακτον ἠφίεσαν γέλωτα, κατασιωπᾶν καὶ ἀπορεῖν αὐτὸν πειρώμενοι ὡς βάρβαρόν τινα δαιμονῶντα. ἐγὼ δὲ ταῦτα ὁρῶν, ζήλῳ οὐκ οἶδ' ὅπως ληφθεὶς, εὐσεβεῖ θυμῷ τοῦ λοιποῦ σιγᾶν οὐκ ἐκαρτέρουν, ἀλλὰ μετὰ παῤῥησίας ἐβόων λέγων· εὐλόγως ὁ θεὸς ὑμῖν ἀκατάληπτον τὴν αὐτοῦ βούλησιν ἔθετο ἀναξίους προϊδὼν, ἐξ ὧν νῦν*

proficiscar. Ita mihi deliberanti multum ob dilationem temporis praeteriit, cum huiusce vitae negotia haud facile expediri possent. Tandem ergo vitae conditione perpensa, quod spe implicans festinantibus insidietur, quin etiam quantum temporis mihi spe [vana] sollicito perditum iverit, quodque sic homines otio vacantes morimur, cuncta mea prout stabant relinquens ad Portum properavi. Cum in portum venissem, essemque ventis contrariis in altum subvectus, in Iudaeae loco Alexandriam perlatus sum. Ubi ventorum importunitate detentus ad philosophos ventitabam, famamque atque sermones illius, qui Romae visus fuerat, referebam. At illi responderunt: Eum quidem, qui Romae apparuit, nescimus; de illo autem, qui in Iudaea degit ac filius Dei fama dicitur, ex multis audivimus, qui illinc venerunt, deque omnibus, quae loquendo patrat, miraculis accepimus auditione.

IX. Cumque dicerem: Vellem incidere in aliquem, qui eum vidisset, statim duxerunt me dicentes: Adest quidam, qui eum non solum vidit, sed etiam illinc oriundus est, vir honorabilis nomine Barnabas, qui se quoque ait unum esse ex illius discipulis, et heic sedens rerum ab ipso promissarum. sermones volentibus prompte refert. Et quidem cum iis abii. Ac cum pervenissem, simul cum adstante multitudine steti, ut sermones audirem. Et intellexi, vera eum non dialectica arte dicere, sed absque malitia et praeparatione exponere, quae audierat et viderat a Dei filio, qui apparuit, facta et dicta. Multos autem testes miraculorum sermonumque ab eo relatorum ex ipsa turba adsistente produxit.

X. Cum vero populus simplicia eius dicta libenter audiret, philosophi cum huius mundi eruditione prorumpentes deridere eum ac subsannare aggressi sunt, immodica audacia cavillantes atque probris incessentes, syllogismis usi veluti magnis armis. Ille vero nugas eorum propellens, versutae ipsorum interrogationi non respondebat, sed minime turbatus sermonem institutum persequebatur. Et modo quidam ex eo quaerebat, cur ita factus esset culex, ut cum minimum quid sit, tamen sex pedes habeat, insuper alas gerat, elephas vero, animalium maximum cum careat alis, solummodo quadrupes existat. Ille autem post interrogationem sermonem resumens interruptum, quasi ad percontationem respondisset, propositum sibi ab initio sermonem repetiit, hoc solo utens prooemio per singulas interpellationes: Nobis demandatum solummodo est, ut vobis sermones et mirabilia gesta illius, qui misit nos, annuntiemus; et logicae demonstrationis loco testes vobis producimus eorum, qui ex vobis hic adstant multos, quorum ego facies recordor, velut vivas imagines, idonea testimonia. Caeterum in vestra potestate positum est obsequi, aut fidem non habere. Ego certe, quod utile est, vobis exponere non desistam, quoniam mihi quidem damnum est tacere, vobis autem non credere noxa. Ast et futilium vestrarum propositionum solutiones reddere possem, si veritatis studio interrogassetis. Verum causam diversae creationis culicis et elephanti nunc vobis aperire intempestivum esset, qui Deum omnium rerum ignoratis.

XI. Eo haec loquente, ex consensu confusum emittebant risum, illum tanquam barbarum quendam insanum ad silentium atque conturbationem redigere tentantes. Quae ego cum viderem, zelo nescio quomodo correptus prae pia ira ulterius silere non potui, sed fortiter exclamavi: Merito Deus voluntatem suam incomprehensibilem vobis esse voluit indignos

---

iam ediderat Tisch. — 4) Or. *ὅρμησα*. 5) *τίς ἐφάνη* O et Mon. — 6) *ἐμάθομεν* O et Mon. — 7) *ἠκούσαμεν* O et Mon.

Cap. IX. 1) *δ'* O. — 2) *εὐθὺς* deest in O. — 3) *καὶ* om. O et Mon. — 4) *τὸν λόγον* O et Mon.

Cap. X. 1) *οἱ ὄχλοι ἡδέως* ord. inv. O et Mon., qui pergunt *οὐ διετίθεντο οἵ τε*. — 2) *ζῶον* coniecit Uhlhorn (*die Homilien und Recognitionen des Clemens Romanus*, *Göttingen* 1853) pag. 158 not. 8. — 3) *μόνους* O. — 4) *συνεπέραινε* O. — 5) *τὸν* om. V., Or. om. *τῶν* seq.

τοὺς κριτικὸν νοῦν ἔχοντας πληροφορῶν φαίνεται. ἐπεὶ γὰρ νῦν τῆς αὐτοῦ βουλήσεως[1] κήρυκες ἐξαπεστάλησαν, οὐ γραμματικὴν ἐπαγγελλόμενοι τέχνην, ἀλλὰ ἁπλοῖς καὶ ἀπανούργοις λόγοις[2] τὴν αὐτοῦ βούλησιν ἐκφαίνοντες, ὡς πάντα ὅντινα οὖν ἀκούσαντα[3] νοεῖν τὰ λεγόμενα, καὶ οὐ μετὰ ἕξεώς τινος φθονερᾶς παρέχειν πᾶσιν ἑαυτὴν μὴ βουλομένης, πάρεστε ὑμεῖς πρὸς τὸ μὴ νοεῖν τὸ ὑμῖν συμφέρον ἐπὶ τῇ ὑμετέρᾳ βλάβῃ γελᾶν τὴν εἰς τὴν[4] ὑμετέραν καταδίκην ἐν βαρβάροις πολιτευσαμένην ἀλήθειαν, ἣν καὶ ὑμῖν ἐπιδημήσασαν ξενίσαι οὐ βούλεσθε διὰ τὰς ἀσελγείας ὑμῶν καὶ τὸ λιτὸν τῶν λόγων αὐτῆς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῆτε, ὅτι εἰκῇ[5] φιλόλογοί ἐστε, καὶ οὐκ ἀληθεῖς φιλόσοφοι. μέχρι μὲν οὖν[6] πότε λαλεῖν μανθάνετε, οἱ τὸ λαλεῖν[7] οὐκ ἔχοντες; πολλὰ γὰρ παρ' ὑμῶν ῥήματα ἑνὸς οὐκ ἄξια λόγου. τί ἄρα ἐρεῖ ὑμῶν[8] τὸ ἑλληνικὸν πλῆθος μία ψυχὴ γενόμενον, εἴπερ ἔσται κρίσις, ὡς οὗτος λέγει· διὰ τί, ὦ θεὲ, τὴν σὴν βούλησιν οὐκ ἐκήρυξας ἡμῖν; οὐ πάντως ἀκούσεσθε, εἴπερ ἀποκρίσεως καταξιωθήσεσθε, τάδε· ἐγὼ πάσας τὰς ἐσομένας πρὸ καταβολῆς κόσμου προαιρέσεις εἰδὼς, ἑκάστῳ πρὸς τὸ αὐτοῦ ἄξιον λανθανόντως προαπήντησα. τοῦτο δὲ αὐτὸ ὅτι οὕτως ἔχει βουληθεὶς τοὺς προσπεφευγότας μοι πληροφορῆσαι, διατί ἀπ' ἀρχῆς ἐκ προτέρων γενεῶν τὴν ἐμὴν βούλησιν δημοσίᾳ οὐκ εἴασα κηρυχθῆναι, νῦν πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου κήρυκας ἐμῆς βουλῆς ἀπέστειλα, οἳ καὶ γελῶνται καὶ ὑβριζόμενοι χλευάζονται ὑπὸ τῶν μηδὲν ὠφελεῖσθαι ἐθελόντων[9] καὶ ἐπιτεταμένως τὴν ἐμὴν φιλίαν παραιτησαμένων; ὢ μεγάλης ἀδικίας, μέχρι φόνου κινδυνεύουσιν οἱ κήρυκες, καὶ ταῦτα ὑπὸ τῶν εἰς σωτηρίαν καλουμένων ἀνδρῶν. τοῦτο δὲ τὸ ἀδίκως γινόμενον κατὰ τῶν ἐμῶν κηρύκων ἀπ' ἀρχῆς ἂν εἰς πάντας ἐγίνετο, εἴπερ ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν ἐκαλοῦντο οἱ ἀνάξιοι. τὸ γὰρ νῦν γινόμενον ὑπ' αὐτῶν ἀδίκως εἰς ἀπολογίαν τῆς ἐμῆς δικαίας γίνεται προνοίας, ὅτι καλῶς τὸν τῆς[10] τιμῆς ἄξιον λόγον ἀπ' ἀρχῆς δημοσίᾳ εἰς ὕβριν θεῖναι οὐκ ἠβουλήθην ἀνωφελῶς, ἀλλὰ σιγᾶσθαι αὐτὸν ὡς τίμιον ἐβουλευσάμην, οὐκ ἀπὸ τῶν ἀπ' ἀρχῆς ἀξίων, οἷς καὶ μετέδωκα, ἀλλὰ ἀπὸ τούτων καὶ τῶν τοιούτων ὡς ὁρᾶτε ἀναξίων τῶν ἐμὲ μισούντων, καὶ ἑαυτοὺς φιλεῖν μὴ βουλομένων; καὶ νῦν γε[11] παρέντες γελᾶν τὸν ἄνδρα τοῦτον, ἐμοῦ πρὸς τὸ τούτου ἐπάγγελμα πυνθάνεσθε, ἢ πυνθανομένου μου ὁ βουλόμενος ἀποκρινάσθω. καὶ μὴ ὡς ἀσελγεῖς κύνες ὑλάσσετε,[12] ψόφῳ ἀτάκτῳ βύοντες τῶν σώζεσθαι θελόντων τὰς ἀκοάς. ὦ[13] ἄδικοι καὶ θεοστυγεῖς καὶ τὸν σώζοντα λογισμὸν εἰς ἀπιστίαν ἀπασχολοῦντες, πῶς συγγνώμης τυχεῖν δυνήσεσθε, τὸν τὴν θειότητα τοῦ θεοῦ ἀπαγγελλόμενον[14] εἰπεῖν ὑμῖν[15] ὑβρίζοντες· καὶ ταῦτα ἄνθρωπον, οὗ[16] ἐχρῆν καὶ μηδὲν ἀληθὲς λέγοντος,[17] τὴν ἀγαθὴν αὐτοῦ πρὸς ὑμᾶς[18] ἀποδέξασθαι προαίρεσιν;

XII. Ταῦτά μου λέγοντος καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, πολὺς τῶν ὄχλων ἐγένετο θρύλλος. καὶ οἱ μὲν ὡς τὸν Βαρνάβαν ἐλεοῦντες συνῄράν μοι, οἱ δὲ ἠλίθιοι ὄντες δεινῶς κατ' ἐμοῦ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας. ἐπεὶ δὲ ἤδη ποτὲ ἑσπέρα κατειλήφει, τῆς χειρὸς λαβὼν τὸν Βαρνάβαν, μὴ θέλοντα βίᾳ[1] εἰς τὴν ἐμὴν ἦγον οἰκίαν, ἔνθα καὶ μένειν αὐτὸν ἐποίησα, ἵνα μή τις αὐτῷ χεῖρας ἐπιβάλῃ. καὶ ἡμέρας ὀλίγας διατρίψας, καὶ τοῦ ἀληθοῦς[2] λόγου βραχέα κατηχήσας με, ὅσον ἐν ὀλίγαις ἡμέραις, σπεύδειν ἔλεγεν εἰς Ἰουδαίαν τῆς ἑορτῆς χάριν, ὡς καὶ τοῦ λοιποῦ τοῖς ἑαυτοῦ ὁμοέθνεσι συνεῖναι θέλων φανερῶς δή μοι ἀποκαλύψας.

praevidens, sicut ex praesentibus dat plene intelligere iis, qui mentis iudicio utuntur. Quia enim eius voluntatis praecones nunc missi sunt non grammaticam profitentes artem, sed simplicibus et sinceris verbis consilium ipsius demonstrantes (ita ut, quicunque audierit, facile intelligat, quae dicuntur), neque cum habitu quodam invido cunctis se ipsum exhibere nolente: adestis vos ut, praeterquam quod non intelligitis, quod vobis expedit, damno vestro veritatem rideatis, quae apud barbaros ad vestram condemnationem versatur, quam vel ad vos pervenientem non vultis hospitio recipere propter libidines vestras verborumque eius simplicitatem, ne arguamini, quod temere philologi estis, non autem veri philosophi. Quousque ergo discitis loqui, qui dicere nil habetis? Multa quippe verba vestra ne unius quidem verbi pretio sunt aestimanda. Quid autem dicet graeca vestra multitudo, unanimis facta, si iudicium futurum est, ut iste ait: *Quare, Deus, voluntatem tuam non praedicasti nobis?* Nonne audietis, si omnino responsionem accipietis, haec: „Ego cum omnes futuras voluntates ante mundi constitutionem cognoscerem, unicuique pro merito suo latenter praevius occurri; quia autem id ipsum ita se habet volens iis, qui ad me confugerunt, plene manifestare, cur ab initio a primis generationibus voluntatem meam palam non siverim praedicari, nunc circa seculi finem praecones mei consilii misi, qui et irridentur, et contumeliis affecti deluduntur ab iis, qui nequaquam volunt adiuvari, quique amicitiam meam vehementer repudiarunt. O magnam iniuriam! mortis etiam periculum subeunt praedicatores, idque per eos homines, qui ad salutem vocantur. Hoc vero inique factum adversus praecones meos a principio apud omnes eventurum erat, si a principio ad salutem vocati fuissent, qui indigni sunt. Quod enim nunc ab iis iniuriose fit, in defensionem agitur iustae meae providentiae, quod praeclare doctrinam honore dignam nolui inutiliter ab initio ad contumeliam publice exponere, sed eam statui, ut venerandam, silentio tegi; non quidem apud eos, qui principio digni erant, quibus et tradidi, sed apud istos et consimiles, ut cernitis, indignos, odio me prosequentes, seque nolentes diligere?“ Et vero nunc desinentes huncce virum irridere, a me ipsius repromissionem audite, vel qui volet mihi percontanti respondeat. Ac ne velut petulantes canes latretis, incomposito strepitu aures eorum, qui salvari desiderant, obturantes. O iniusti ac Deo exosi et servatricem cogitationem avocantes ad incredulitatem, qua ratione veniam consequi poteritis eum, qui vobis Dei naturam se edocere promittit, contumelia afficientes, idque hominem, cuius bonam erga vos voluntatem grate excipere oportebat, etiamsi nil veri locutus esset?

XII. Quae cum dicerem aliaque his consentanea, multum in plebe ortum est murmur. Et alii quidem tanquam Barnabam miserantes mihi favebant; alii vero, qui erant stolidi, dentibus saeve in me stridebant. Cumque iam vespera advenisset, Barnabae manu apprehensa, invitum eum ad domum meam vi conduxi, ubi et manere feci, ne quis ei manus iniiceret. Et paucos dies commoratus postquam de vera doctrina breviter me instituerat, quantum intra paucos dies fieri potuit, properare se dixit in Iudaeam propter festum, seque deinceps cum suis popularibus degere velle, iam mihi aperte manifestavit.

Cap. XI. 1) *θεότητος* O. — 2) *λόγοις* deest in V. — 3) Or. om. *ὄντ. οὖν ἀκ.* — 4) *τὴν* om. O. — 5) Ita pro *εἰκῇ* scr. etiam Hom. I, 11, ubi corrigas. — 6) *μέχρις οὖν* O. — 7) *οἱ τὸ καλῶς λαλεῖν* Hom. I, 11 et Epit. c. 11. — 8) *ὑμῖν* O. — 9) *θελόντων* O. — 10) *τῆς* des. in V. — 11) *δὲ* O. — 12) *ὑλακτεῖτε* O. — 13) *ὦ* deest in V et Or. — 14) Or. *ἐπαγγ.* — 15) *ὑμῖν εἰπεῖν* ord. inv. O et Or. — 16) *οὗ* des. in V. Tisch. supplet *ὄν*, vide scripturam codicis Or. nota sq. — 17) Ita corrigo. In O est *καὶ μηδὲν ἀληθὲς λέγοντα*, in V *εἰ καὶ μηδὲν ἀληθὲς λέγοντα*, ut Hom. et Or. — 18) *ἡμᾶς* V et Or.

Cap. XII. 1) *βίαν* O. — 2) *ἀληθῶς* V.

XIII. Ἐμοῦ μὲν[1] γὰρ εἰπόντος· σύ μοι μόνον τοὺς τοῦ φανέντος θεοῦ οὓς ἤκουσας ἐκτίθου λόγους, κἀγὼ τῷ ἐμῷ κοσμήσας λόγῳ τοῦ θεοῦ κηρύξω τὴν βούλησιν, καὶ εἶθ' οὕτως ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν συμπλεύσω σοι· λίαν γὰρ ποθῶ ἐπὶ τὸν τῆς Ἰουδαίας γενέσθαι τόπον· τάχα δὲ καὶ συνοικήσω ὑμῖν τὸν πάντα μου τῆς ζωῆς χρόνον·[2] αὐτὸς ταῦτα ἀκούσας ἀπεκρίνατο· σὺ εἰ μὲν ἱστορῆσαι τὰ ἡμέτερα καὶ μαθεῖν τὸ συμφέρον θέλεις, ἐξαυτῆς μοι σύμπλευσον· εἰ δὲ οὐ βούλει, τὰ σημεῖα τῆς οἰκήσεώς μου καὶ ὧν θέλεις, ἐγώ σοι σήμερον ἐρῶ, ἵνα ὅτε βούλει ἐλθὼν ἐπιστῇς ἡμῖν· ἐγὼ γὰρ αὔριον πορεύσομαι[3] ἐπὶ τὰ ἐμαυτοῦ. καὶ δὴ ἀδυσώπητον ἰδὼν συνῆλθον αὐτῷ μέχρι τοῦ λιμένος, καὶ μαθὼν παρ' αὐτοῦ, ἅπερ ἔλεγεν σημεῖα τῶν οἰκήσεων, ἔφην αὐτῷ· εἰ μὴ ὅτι αὔριόν τι[4] ἀπαιτῶ ὀφειλόμενόν μοι, ἐξαυτῆς ἂν συνέπλευόν σοι· πλὴν τάχιόν σε καταλήψομαι.[5] καὶ ταῦτα εἰπὼν καὶ παραθέμενος αὐτὸν τοῖς τοῦ πλοίου ἡγουμένοις, ὑπέστρεφον λυπούμενος, μεμνημένος τοῦ καλοῦ καὶ συνήθους φίλου.

XIV. Ἡμερῶν δὲ διατρίψας καὶ τὸ χρέος οὐχ ὅλον λαβεῖν δυνηθεὶς, τάχους ἕνεκα ἀμελήσας τοῦ περιλειφθέντος ὡς ἐμποδίου ὄντος, καὶ αὐτὸς εἰς Ἰουδαίαν ἀπέπλευσα, καὶ διὰ δεκαπέντε ἡμερῶν εἰς Καισάρειαν κατήντησα τὴν Στράτωνος. ἐπίβαντος δέ μου τῆς γῆς καὶ ξενίαν θηρωμένου ἔμαθον, ὅτι Πέτρος τις λεγόμενος, τοῦ ἐν Ἰουδαίᾳ φανέντος Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ,[1] τοῦ σημεῖα καὶ τέρατα πεποιηκότος, ὁ δοκιμώτατος ὑπάρχων μαθητὴς, αὔριον Σίμωνι τῷ ἀπὸ Γιτθῶν Σαμαρεῖ ζήτησιν ποιεῖται λόγων. ἐγὼ δὲ ταῦτα ἀκούσας ἐδεήθην τὴν τούτου μοι μηνυθῆναι μονήν· καὶ ὅμως ἔμαθον, καὶ τῷ πυλῶνι ἐπέστην· οἱ δὲ[2] ἐν τῷ οἴκῳ ἀντέβαλλον, τίς τε ὢν καὶ[3] πόθεν ἥκω. καὶ ἰδοὺ Βαρνάβας ἐκβὰς ἅμα τοῦ[4] ἰδεῖν περιεπλάκη μοι πολὺ χαίρων καὶ δακρύων· καὶ λαβόμενός μου τῆς χειρὸς εἰσέφερεν ἔνθα ἦν ὁ Πέτρος λέγων μοι· οὗτός ἐστι Πέτρος, ὃν μέγιστον ἐπὶ τῇ τοῦ θεοῦ σοφίᾳ ἐπηγγελλόμην σοι, ᾧ ἀπαύστως ἔλεγον πάντα τὰ κατὰ σὲ καλὰ ἅμα καὶ τὴν προαίρεσιν ἐξέφηνα,[5] ὡς αὐτὸν γλίχεσθαι καὶ ἰδεῖν σε. μέγα οὖν αὐτῷ δῶρον σε διὰ τῶν ἐμῶν προσφέρω χειρῶν· καὶ τοῦτο εἰπὼν προσενέγκας ἔφη· οὗτός ἐστι[6] Κλήμης, Πέτρε.

XV. Ὁ δὲ ἀγαθὸς προσπηδήσας ἅμα τῷ[1] ἀκοῦσαι τὸ ὄνομα κατεφίλησε, καὶ καθεσθῆναι με ποιήσας ἐξαυτῆς ἔφη· καλῶς ἐποίησας τὸν τῆς ἀληθείας κήρυκα ξενίσας Βαρνάβαν εἰς τιμὴν τοῦ ὄντος θεοῦ μεγαλοφρόνως, οὐκ αἰδεσθεὶς, οὐ φοβηθεὶς τὸν τῶν ἀπαιδεύτων ὄχλων θυμόν. μακάριος ἔσῃ. ὡς γὰρ σὺ τὸν τῆς ἀληθείας πρεσβευτὴν ὄντα[2] ἐξένισας πάσῃ τιμῇ, καὶ αὐτή σε ἡ ἀλήθεια ξένον ὄντα τῆς ἰδίας πόλεως καταστήσει πολίτην· καὶ τότε χαρήσῃ μεγάλως, ὅτι βραχεῖαν νῦν δανείσας χάριν, προαίρεσιν λόγων καλῶν, ἀϊδίων καὶ ἀναφαιρέτων ἀγαθῶν ἔσῃ κληρονόμος. καὶ μὴ κάμνε ἀντιβάλλων μοι τὸ σὺν ἦθος· πάντα γὰρ τὰ κατά σε ὁ ἀψευδὴς ἀπήγγειλε Βαρνάβας, σχεδὸν καθ' ἡμέραν τὴν ἀγαθήν σου ποιούμενος μνήμην. καὶ ἵνα σοι ἐν ἐπιτομῇ ὡς γνησίῳ φίλῳ τὸ προκείμενον ἐρῶ· εἰ μή σοί τι ἐμποδίζει, συνόδευσον ἡμῖν μεταλαμβάνων τῶν τῆς ἀληθείας λόγων, ὧν κατὰ πόλιν ποιεῖσθαι, μέλλω μέχρι Ῥώμης αὐτῆς. καὶ σὺ δὲ εἴ τι βούλει, λέγε.

XVI. Κἀγὼ ἐξεθέμην τὴν ἀπ' ἀρχῆς μου προαίρεσιν, καὶ ὡς εἰς ζητήσεις ἀπόρους ἐκενώθην, καὶ πάντα ὅσα σοι τὴν ἀρχὴν προεδήλωσα, ἵνα μὴ τὰ αὐτὰ πάλιν γράφω. ἐγὼ δὲ ἔλεγον·[1] σοὶ μὲν ἑτοίμως ἔχω συνοδεύειν· τοῦτο γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως χαίρων θέλω· πλὴν περὶ ἀληθείας πρῶτον πληρο-

XIII. Etenim cum ego quidem dicerem: Tu mihi tantummodo Dei, qui apparuit, sermones a te auditos expone, et ego oratione mea eos exornans Dei voluntatem praedicabo, sicque posthac intra paucos dies tecum navigabo; magnopere enim ad Iudaeae regionem pervenire cupio; fortasse etiam vobiscum per totam vitam habitabo: ille his auditis respondit: Tu, siquidem videre nostra, et quod expedit vis discere, mecum statim navigato; si nolis, signa domicilii mei et quorum volueris tibi hodie dicam, ut quando volueris venire, nobis occurras; ego enim cras ad mea revertar. Iam vero inexorabilem eum esse videns usque ad portum simul progressus sum, acceptisque ab eo signis, quae promiserat domiciliorum, ei dixi: Si non repetiturus essem cras aliquid, quod mihi debetur, iamiam tecum navigarem; citius autem te assequar. Et his dictis, commendatoque eo navis ductoribus, reversus sum tristis, memor boni et concordis amici.

XIV. Aliquot autem dies moratus cum totum debitum exigere non possem, ob festinationem reliquo, quod impedimento erat, neglecto, et ipse in Iudaeam enavigavi, postque quindecim dies adpuli Caesaream Stratonis. Cum in terram descendissem, hospitium investigans audivi, quendam nomine Petrum, Iesu Christi Dei filii, qui in Iudaea apparuit et signa atque prodigia edidit, probatissimum discipulum, sequente die cum Simone Samaritano Ghittis oriundo disputaturum. Quibus acceptis petebam, ut mansio eius mihi indicaretur; et simulac didici, praesto adstiti ad fores. At illi in domo inter se conferebant, quisnam essem, ac unde venirem. Et ecce Barnabas egressus statim ut vidit, complexus est me multum gaudens ac lacrimans; apprehensaque manu mea, introduxit in locum, ubi erat Petrus, mihique dixit: Hic est Petrus, quem in Dei sapientia maximum tibi significabam, et cui continuo omnia, quae in te bona sunt simul cum proposito narravi, ut ipse te videre aveat. Magnum ergo ei munus te manibus meis offero. Quod cum dixisset, oblato me ait: Hic est Clemens, Petre.

XV. Bonus autem ille simul ac nomen audivit, prosiliit et osculatus est, ac sedere me fecit, statimque dixit: Recte fecisti, praeconem veritatis Barnabam in veri Dei honorem magnanime hospitem excipiendo non pudens, nec veritus furorem imperitae multitudinis. Beatus eris. Quemadmodum enim tu eum, qui veritatis legatus erat, cum omni honore excepisti hospitio, ipsa quoque te veritas hospitem suae urbis civem constituet: tuncque magnopere laetaberis, quia nunc parvam foeneratus gratiam, bonorum sermonum desiderium, bonorum aeternorum et quae auferri nequeunt, haeres constitueris. Nec vero moribus tuis mihi enarrandis te defatiges; nam omnia, quae attinent ad te, Barnabas annuntiavit, qui mentiri nescit, fere quotidie grata tui mentione facta. Utque tibi, tanquam sincero amico, id quod quaeritur, brevi dicam: nisi tibi aliquid impedimento est, iter nobiscum fac ac participa sermones veritatis, quos per singulas civitates ipsam usque Romam habiturus sum. Tu vero, si aliquid cupis, effare.

XVI. Et ego exposui, quod ab initio propositum habuerim, et quemadmodum quaestionibus inexplicabilibus fuerim exhaustus, et quaecunque tibi principio antea significavi, ut ne eadem iterum dicam. Respondi autem: Paratus quidem sum tecum proficisci, id quod nescio quomodo

---

Cap. XIII. 1) *μὲν* om. O. — 2) Sic Tischendorfii cod. Or., ubi notula in margine: *γϱ. βιόν* Codd. OV *βιὸν* c. utroque Homiliarum Codice. — 3) Or. *ποϱεύσωμαι.* — 4) *τι* om. V. — 5) Vocc. *πλὴν τάχιόν σε καταλήψομαι* desunt in V.

Cap. XIV. 1) Pium epitomatoris glossema est *Ἰησοῦ Χϱιστοῦ υἱοῦ τοῦ ϑεοῦ* p. *ἀνδϱὸς* Hom. I, 15. — 2) *ϑεασάμενοι δὲ οἵ* Hom. I, 15. *ϑεασάμενοι δέ με οἵ* Epit. c. 14. — 3) *καὶ* om. O. — 4) Ita O V. — 5) *ἐξέφανα* V. — 6) *ἔστιν* V.

Cap. XV. 1) *τοῦ* O. — 2) *οὕτω* Hom. I, 16. Epit. c. 15.

Cap. XVI. 1) *ἔλεγον δὲ* absque

φορηθῆναι θέλω, ἵνα γνῶ, εἰ ἡ ψυχὴ θνητὴ τυγχάνει,[2] ἢ ἀθάνατός ἐστι· καὶ εἰ ἀΐδιος οὖσα περὶ ὧν ἔπραξεν ἐνταῦθα ἔχει κριθῆναι· καὶ εἴ τί ποτέ ἐστιν δίκαιον ἢ[3] ἀρέσκον θεῷ· καὶ εἰ γέγονε κόσμος,[4] καὶ διὰ τί γέγονε· καὶ εἰ οὐ λυθήσεται, καὶ εἰ λυθήσεται· καὶ εἰ κρείττων ἔσται, ἢ οὐδὲ ἔσται· καὶ ἵνα μὴ τὸ κατ' εἶδος λέγω, ταῦτά τε καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα μαθεῖν ἤθελον. ὁ δὲ Πέτρος πρὸς ταῦτα ἀπεκρίνατο· συντόμως σοι, ὦ Κλήμη, τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν παρέξομαι· καὶ τὰ νῦν ἐξαυτῆς ἄκουσον.

XVII. Ἡ τοῦ θεοῦ βουλὴ ἐν ἀδήλῳ γέγονε κατὰ πολλοὺς τρόπους τοῖς ἀνθρώποις. τὰ μὲν πρῶτα διὰ τὸ κρατηθῆναι αὐτοὺς εἰσαγωγῇ κακῇ,[1] συνηθείᾳ δεινῇ, ὁμιλίᾳ οὐ καλῇ, προλήψει οὐκ ὀρθῇ· καὶ διὰ ταῦτα πλάνη, ἔπειτα ἀφοβία, ἀπιστία, πορνεία, φιλαργυρία, κενοδοξία, καὶ ἄλλα τοιαῦτα μυρία κακά, ὥσπερ καπνοῦ πλῆθος εἰς ἕνα οἶκον οἰκοῦντα τὸν κόσμον,[2] τῶν ἔνδοθεν οἰκούντων ἀνδρῶν ἐπιθολώσαντα τὰς ὁράσεις, οὐκ εἴασεν ἀναβλέψαντας ἐκ τῆς διαγραφῆς τὸν δημιουργήσαντα νοῆσαι θεόν, καὶ τὸ τούτῳ δοκοῦν γνωρίσαι. διὸ τοὺς φιλαλήθεις ἔσωθεν χρὴ ἐκ στέρνων βοήσαντας ἐπικουρίαν προσκαλήσασθαι φιλαλήθει λογισμῷ παρὰ τοῦ μόνου ἀγαθοῦ κυρίου δὲ[3] καὶ θεοῦ καὶ[4] σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λαβεῖν, ἵνα τις ἐντὸς ὢν τοῦ οἴκου τοῦ πεπλησμένου καπνοῦ προσιὼν ἀνοῖξαι θύραν δυνηθῇ. ὥστε τὸ μὲν ἐκτὸς τοῦ ἡλίου φῶς εἰσκριθῆναι τῷ οἴκῳ, τὸν δὲ ἐντὸς τοῦ πυρὸς ὄντα ἐκβληθῆναι καπνόν. ὅπως διαβλέψαντες οἱ ἄνθρωποι πιστεύσωσιν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱόν, τὸν πρὸ τῶν αἰώνων ἐξ αὐτοῦ ἀφράστως γεννηθέντα, καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ πανάγιον,[5] τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀῤῥήτως ἐκπορευόμενον, ἕνα θεὸν γνωρίζοντες ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, ἄναρχον, ἀτελεύτητον, αἰώνιον, ἀΐδιον, ἄκτιστον, ἄτρεπτον, ἀναλλοίωτον, ἁπλοῦν, ἀσύνθετον, ἀσώματον, ἀόρατον, ἀναφῆ,[6] ἀπερίγραπτον, ἀπερίληπτον, ἀκατάληπτον, ἄπειρον, ἀκατανόητον, ἀγαθόν, δίκαιον, παντοδύναμον, πάντων κτισμάτων δημιουργόν, παντοκράτορα, παντεπόπτην, πάντων προνοητήν, ἐξουσιαστὴν καὶ κριτήν, καὶ οὕτως ἀναγεννηθέντες δι' ὕδατος καὶ πνεύματος, συγκληρονόμοι καταστῶσι τῶν πρὸς ἀφθαρσίαν ἀναγεννηθέντων υἱῶν τοῦ θεοῦ.

XVIII. Διὸ πρὸ παντὸς ζητήματος ἑτοίμως πρόσελθε ὡς υἱὸς πατρί, ἵνα καὶ τῶν ὁρωμένων καὶ τῶν ἀοράτων ἀψευδῶς τὴν γνῶσιν θεὸς παράσχῃ σοι. εἰ δὲ καὶ μετὰ τὸ κληθῆναι οὐ θέλεις ἢ βραδύνεις, δικαίᾳ θεοῦ κρίσει ἀποκληρώσῃ, τῷ[1] μὴ θελῆσαι μὴ θεληθείς· καὶ μή τοι νομίσῃς, ὅτι ἐὰν[2] πάντων τῶν ποτὲ γενομένων εὐσεβῶν εὐσεβέστερος γένῃ, ἀβάπτιστος δὲ ἧς, ἐλπίδος[3] τυχεῖν δυνήσῃ ποτέ· ταύτῃ γὰρ μᾶλλον πλείονα ὑφέξεις κόλασιν, ὅτι καλὰ ἔργα οὐκ ἐποίησας καλῶς. καλὴ γὰρ εὐποιΐα, ὁπότ' ἂν ὡς ὁ θεὸς ἐκέλευσε γίνηται.[4] σὺ δὲ εἰ οὐ θέλεις, ὡς ἐκείνῳ ἔδοξεν,[5] βαπτισθῆναι, τῷ σῷ θελήματι ὑπηρετῶν, ἐχθραίνεις τῇ ἐκείνου βουλῇ. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς· τί συμβάλλεται πρὸς εὐσέβειαν τὸ βαπτισθῆναι ὕδατι; πρῶτον μέν, ὅτι τὸ δόξαν θεῷ πράττεις· δεύτερον δὲ ἐξ ὕδατος[6] καὶ πνεύματος ἀναγεννᾶσαι θεῷ, καὶ τὴν ἐξ ἐπιθυμίας πρώτην σοι γενομένην καταλλάσσεις[7] γέννησιν, καὶ οὕτως[8] σωτηρίας τυχεῖν δύνῃ, ἄλλως δὲ ἀδύνατον· οὕτω γὰρ ὁ ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ ἀφθαρσίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν ἐνανθρωπήσας θεὸς λόγον εἶπεν ἡμῖν· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ἀναγεννηθῆτε δι' ὕδατος καὶ πνεύματος εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.[9] διὸ πρόσελθε τῷ ὕδατι, τοῦτο γὰρ μόνον τὴν τοῦ πυρὸς

lactus cupio, nisi quod prius volo certior de veritate fieri, ut sciam utrum anima mortalis sit an immortalis; et si sempiterna sit, an ob ea, quae hic gessit, iudicari debeat; itidem an aliquid sit iustum vel Deo gratum; praeterea factusne sit mundus, et quare factus; et utrum non dissolvetur, an dissolvetur; et an melior futurus, an nec futurus omnino; ac ne singula prosequar, haec atque consequentia cognoscere vellem. Sed Petrus ad haec respondit: Breviter tibi, o Clemens, rerum scientiam exhibebo; et iam nunc audi.

XCIV. Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· οὐ δοκεῖ σοι οὖν φιλάνθρωπος εἶναι κἂν ἡ ξενοδόχος ξένην, ἣν οὐκ ἠπίστατο εὐεργετήσασα;[1] καὶ ὁ Πέτρος· ἐλεήμονα μὲν αὐτὴν εἰπεῖν ἐπίσταμαι, φιλάνθρωπον δὲ οὐ τολμῶ λέγειν, ἅτε δὴ οὔτε τὴν τεκοῦσαν φιλότεκνον, ὑπὸ ὠδίνων γὰρ καὶ ἀνατροφῆς στέργειν πέπεισται. ὥσπερ γὰρ ὁ ἐρῶν ὑπὸ τῆς συνηθείας κολακεύεται, καὶ ὁ φίλος ἀπὸ τῆς

pedes Petri, atque amicam suam ac familiarem osculata percontabatur, quid istud esset. At illa breviter omne ei recognitionis negotium exposuit, et qui audierunt obstupefacti sunt. Tunc mater hospitem curatam videns rogavit, ut ipsa quoque sanitatem acciperet. Ille autem manu imposita ipsam etiam curavit.

XCII. Sicque postea Petrus de Deo ac de propria in eum fide sermonem habuit et in fine addidit: Si quis haec vult diligenter cognoscere Antiochiam, ubi per multos dies residere statui, veniens quae ad salutem suam pertinent discat. Si enim negotiandi aut militandi causa patriam relinquere soletis et ad loca remotissima abire, propter aeternam salutem ne trium quidem dierum iter suscipere noletis? Itaque post Petri concionem ego mulieri, quae sanata fuerat, coram omni populo mille drachmas ad victum dedi et commendavi eam cuidam bono viro, primario oppidi, qui sponte id cum gaudio facere proposuit. Sed et aliis multis pecuniam distribui, quae matri quondam solatium praebuerant, gratiisque Deo actis una cum matre, Petro, caeterisque sodalibus Antaradum enavigavi, atque ita ad hospitium processimus.

XCIII. Ubi cum essemus et sumpsissemus cibum ac de more gratias egissemus atque adhuc tempus superesset, ego dixi Petro: Humanitatis opus, domine mi Petre, exercuit mea mater, quae hospitae mulieris recordata fuerit. Respondit Petrus: Itane, o Clemens, vere existimasti, humanitatis opus factum a tua genetrice, quando ei, quae ipsam ex naufragio receperat, gratiam retulit; an ut matri plurimum gratificareris, hunc dixisti sermonem? Si enim non ut rem gratam faceres, sed ut veritatem loquereris, effatus es, videris mihi ignorare, quaenam sit magnitudo humanitatis, quae est amor in quemlibet quatenus hominem et absque ullo naturali affectu. Sed nec hospitem, quae matrem tuam e naufragio suscepit, ausim hominum amantem appellare. Misericordia enim commota, impulsa est ad bene faciendum mulieri naufragium passae, natos lugenti, peregrinae, nudae, destitutae, multumque calamitates suas lamentanti. In tantis ergo adversitatibus versantem quis videns, etiam ex impiis non miseratus fuisset? Quare nequaquam humanitatis opus nec mulier hospita videtur peregisse, sed ad benefaciendum mota fuisse misericordia ex plurimis adversis orta. Quanto magis parens tua, facultatibus abundans et hospitam remunerata, non humanitatis opus effecit, verum caritatis seu amicitiae? Multa autem intercedit differentia inter caritatem et humanitatem, quia caritas quidem ex remuneratione est, humanitas vero absque ulla naturali propensione hominem omnem, quia homo est, diligit ac beneficiis afficit. Itaque si hospes, quae miserta est, etiam hostes male de ea meritos miserata beneficio afficeret, humana esset: sin vero propter quid amica est vel inimica et propter quid inimica vel amica, haec alicuius rei, quae causa sit, amica est vel inimica, non autem hominis.

XCIV. Et ego respondi: Non ergo tibi videtur esse humana saltem hospes, quae in peregrinam, quam non noverat, beneficium contulit? Tum Petrus: Eam quidem misericordem appellare novi, hominum autem amantem non audeo dicere, quandoquidem nec matrem amantem liberorum, quippe quae a partus doloribus et ab educatione ad diligendum compulsa

---

in O. — 4) *τοῦ* O. — 5) *τὸν* om. V. — 6) *οἱ* deest in O.

Cap. XCII. 1) *ὁμιλήσας* V. — 2) *πατρίδας* V. — 3) *ἀπέρχεσθε* O. — 4) *δὲ* V, ubi dein *μὴ δὲ* p. *οὐδὲ*. — 5) Notula *Καθ. β'* ad oram O. — 6) *δραγμὰς* scr. V. — 7) *τῷ* om. V. — 8) *ἑτέροις* V.

Cap. XCIII. 1) Notula *ΚΑΘ.Β'* ad oram V. — 2) *ἐνταῦθα* deest in V. — 3) *τοῦ* om. V. — 4) *αὐτῆς* deest in V. — 5) *τῆς* O. — 6) *ὡμοίως καὶ* O. — 7) Vocc. *ἡ δὲ φιλανθρωπία* des. in V. — 8) *ἐλεῶσα* V. — 9) *ἐχθρὰ ἢ φίλη* inv. V, ubi dein des. *ἡ*.

Cap. XCIV. 1) *εὐεργετήσασθαι*

ἀμοιβῆς, οὕτω καὶ ὁ ἐλεῶν ὑπὸ τῆς συμφορᾶς. πλὴν ἐγγὺς ὁ ἐλεήμων τῷ φιλανθρώπῳ, ὅτι ἄνευ τοῦ τι θηρᾶσθαι λαβεῖν εὐεργετεῖν πείθεται. πλὴν οὔπω φιλάνθρωπός ἐστιν. κἀγὼ ἔφην· ἐπὶ ποίαις οὖν πράξεσιν φιλάνθρωπος εἶναί τις δύναται; καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· ἐπεὶ ὁρῶ σε γλιχόμενον ἀκοῦσαι, τί ποτέ ἐστιν φιλανθρωπίας ἔργον, οὐκ ὀκνήσω λέγειν. φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ καὶ ἐχθροὺς εὐεργετῶν. ὅτι δὲ οὕτως ἔχει, ἄκουσον. φιλανθρωπία ἐστὶν ἀῤῥενόθηλυς, ἧς τὸ θῆλυ μέρος ἐλεημοσύνη λέγεται, τὸ δὲ ἄῤῥεν αὐτῆς ἀγάπη ἡ πρὸς τὸν πλησίον ὠνόμασται, πλησίον δὲ ἀνθρώπῳ ἐστὶν ὁ πᾶς ἄνθρωπος, οὐχ ὅτι εἷς ἄνθρωπος·[2] ἄνθρωπος γάρ ἐστιν καὶ ὁ κακὸς καὶ ὁ ἀγαθὸς, καὶ ὁ ἐχθρὸς καὶ ὁ φίλος. χρὴ οὖν τὸν φιλανθρωπίαν ἀσκοῦντα μιμητὴν εἶναι θεοῦ εὐεργετοῦντα δικαίους καὶ ἀδίκους, ὡς αὐτὸς ὁ θεὸς πᾶσιν ἐν τῷ νῦν κόσμῳ τόν τε ἥλιον καὶ τοὺς ὑετοὺς αὐτοῦ παρέχων. εἰ δὲ θέλεις ἀγαθοὺς μὲν εὐεργετεῖν, κακοὺς δὲ μηκέτι, ἢ κολάζειν, κριτοῦ ἔργον ἐπιχειρεῖς πράττειν, οὐ τὸ τῆς φιλανθρωπίας σπουδάζεις ἔχειν.

XCV. Κἀγὼ ἔφην· ἆρά γε καὶ ὁ θεὸς μέλλων τότε κρίνειν, ὡς διδάσκεις ἡμᾶς, οὐ φιλάνθρωπός ἐστιν; καὶ ὁ Πέτρος· τοὐναντίον λέγεις. ἐπεὶ γὰρ κρίνει, διὰ τοῦτο φιλάνθρωπός ἐστιν. φιλῶν γὰρ καὶ ἐλεῶν τοὺς ἠδικημένους, τιμωρεῖ τοὺς ἠδικηκότας. κἀγὼ ἔφην· οὐκ οὖν, εἰ κἀγὼ ἀγαθοὺς μὲν εὐεργετῶ, τοὺς δὲ ἀδικοῦντας, καθ' ὃ ἀνθρώπους ἠδίκησαν, τιμωρῶ, φιλάνθρωπός εἰμι. καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· εἰ μετὰ τοῦ πρόγνωσιν ἔχειν εἶχες καὶ τοῦ κρίνειν ἐξουσίαν, ὀρθῶς ἂν τοῦτο ἐποίεις, διὰ μὲν τοῦ εἰληφέναι τὴν ἐξουσίαν καταδικάζων, οὓς ὁ θεὸς ἐδημιούργησεν, διὰ δὲ τὴν πρόγνωσιν ἀπταίστως ἐν τῷ κρίνειν οὓς μὲν ὡς δικαίους δικαιῶν, οὓς δὲ ὡς ἀδίκους καταδικάζων. κἀγὼ ἔφην· ὀρθῶς ἔφης καὶ ἀληθῶς, ἀδύνατον γάρ τινα πρόγνωσιν οὐκ ἔχοντα ὀρθῶς κρῖναι. ἐνίοτε γὰρ φαίνονταί τινες ἀγαθοὶ ἀθέμιτα κρύφα διαπραττόμενοι, ἐνίοτε[1] δὲ ἀγαθοὶ ὑπὸ διαβολῆς ἐχθρῶν κακοὶ ὑπολαμβανόμενοι. ἀλλ' εἰ καὶ τοῦ βασανίζειν καὶ ἀνακρίνειν ἐξουσίαν τις[2] ἔχων δικάζει, οὐδὲ οὕτως[3] τὸ πάντως δικαίως αὐτῷ δικάσαι[4] ἐγίνετο. ἔνιοι γὰρ φονεῖς ὄντες, τὰς βασάνους ὑπομείναντες, ὡς ἀθῷοι ἀπελύθησαν, ἕτεροι δὲ ἀθῷοι ὄντες, τὰς βασάνους μὴ ὑπομείναντες, ἑαυτῶν καταψευσάμενοι ὡς αἴτιοι ἐκολάσθησαν.

XCVI. Καὶ ὁ Πέτρος λέγει·[1] μετρίως ἔχει καὶ ταῦτα, τὸ δὲ μεῖζον ἄκουσον. ἐνίων ἀνθρώπων ἁμαρτανόντων ἢ εὐπραττόντων, ὧν ποιοῦσιν ἃ μὲν ἴδια αὐτῶν ἐστὶν, ἃ δὲ ἀλλότρια· δίκαιον δὲ ἕκαστον ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἁμαρτήμασι τιμωρεῖσθαι, ἢ ἐπὶ τοῖς ἰδίοις κατορθώμασιν εὐεργετεῖσθαι. ἀδύνατον δέ τινι, πλὴν προφήτῃ μόνῳ πρόγνωσιν ἔχοντι τὰ ὑπό τινος γινόμενα εἰδέναι, ποῖά ἐστιν αὐτοῦ ἴδια, ποῖα δὲ οὐκ εἰσί· πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ γινόμενα βλέπεται. κἀγὼ ἔφην· ἐβουλόμην μαθεῖν, πῶς τῶν ἀδικημάτων ἢ κατορθωμάτων ἃ μὲν ἴδια, ἃ δὲ ἀλλότρια. καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἔφη· τὰ ἀγαθὰ ἐλθεῖν δεῖ· μακάριος δὲ, φησὶ, δι' οὗ ἔρχεται. ὁμοίως καὶ τὰ κακὰ ἀνάγκη ἐλθεῖν· οὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ, δι' οὗ ἔρχεται.[2] εἰ δὲ διὰ κακῶν κακὰ ἔρχεται καὶ δι' ἀγαθῶν ἀγαθὰ φέρεται, προσεῖναι δεῖ ἑκάστῳ[3] τὸ ἴδιον, τὸ ἀγαθὸν εἶναι ἢ κακὸν, ἐξ[4] ὧν προέπραξεν, διὰ τοῦ ἐλθεῖν τὰ δεύτερα ἀγαθὰ ἢ κακὰ, ἅτινα ἴδια αὐτοῦ τῆς αἱρέσεως ὄντα ὑπὸ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας διελθεῖν[5] ᾠκονόμηται. ἐπεὶ οὖν[6] κρίσις αὕτη θεῷ, ὥσπερ ἐπ' ἀγῶνος τὸν διὰ πάσης κακουχίας διεληλυθότα καὶ ἄμεμπτον εὑρεθέντα, ἐκεῖνον ζωῆς αἰωνίου

sit. Nam sicut qui cupidine inflammatur, a consuetudine mulcetur, et amicus a remuneratione, ita et qui miseretur, a calamitate. Attamen misericors humano vicinus est, quoniam absque muneris ullius captatione ad praestandum beneficium fertur. Nondum tamen humanus est. Et ego dixi: Ob quas igitur actiones humanus quis esse potest? Respondit Petrus: Quia video te cupidum audiendi, quodnam sit humanitatis officium, non pigebit dicere. Humanus est, qui etiam inimicis bene facit. Quod autem ita habeat, audi. Humanitas est masculofemina, cuius feminea pars misericordia dicitur, quod vero in illa est masculum, dilectio erga proximum nominatur, proximus autem homini est quilibet homo, et non quia unus homo: homo enim est etiam malus et bonus, hostis pariter ac amicus. Oportet ergo eum, qui humanitatem colit, imitatorem Dei esse, et de iustis atque iniustis bene mereri, sicut ipse Deus cunctis in hoc mundo solem imbresque suos praebet. Quodsi velis bonis quidem benefacere, non autem malis, vel hos punire, iudicis munus implere niteris, non vero habere humanitatem conaris.

XCV. Et ego dixi: Ergo Deus, qui aliquando iudicaturus est, ut nos doces, non est humanus? Ac Petrus: Pugnantia loqueris. Nam quia iudicabit, ideo humanus est. Diligens enim ac miseratus iniuria affectos plectit eos, qui iniuriam intulerunt. Et ego Itaque, inquam, si ipse bonis benefacio et iniuriosos quia iniurii erga homines fuerunt castigo, humanus sum. Et Petrus respondit: Si una cum praenotione haberes quoque iudicandi potestatem, recte id faceres, per acceptam quidem potestatem condemnans eos, quos Deus creavit, per praenotionem vero, inculpate in iudicando tum alios tanquam iustos absolvens, tum alios tanquam iniustos damnans. Et ego dixi: Recte locutus es ac vere; fieri enim nequit, ut qui praenotione caret, recte iudicet. Interdum quippe nonnulli videntur boni, qui illicita clam perpetrant, nonnulli vero boni hostium calumnia mali esse creduntur. Sed etsi quis potestate torquendi praeditus iudicet, neque sic iuste omnino habebit iudicare. Quidam enim homicidae quaestionis tormenta perferentes dimissi sunt velut innoxii, alii vero, qui erant innocentes, cum tormenta ferre non potuissent, contra se mentiti velut rei supplicio affecti sunt.

XCVI. Tum Petrus dixit: Atque haec modica sunt, audi vero maius. Cum aliqui homines peccant vel bene agunt, eorum quae operantur alia quidem ipsorum propria sunt, alia vero aliena; aequum autem est unumquemque pro delictis propriis dare poenas, aut pro meritis propriis mercedem ferre. Fieri autem nequit, ut quispiam, nisi solus propheta praenotionem habens, ab aliquo gesta sciat, quaenam eius propria sint et quaenam non sint; videt enim cuncta, quae fiunt. Et ego dixi: Vellem audire, quo modo ex criminibus aut bonis operibus alia quidem sunt propria, alia vero aliena. Respondit Petrus: Dominus noster Iesus Christus filius Dei dixit: *Oportet, ut veniant bona; beatus autem*, inquit, *per quem veniunt. Similiter necesse est, ut etiam veniant mala; vae autem homini, per quem veniunt.* Porro si per malos veniunt mala et per bonos bona inferuntur, proprium unicuique inesse debet bonum vel malum, ex iis quae prius operatus est; quod veniunt secunda bona vel mala, quae, cum a propria hominis sint voluntate, ut exoriantur, divina instituit providentia. Itaque hoc est Dei iudicium, ut qui per omnem vexationem, velut in agone, transierit et in-

---

V. — 2) Vocc. *οὐχ ὅτι εἷς ἄνθρωπος* om. in O. Melius noster Hom. Codex *οὐχ ὅτις ἄνθρωπος* = non hic vel iste homo.

Cap. XCV. 1) *ἔνιοι* V. — 2) *τις* des. in V. — 3) *οὕτω* O. — 4) *δικάζειν* O.

Cap. XCVI. 1) *ἔφη* O. — 2) Ita O, ubi tamen *ἔρχονται* scr., *οὐαὶ δὲ δι' οὗ ἔρχεται* Matth. 18, 7. Luc. 17, 1. — 3) *ἑκάστου* V. — 4) *καὶ ἐξ* Hom. — 5) *ἐλθεῖν* O, *δεῖ ἐλθεῖν* V. — 6) *οὖν*

καταξιοῦσθαι. οἱ γὰρ ἐν ἀγαθοῖς ἰδίᾳ βουλῇ προκόψαντες ὑπὸ τῶν ἰδίᾳ βουλῇ ἐν κακίᾳ παραμεινάντων πειράζονται,[7] διωκόμενοι, μισούμενοι, λοιδορούμενοι,[8] ἐπιβουλευόμενοι, τυπτόμενοι, πλεονεκτούμενοι, διαβαλλόμενοι, ἀγγαρευόμενοι, ἐπηρεαζόμενοι, πάντα ἐκεῖνα πάσχοντες, δι' ὧν εὐλόγως δοκεῖ τὸ ὀργίζεσθαι γίνεται καὶ πρὸς ἄμυναν ὁρμᾶν. ὁ δὲ διδάσκαλος εἰδώς, ὅτι οἱ ταῦτα ἀδίκως ποιοῦντες ἐκ προτέρων ἁμαρτημάτων κατάδικοί εἰσι, καὶ ὅτι διὰ καταδίκων τὸ τῆς κακίας πνεῦμα ταῦτα ἐνεργεῖ, τοὺς μὲν ἀνθρώπους, καθ' ὃ ἄνθρωποί εἰσι καὶ δι' ἁμαρτίας ὄργανα γινομένους κακίας, ἐλεεῖν συνεβούλευσεν, ὡς φιλανθρωπίαν ἀσκοῦσι, καὶ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς ἐστὶ τοῖς ἀδικουμένοις,[9] ἀπολύειν τῆς καταδίκης τοὺς ἀδικοῦντας, ἵνα ὥσπερ οἱ νήφοντες τοῖς μεθύουσι βοηθῶσιν εὐχαῖς, νηστείαις, εὐλογίαις, μὴ ἀνθιστάμενοι, μὴ ἀμυνόμενοι, ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον αὐτοὺς ἁμαρτάνειν ἀναγκάσωσι. τοῦ[10] γὰρ παθεῖν πάντως κεκριμένου τινί, οὐκ εὔλογον ἀγανακτεῖν ἐκείνῳ, δι' οὗ καὶ[11] τὸ παθεῖν γίνεται, λογισάμενον ὅτι εἰ καὶ ἐκεῖνος οὐκ ἐκακούχησεν αὐτόν, διὰ τὸ πάντως κακουχηθῆναι μέλλειν, δι' ἑτέρου τὸ παθεῖν ἦν. τί οὖν ἀγανακτῶ τῷ διαθεμένῳ, ἐμοῦ πάντως παθεῖν κεκριμένου; ἀλλ' ἔτι μήν,[12] εἰ τὰ αὐτὰ τοῖς κακοῖς προφάσει ἀμύνης ποιοῦμεν,[13] παρὰ τὸ πρῶτοι ἢ[14] δεύτεροι τὸ αὐτὸ τοῖς κακοῖς οἱ ἀγαθοὶ πράσσομεν. καὶ ὡς ἔφην, οὐ χρὴ ἀγανακτεῖν, ὡς εἰδότας,[15] ὅτι θεοῦ προνοίᾳ οἱ κακοὶ τοὺς ἀγαθοὺς τιμωροῦνται.[16] οἱ[17] οὖν τοῖς τιμωροῦσι χαλεπαίνοντες, ὡς τοὺς ἀποστόλους θεοῦ ὑβρίζοντες, ἁμαρτάνουσι, τιμῶντες δὲ καὶ τὰ ἐναντία τοῖς ἀδικεῖν νομιζομένοις, διατιθέμενοι αὐτοὺς εἰς τὸν θεὸν οὕτω κελεύσαντα εὐσεβοῦσι. κἀγὼ πρὸς ταῦτα ἀπεκρινάμην· οὐκοῦν οἱ ἀδικοῦντες οὐκ εἰσὶν αἴτιοι, ὅτι κρίσει θεοῦ ἀδικοῦσι τοὺς δικαίους. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· καὶ πάνυ ἁμαρτάνουσι πρὸς τὸ ἁμαρτάνειν ἑαυτοὺς ἀποδεδωκότες. ὅθεν εἰδὼς ἀπ' αὐτῶν ἐκλέγεται τιμωρεῖν τοὺς ἐπὶ τοῖς προτέροις ἁμαρτήμασι μεταμεληθέντας δικαίως, ἵνα τοῖς μὲν δικαίοις διὰ τῆς τοιαύτης τιμωρίας τὰ πρὸ τῆς μετανοίας πραχθέντα ἀφεθῇ κακά. τοῖς δὲ τιμωροῦσιν ἀσέβεσιν κακουχεῖν ἐπιθυμοῦσι καὶ μετανοεῖν οὐ[18] θέλουσιν εἰς ἀναπλήρωσιν ἰδίας κολάσεως δικαίους κακουχεῖν συνεχωρήθη. ἄνευ γὰρ τῆς τοῦ θεοῦ βουλῆς οὐδὲ στρουθὸς ἐν παγίδι ἐμπεσεῖν ἔχει.[19] οὕτως[20] δικαίων καὶ αἱ τρίχες τῷ θεῷ ἐναρίθμιοί[21] εἰσι. δίκαιος δέ ἐστιν ἐκεῖνος, ὁ τοῦ εὐλόγου ἕνεκα τῇ φύσει μαχόμενος. οἷον πᾶσι πρόσεστιν ἐκ φύσεως τοὺς[22] φιλοῦντας φιλεῖν· δίκαιος πειρᾶται καὶ ἐχθροὺς ἀγαπᾶν καὶ λοιδωροῦντας εὐλογεῖν, ἔτι μὴν καὶ ὑπὲρ ἐχθρῶν εὔχεσθαι, ἀδικοῦντας ἐλεεῖν. διὸ καὶ προσαδικεῖσθαι ἀνέχεται, καὶ ὅμως καταρωμένους εὐλογεῖ, τύπτουσι συγχωρεῖ, διώκουσιν ὑποχωρεῖ,[23] μὴ ἀσπαζομένους ἀσπάζεται, τοῖς οὐκ ἔχουσιν ὧν ἔχει κοινωνεῖ, ὀργιζόμενον[24] ποθεῖ, τὸν ἐχθρὸν διαλλάσσει, τὸν ἀπειθῆ παρακαλεῖ, τὸν ἄπιστον κατηχεῖ, τὸν πενθοῦντα παραμυθεῖται, ἐπηρεαζόμενος στέγει, ἀχαριστούμενος οὐκ ἀγανακτεῖ, εἰς δὲ τὸ ἀγαπᾶν τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν ἀποδεδωκὼς οὕτω διάκειται,[25] [ὅτι] πενίαν οὐ πεφόβηται, ἀλλὰ τὰ ἑαυτοῦ μερίζων τοῖς οὐκ ἔχουσι πένης γίνεται. ἀλλ' οὐδὲ μὴν ἁμαρτάνοντας τιμωρεῖ. ὁ γὰρ τὸν πλησίον ἀγαπῶν ὡς ἑαυτόν, ὡς αὐτὸς ἁμαρτήσας οἶδε τιμωρηθῆναι μὴ θέλειν, οὕτως οὐδὲ τοὺς ἁμαρτάνοντας τιμωρεῖ· καὶ ὡς θέλει κολακεύεσθαι καὶ εὐλογεῖσθαι καὶ τιμᾶσθαι καὶ πάντα τὰ ἁμαρτήματα αὐτῷ συγχωρεῖσθαι, τοῦτο αὐτὸς τῷ πλησίον ποιεῖ ὡς ἑαυτὸν ἐκεῖνον ἀγαπῶν. ἑνὶ δὲ[26] λόγῳ, ὃ θέλει ἑαυτῷ, θέλει καὶ τῷ πλησίον. οὗτος γάρ ἐστι θεοῦ νόμος καὶ προφητῶν, αὕτη τῆς ἀληθείας ἡ διδασκαλία. καὶ ταῦτα

ventus fuerit inculpatus, is donetur vita aeterna. Nam qui in bonis propria voluntate profecerunt, ab iis, qui sua quoque voluntate in mala tractatione perseverant, tentantur, exagitantur, odia, convicia, insidias, verbera, fraudes, calumnias, vim patiuntur, afficiuntur contumeliis, cunctaque illa perferunt, per quae iusta videtur esse ira et ultio. Magister vero sciens, quod qui haec iniuste faciunt, ex prioribus peccatis rei sunt, quodque per sontes spiritus malitiae ista efficit, hominum quatenus homines sunt, etsi propter peccata facti fuerint malitiae instrumenta, misereri suasit suis, tanquam misericordiae cultoribus, utque, quantum in se est, iniuria affecti iniuriam facientes a damnatione absolvant, quo velut sobrii ebriis succurrant per orationes, ieiunia, benedictiones, non resistendo, non vindicando, nec eos cogant amplius peccare. Cum enim aliquis omnino ad patiendum condemnatus est, non est aequum, ut illi irascatur per quem patitur, secum reputans, quod, etsi ille non afflixisset eum, tamen quia omnino affligi debet, per alium pati sibi contingeret. Cur ego indignor adversus auctorem, qui plane ad perpessionem sum destinatus? Sed et adhuc, si eadem cum improbis praetextu ultionis faciamus, praeterquam quod primi non sumus vel secundi idem facimus ac mali, nos qui boni dicimur. Et quemadmodum aiebam, indignari non oportet, cum sciamus a malis bonos per Dei providentiam castigari. Qui ergo ultores aegre ferunt, tanquam qui a Deo missos contumelia afficiant, delinquunt; qui vero in pretio habent, et contrarie sentiunt erga eos, qui ipsis iniuriam inferre putantur, in Deum, qui ita statuit, pii sunt. Et ego ad haec dixi: Itaque qui faciunt iniuriam, rei non sunt, quoniam Dei iudicio iniuria iustos afficiunt. Respondit Petrus: Valde peccant, quippe qui se ad peccandum dedant. Unde sciens [Deus] ex iis illos punire deligit, qui de prioribus peccatis iuste agunt poenitentiam, ut iustis quidem per has poenas dimittantur, quae ante poenitentiam fecerunt mala. Impiis vero, qui castigant et vexare cupiunt, nec poenitentiam volunt agere, ad implenda delicta permittitur iustos castigare et affligere. Nam absque Dei voluntate neque passer in laqueum incidere potest. Sic iustorum etiam capilli Deo numerati sunt. Ille autem iustus est, qui propter rectam rationem pugnat cum natura. Verbi gratia: cunctis a natura insitum est, diligentes diligere; iustus conatur etiam diligere inimicos et conviciantibus benedicere, ac praeterea orare pro hostibus, iniuriam inferentes miserari. Quocirca se priorem iniuria affici patitur, item maledicentibus benedicit, verberantibus condonat, cedit persequentibus, salutat eos qui non salutant, cum non habentibus communicat quae habet, irascentem flectit, inimicum conciliat, contumacem hortatur, incredulum instituit, lugentem consolatur, exagitatus sustinet, ingrate acceptus non indigne fert, propensus autem ad diligendum proximum tanquam se ita disponitur, ut paupertatem non timeat, verum sua non habentibus dividens fiat pauper. Sed nec peccantes ulciscitur. Qui enim proximum velut se diligit, quemadmodum ipse, cum peccavit, scit nolle in se animadverti, ita nec peccatores castigat; et sicut vult demulceri, benedici, honorari, omnium delictorum veniam accipere, hoc ipse proximo facit, quem velut se amat. Uno autem verbo, quod sibi cupit, cupit et proximo. Haec enim est Dei ac prophetarum lex, haec

---

om. O. — 7) *κολάζονται* O. — 8) *λοιδορούμενοι* in O ponitur post *διαβαλλόμενοι*. — 9) Ita hic et subinde legendum et Hom. XII, 30, ubi textus videtur corruptus. — 10) *τοῦτο* O. — 11) *καὶ* om. O. — 12) *μέν* O. — 13) *ποιῶμεν* Hom. — 14) *ἢ* des in V et Hom. — 15) Ita et Cod. Reg. 804, *εἰδότα* Hom. — 16) *τιμωροῦσιν* O. — 17) *εἰ* O, ubi deest proximum *τοῖς*. — 18) *μὴ* O. — 19) Luc. 12, 6. 7. — 20) *οὕτω* O. — 21) *ἐναρίθμητοί* O. — 22) *τοὺς* om. O. — 23) Vocc. *διώκουσιν ὑποχωρεῖ* non sunt in O. — 24) *ὀργιζομένους* O. — 25) Vocc. *οὕτω διάκειται* des. in V. Hom. Subsequens [*ὅτι*] addidi ex coniectura. — 26) *δὲ* om. V. — 27) *καὶ* om.

μὲν ἀγάπη ἡ πρὸς πάντα ἄνθρωπον τελεία τὸ ἄῤῥεν μέρος ἐστὶν οὖσα τῆς φιλανθρωπίας, τὸ δὲ ἐλεεῖν θῆλυ μέρος ἐστὶν αὐτῆς. ὅπερ ἐστὶ πεινῶντα θρέψαι, καὶ ποτὸν διψῶντι παρασχεῖν, καὶ γυμνὸν ἐνδύσαι, καὶ[27] νοσοῦντα ἐπισκέψασθαι, καὶ ξένον δέξασθαι, τῷ[28] ἐν εἱρκτῇ κατὰ τὸ δυνατὸν ἐπιφαινόμενον βοηθεῖν, καὶ ἁπαξαπλῶς τὸν ἐν συμφοραῖς ἐλεῆσαι.

XCVII. Ἐγὼ δὲ ἀκούσας ἔφην· ταῦτα μὲν δυνατὸν πράττειν, ἐχθροὺς δὲ εὐεργετεῖν, πᾶσαν αὐτῶν ὑποφέροντα ἐπήρειαν, οὐκ οἴομαι δυνατὸν ἀνθρωπείᾳ προσεῖναι φύσει. καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· ὀρθῶς ἔφης. ἀθανασίας γὰρ αἰτία οὖσα ἡ φιλανθρωπία πολλοῦ δίδοται. κἀγὼ ἔφην· πῶς οὖν[1] σύνεστιν ἐν νῷ λαβεῖν; καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· ταύτην, ὦ φίλε Κλήμη, λαβεῖν ἔστιν, ἐὰν πληροφορηθῇ τις, ὅτι οἱ ἐχθροὶ πρὸς καιρὸν κακουχοῦντες, οὓς μισοῦσιν, αἰωνίου κολάσεως ἀπαλλαγῆς αὐτοῖς αἴτιοι γίνονται· προσέτι δὲ αὐτοὺς ὡς εὐεργέτας σφόδρα ἀγαπήσουσιν. εἰ δὲ ὅλως τοῦ ταύτην λαβεῖν, ὦ φίλε Κλήμη, μήτις ἐστιν, οὐ πάρεστι φόβος θεοῦ.[2] ὁ γὰρ θεὸν φοβούμενος τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν ἀγαπᾷ· τῷ μέν τοι πρὸς θεοῦ φόβῳ τὰ ἀγαπώντων ποιεῖν δύναται, καὶ εἶθ᾽ οὕτως πράξαντι τὰ ἀγάπης τὸ ἀγαπᾶν[3] ὡς νύμφη οὖσα προσφέρεται ὡς νυμφίῳ τῷ φόβῳ. καὶ οὕτως[4] τοὺς φιλανθρώπους τίκτουσα λογισμοὺς ἀθάνατον τίθησι τὸν κεκτημένον ὡς εἰκόνα θεοῦ ὁμοίαν ὑπὸ φθορᾶς ὑβρισθῆναι μὴ δυναμένην τὴν αὐτοῦ φύσιν. ὁμῶς[5] τὸν τῆς φιλανθρωπίας ἐκθέμενος ἡμῖν λόγον ἑσπέρας ἐπικαταλαβούσης εἰς ὕπνον ἐτράπημεν.

XCVIII. Ὄρθρου δὲ γινομένου[1] εἰσιὼν ὁ Πέτρος ἔφη· ὁ μὲν Κλήμης μετὰ τῆς αὐτοῦ μητρὸς Ματθιδίας[2] καὶ τῆς ἐμῆς γυναικὸς ἅμα ἐπὶ τοῦ ὀχήματος καθεζέσθωσαν. ὁρμώντων δὲ ἡμῶν ἐπὶ τὴν Βαλαναίας ὁδὸν ἐπύθετό μου ἡ μήτηρ, πῶς ὁ πατὴρ διάγει. κἀγὼ ἔφην· ἐπὶ ζήτησίν σου καὶ τῶν διδύμων ἀδελφῶν μου Φαυστίνου τε καὶ Φαυστινιανοῦ ἐκβὰς ἀνεύρετός ἐστιν. οἶμαι δὲ ἐκ τοῦ πλείστου τελευτῆσαι αὐτὸν χρόνου[3] ἢ ναυαγίῳ περιπεσόντα, ἢ ἐν ὁδῷ σφαλέντα,[4] ἢ ὑπὸ λύπης μαρανθέντα. ἡ δὲ ἀκούσασα καὶ ἐπίδακρυς γενομένη ἐστέναξεν λυπηθεῖσα, τῇ δὲ πρὸς ἐμὲ εὑρέσει χαίρουσα τὴν ἐκ τῆς ὑπομνήσεως λύπην μετρίως ἀπήμβλυνεν.[5] κατηντήσαμεν οὖν εἰς Βαλαναίας. τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ εἰς Πάλταν ἤλθομεν, κἀκεῖθεν εἰς Γάβαλαν,[6] τῇ δὲ ἑτέρᾳ κατηντήσαμεν εἰς Λαοδίκειαν. καὶ ἰδοὺ πρὸ τῶν θυρῶν Νικήτης καὶ Ἀκύλας ἀπήντων[7] ἡμῖν, καὶ καταφιλήσαντες ἦγον ἐπὶ[8] τὴν ξενίαν. ὁ δὲ Πέτρος καλὴν καὶ μεγάλην πόλιν ἰδὼν ἄξιον, ἔφη, ἐνταῦθα ἡμερῶν ἐπιμεῖναι. ὡς γὰρ ἐπίπαν τὸ πλῆθος δυνατώτερόν ἐστι τίκτειν τοὺς ζητουμένους.[9] ὁ μὲν οὖν Νικήτης καὶ Ἀκύλας ἐπυνθάνοντό μου, τίς εἴη αὕτη ἡ ξένη[10] γυνή. κἀγὼ ἔφην· ἐμὴ μήτηρ, ἣν ἐπιγνῶναί μοι ὁ θεὸς διὰ Πέτρου τοῦ κυρίου μου ἐδωρήσατο.

XCIX. Ταῦτά μου εἰπόντος ὁ Πέτρος πάντα αὐτοῖς ἐπὶ κεφαλαίων ἐξέθετο, ὡς ἅμα αὐτοὺς προοδεῦσαι ἐγὼ Κλήμης τὸ ἐμὸν γένος αὐτῷ ἐξεθέμην, καὶ τῆς μητρὸς τὴν ἐκ τῆς τοῦ ὀνείρου πλαστῆς προφάσεως μετὰ τῶν διδύμων αὐτῆς τέκνων γενομένην ἀποδημίαν, ἔτι τε καὶ τοῦ πατρὸς τὴν ἐπὶ ζήτησιν αὐτῆς ἀποδημίαν, ἔπειτα ὅτι μετὰ τὸ ἀκοῦσαι ταῦτα εἰσελθὼν εἰς τὴν νῆσον καὶ τῇ γυναικὶ συντυχὼν καὶ προσαιτοῦσαν ἰδὼν καὶ τοῦ προσαιτεῖν τὴν αἰτίαν πυθόμενος ἔγνω αὐτῆς τὸ γένος, ἀνατροφήν, τὸν πλαστὸν ὄνειρον καὶ τῶν τέκνων τὰ ὀνόματα, ἐμοῦ τε τοῦ καταλειφθέντος παρὰ τῷ πατρὶ καὶ τῶν αὐτῆς συμπορευομένων διδύμων τέκνων, οὓς ἐν τῷ βυθῷ ὑπενοεῖτο τεθνηκέναι.

veritatis doctrina. Itaque caritas erga omnem hominem perfecta pars est mascula humanitatis; at misericordia pars est illius feminea. Quae est, esurientem alere, potum sitienti dare, nudum vestire, visitare languentem, hospitem recipere, carcere conclusum pro viribus iuvare, omnino denique calamitosi misereri.

XCVII. Ego vero audito hoc dixi: Haec quidem facere possumus, at inimicis benefacere omnesque eorum iniurias tolerare, ut insit in humana natura, impossibile puto. Tum Petrus respondit: Recte locutus es. Cum enim humanitas causa sit immortalitatis, multo constat. Dixi ego: Quo modo igitur mente potest concipi? Respondit Petrus: Humanitas, dilecte Clemens, acquiri potest, si quis plene sibi persuadeat inimicos, dum, quos oderunt, vexant ad tempus, aeterni supplicii liberationem illis producere: sicque ii etiam ut benefici admodum diligentur. Sin eam aliquis non omnino induerit amice Clemens, timor Dei ei non inest. Nam qui timet Deum, proximum ut semet ipsum diligit; at timore erga Deum amantium opera potest peragere, sicque postea, ubi opera dilectionis fecerit, caritas velut sponsa timori velut sponso adiungitur: atque ita humanitatis gignens cogitationes immortalem reddit possessorem, velut imaginem Deo similem, cuiusque natura nequeat a corruptione ludibrio haberi. Caeterum postquam humanitatis doctrinam nobis exposuit, vespera succedente ad somnum nos contulimus.

XCVIII. Exorto autem mane ingressus Petrus ait: Clemens cum matre sua Mattidia et mea uxore simul in curru consideant. Cumque per viam, quae Balanaeas ducit, pergeremus, interrogavit me mater, quo modo pater ageret. Et ego respondi: Ad requirendum te ac geminos fratres meos Faustinum et Faustinianum profectus non amplius comparuit: puto autem eum a longo tempore obiisse, vel incidentem in naufragium, vel in via circumventum, vel e dolore tabem passum. At illa audiens lacrimis obortis suspiravit prae tristitia, verum ob me inventum gaudens de maerore ex commemoratione orto paullulum remisit. Itaque venimus Balanaeas. Sequenti vero die Paltum profecti sumus, et inde Gabalam, aliaque die Laodiceam devenimus. Et ecce ante portas occurrunt nobis Nicetas et Aquila, et osculati ducunt ad hospitium. Petrus autem videns pulcram magnamque civitatem Aequum est, inquit, hic aliquot dies commorari. Nam fere semper multitudo efficacior est ad producendos, quos quaerimus. Tum Nicetas et Aquila requirebant a me, quaenam esset peregrina ignotaque ea mulier. Et ego respondi: Mater mea est, quam agnoscere donavit mihi Deus per dominum meum Petrum.

XCIX. Haec cum ego dixissem, cuncta eis Petrus summatim exposuit: quod postquam illi praecessissent, ego Clemens genus meum ipsi enarraverim, et matris cum geminis suis filiis praetextu ficto somnii profectionem, praeterea patris ad quaerendam matrem iter, deinde quomodo ubi haec audiisset, insulam ingressus mulierem invenerit, quam mendicare videns, et causam mendicationis postulans cognoverit illius genus, educationem, fictum somnium, liberorum nomina, meum scilicet, qui relictus fueram apud patrem, et geminorum natorum, qui cum ea iter susceperant, quos in mari obiisse suspicio erat.

V. — 28) *τῷ* O cum Hom., *τὸν* V.

Cap. XCVII. 1) Ita noster Hom. Cod. (XII, 33), *οὐ* ed. Cot. Hom., et heic OV. — 2) *ἡ δὲ ὁδὸς τοῦ ταύτην λαβεῖν, ὦ φίλε Κλήμης, μία τίς ἐστιν, ἥπερ ἐστὶ φόβος Θεοῦ* clarius Hom. XII, 33. — 3) *οὕτω πράξαντα τὰ ἀγάπης τῷ ἀγαπᾶν* O. — 4) *οὕτω* O. — 5) *ὅμως* scr. OV.

Cap. XCVIII. 1) *γενομένου* O. — 2) *Ματτιδίας* O. — 3) *χρόνου* om. O. — 4) Ita OV cum utroque Cod. Hom. (XIII, 1) et Epit. — 5) *ἀπήμβλησεν* V. — 6) *Γάβαλα* O. — 7) *ἀπήντισαν* O. — 8) *εἰς* O. — 9) *δυνατὸν γὰρ ἐν τῷ πλήθει καί τινας εὑρέσθαι τῆς* (*καὶ τῆς* noster Epitomes Cod. D) *τοῦ Χριστοῦ μερίδος ἀξίους* Epit. locum subobscurum explanans. — 10) *ξένη* deest in V.

C. Τούτων οὖν κεφαλαιωδῶς ῥηθέντων ὑπὸ Πέτρου ὁ Νικήτης καὶ ὁ Ἀκύλας ἐκπλαγέντες ἔλεγον· ἆρά γε δέσποτα καὶ κύριε τῶν ἁπάντων[1] τοῦτο ἀληθὲς ἢ ὄνειρός ἐστι; καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· εἰ μὴ κοιμώμεθα, ἀληθὲς τυγχάνει. οἱ δὲ βραχὺ μείναντες καὶ σύννοες[2] γενόμενοι ἔφασαν· ἡμεῖς ἐσμὲν Φαυστῖνος καὶ Φαυστινιανὸς, καὶ ἀπαρχῆς σου διαλεγομένου ἀλλήλοις ἐμβλέποντες πολλὰ περὶ ἑαυτῶν κατεστοχαζόμεθα, μὴ ἄρα οὐχ ἡμῖν διαφέρει τὰ λαλούμενα·[3] λογιζόμενοι [δὲ,][4] ὅτι πολλὰ παρόμοια γίνονται[5] ἐν τῷ βίῳ, διὸ ἐσιωπῶμεν παλλόμενοι τὰς καρδίας. πρὸς δὲ τὸ τέλος τοῦ λεγομένου ἀποβλέψαντες, ὅτι ἡμῖν διαφέρει τὰ λεγόμενα, τότε ἑαυτοὺς ὡμολογήσαμεν. καὶ τοῦτο εἰπόντες μετὰ δακρύων ἐπεισῆλθον τῇ μητρὶ, καὶ κοιμωμένην εὑρόντες ἤδη περιπλέκεσθαι ἐβούλοντο. ὁ δὲ Πέτρος ἐκώλυσεν αὐτοὺς εἰπών· ἐάσατέ με προσαγαγεῖν[6] ὑμᾶς καὶ παραστῆσαι τῇ μητρὶ, μή πως ὑπὸ τῆς πολλῆς αἰφνιδίου χαρᾶς εἰς ἔκστασιν ἔλθοι φρενῶν, ἅ τε δὴ κοιμωμένη καὶ τὸ πνεῦμα ὑπὸ τοῦ ὕπνου ἀπησχολημένον ἔχουσα.

CI. Ὅμως ἐπεὶ κόρον ἔσχεν ὕπνου, διεγερθείσῃ τῇ μητρὶ ὁ Πέτρος ἤρξατο προσαγαγὼν[1] λέγειν· γινώσκειν σε θέλω, γύναι, τῆς ἡμετέρας πίστεως τὴν πολιτείαν. ἡμεῖς ἕνα θεὸν σέβομεν τὸν πεποιηκότα ὃν ὁρᾷς κόσμον, καὶ τούτου φυλάσσομεν τὸν νόμον, περιέχοντα ἐν πρώτοις, αὐτὸν σέβειν μόνον, καὶ τὸ αὐτοῦ ἁγιάζειν ὄνομα, τιμᾶν τε γονεῖς, καὶ σωφρονεῖν, βιοῦν τε ἡδέως. πρὸς τούτοις δὲ[2] ἀδιαφόρως βιοῦντες τραπέζης ἐθνῶν οὐκ ἀπολαύομεν, ἅτε δὴ οὐ συνεστιᾶσθαι αὐτοῖς δυνάμενοι διὰ τὸ ἀκαθάρτως αὐτοὺς βιοῦν. πλὴν ὁπόταν αὐτοὺς πείσωμεν[3] τὰ τῆς ἀληθείας φρονεῖν τε καὶ ποιεῖν, βαπτίσαντες αὐτοὺς τρισμακαρίᾳ τινὶ ἐπονομασίᾳ, τότε αὐτοῖς συναυλιζόμεθα. ἐπεὶ οὐδ᾽ ἂν πατὴρ ἢ μήτηρ τυγχάνῃ, ἢ γυνὴ, ἢ τέκνον, ἢ ἀδελφὸς, ἢ ἄλλος τις ἐκ φύσεως στοργὴν ἔχων συνεστιᾶσθαι αὐτῷ τολμᾶν δυνάμεθα. πίστει γὰρ διαφερόντως τοῦτο ποιοῦμεν. μὴ οὖν[4] ὕβριν ἡγήσῃ τὸ μὴ συνεστιᾶσθαί σοι τὸν υἱὸν, μέχρις ἂν μὴ[5] τὰ [αὐτὰ] αὐτῷ φρονῇς καὶ ποιῇς.

CII. Ἡ δὲ ἀκούσασα ἔφη· τί οὖν κωλύει σήμερόν με βαπτισθῆναι; ἥτις πρὸ τοῦ ἰδεῖν σε τοὺς λεγομένους θεοὺς ἀπεστράφην λογισμῷ τοιούτῳ, ὅτι πολλὰ σχεδὸν καθ᾽ ἡμέραν θυούσης αὐτοῖς ἐν ταῖς ἀνάγκαις οὐ παρεστάθησάν μοι. περὶ δὲ μοιχείας τί δεῖ καὶ λέγειν; ὁπότε οὐδὲ ὅτε ἐπλούτουν, τρυφή με τοῦτο ἠπάτησεν, οὐδὲ ἡ μετὰ ταύτην πενία ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν ἀναγκάσαι δεδύνηται, ἀντιποιουμένης μου τῆς σωφροσύνης ὡς μεγίστου κάλλους,[1] ἧς ἕνεκα εἰς τοσαύτην ἦλθον περίστασιν. ἀλλ᾽ οὐδὲ οἶμαί σε, κύριέ μου Πέτρε, ἀγνοεῖν, ὅτι ἡ πλείων ἐπιθυμία ἐξ εὐθυμιῶν γίνεται. ὅθεν ἐγὼ ἐν εὐθυμίᾳ σωφρονήσασα ἐν δυσθυμίᾳ[2] πρὸς ἡδονὰς ἑαυτὴν οὐκ ἀποδίδωμι. ἀλλὰ μηδὲ νῦν μου κακουχίας ἀπηλλάχθαι νομίσῃς τὴν ψυχὴν τὴν[3] ποσῶς παραμυθίας τυχοῦσαν διὰ τὴν τοῦ[4] Κλήμεντος ἐπίγνωσιν. ἀντεισερχομένη γὰρ ἡ ἐκ τῶν δύο τέκνων μου ἀπόλεια καὶ τὴν ποσῶς ἀμαυροῖ χαράν. παραμυθήσομαι γὰρ ἐμαυτὴν περὶ αὐτῶν, ὅτι ἐν τῇ[5] θαλάσσῃ διεφώνησαν· ἀλλ᾽ ὅτι πρὸς τούτοις ἐκτὸς τυχὸν θρησκείας θεοῦ[6] φθαρέντες τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς ἀπώλοντο.[7] ὁ δὲ τούτων πατὴρ, ἐμὸς δὲ σύμβιος, ὡς παρὰ Κλήμεντος ἔμαθον, ἐπί τε τὴν ἐμὴν καὶ τῶν υἱῶν ἐκβὰς ζήτησιν[8] τοσούτοις ἔτεσιν ἀφανής ἐστι·

Cap. C. 1) πάντων O. — 2) Sic OV cum utroque Hom. Codice, quam formam Schweglerus ad Hom. XIII, 3 librariis deberi putat, σύννοι ibidem coniiciens: esse enim aetatis infimae, quae Lob. Phryn. p. 453 huius vitii

C. His ergo summatim a Petro relatis Nicetas et Aquila stupefacti dixerunt: Here ac Domine omnium, verumne est hoc, an est somnium? Tum Petrus ait: Nisi dormimus, verum est. At illi paullulum remorati et cogitabundi dixerunt: Nos sumus Faustinus et Faustinianus et ab initio, cum narrare coepisti, alter alterum inspicientes plurimum circa nos considerabamus, num ad nos pertinerent quae dicebantur; reputantes vero, multa similia accidere in vita hominum, idcirco tacuimus, licet cor nostrum palpitaret. Intuiti autem in fine sermonis, dicta pertinere ad nos, tunc nos declaravimus. Et postquam hoc dixerant lacrimantes ad matrem accedebant, eamque dormientem nacti protinus complecti volebant. Petrus vero prohibuit dicens: Sinite me adducam vos et exhibebo matri, ne forte multo et subito gaudio in animi stuporem incidat, utpote quae etiam dormiat spiritumque somno habeat occupatum.

CI. Ubi igitur somnum ad satietatem cepit ac experrecta est mater, Petrus adductis illis coepit ei dicere: Scire te volo, mulier, fidei nostrae disciplinam. Nos unum colimus Deum, qui fecit quem cernis mundum: illius et legem servamus, quae in primis continet, ipsum solum colendum esse, sanctificandum nomen eius, parentes honorandos, colendam temperantiam, et bene vivendum. Praeter ea absque discrimine in vita e gentilium mensa cibum non sumimus, quandoquidem cum iis non possumus comedere, quod impuram vitam agunt. Verum cum eis persuaserimus sentire ac facere ea, quae ad veritatem spectant, et baptizaverimus eos inter beata quadam nominis invocatione, tunc una cum eisvescimur. Alioquin etiam si pater sit, aut mater, aut uxor, aut proles, aut frater, aut quivis alius naturali amore carus, nusquam audemus ac possumus cum ipso cibum sumere. Hoc quippe fidei causa praecipue facimus. Ne ergo tibi iniuriosum videatur, si tecum filius cibum non capiat, usque quo non eadem cum illo sentias et agas.

CII. Quibus illa auditis Et quid, inquit, vetat hodie me baptizari? quae priusquam te viderem, illos quos vocant deos aversata sim per hanc ratiocinationem, quia mihi multa fere quotidie ipsis immolanti in adversis rebus non adfuerunt. De adulterio autem quid verbis opus est? cum neque quando dives eram, deliciae me in hoc deceperint, neque subsecuta paupertas potuerit ad eo veniendum cogere, quod pudicitiam meam velut maximum decus capesserem, cuius gratia in tantam calamitatem deveni. Sed nec te arbitror, domine mi Petre, ignorare, maiorem cupiditatem ex laeta fortuna oriri. Unde ego quae in secundis rebus temperate vixi, in afflictione me voluptatibus non tradam. Neque vero nunc animum meum existimes aegritudine esse liberum, qui nonnihil consolationis per Clementis agnitionem nactus fuerit. Succedens namque tristitia ex duorum liberorum interitu nata etiam hoc aliquantum gaudium obscurat. Etenim me consolabor de iis, quod in mari obierint; attamen extra divinam religionem mortui, perierunt corpore et anima. Pater autem eorum meusque vir, quemadmodum per Clementem comperi, ad quaerendum me ac liberos

---

attulerit exempla. — 3) *λεγόμενα* O. — 4) [*δέ*,] inserui ex Rec. VII, 28. Sic legendum etiam Hom. XIII, 3 et Epit. c. 100. — 5) *γίνεται* Hom. Epit. — 6) *προσαγάγω* O seq. *καὶ* omisso, *προσαγάγαι* V.

Cap. CI. 1) *προσαγαγὼν* O et Cot. in Hom., *προαγαγὼν* V, *πρότερον λέγων* Codex Hom. Ottobonianus, ubi omnia accuratius sic: *ἤρξατο περὶ τῆς θεοσεβείας αὐτῇ διαλέγεσθαι πρότερον λέγων*. — 2) *δὲ* om. O. Subinde *διαφόρως* V. — 3) *ποιήσωμεν* V. — 4) *οὖν* om. O. — 5) *μὴ* des. in V, ubi mox est *φρονεῖς καὶ ποιεῖς*. Ex Hom. Codice Ottob. inserui [*αὐτὰ*].

Cap. CII. 1) *κλέους* O. — 2) *δυσφημία* V. — 3) *τὴν* om. O. — 4) *τοῦ* om. O. — 5) *τῇ* om. O. — 6) *θρησκείας θεοῦ τυχὸν* ord. O. — 7) *ἀπώλλοντο* V. — 8) *ζήτησιν ἐκβὰς* ordo in O. — 9) *ἐφόνησε* O.

πάντως δὲ ἐτελεύτησε. καὶ γὰρ ὁ ταλαίπωρος ὑπὸ σωφροσύνης με ἀγαπῶν φιλότεκνος ἦν. ὅθεν πάντων ἡμῶν τῶν ὑπὲρ πάντα αὐτῷ ἠγαπημένων στερηθεὶς ὁ γέρων ὑπὸ μεγίστης ἀθυμίας διεφόνησεν.[9]

CIII. *Τῆς μητρὸς οὖν ταῦτα λεγούσης κατὰ τὴν τοῦ*[1] *Πέτρου παραίνεσιν ἀκούοντες*[2] *οὐκέτι στέγειν ἠδύναντο οἱ παῖδες, ἀλλ' ἐγερθέντες περιεπλέκοντο αὐτῇ πολλὰ δακρύοντες καὶ καταφιλοῦντες. ἡ δὲ ἔφη· τί θέλει τοῦτο εἶναι; καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· παράστησον, ὦ γύναι, γενναίως τὸν νοῦν σου, ὅπως τῶν σῶν ἀπολαύσῃς τέκνων. οὗτοι γάρ εἰσι Φαυστῖνος καὶ Φαυστινιανὸς, οἱ υἱοί σου, οὓς ἐν βυθῷ τεθνᾶναι ἔλεγες ἐν τῇ χαλεπωτάτῃ ἐκείνῃ νυκτί. καὶ πῶς ὁ μὲν αὐτῶν Νικήτης λέγεται, ὁ δὲ Ἀκύλας, αὐτοί σοι εἰπεῖν δυνήσονται, σὺν σοὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς μαθεῖν ἔχομεν. ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος ἡ μήτηρ χαρεῖσα σφόδρα ὑπὸ ἐκλύσεως ὀλίγου διεφώνει. ὅτε δὲ αὐτὴν ἀνεκτησάμεθα, ἐκαθέσθη καὶ ἐν ἑαυτῇ*[3] *γενομένη ἔφη· παρακαλῶ, τέκνα μου ποθεινὰ, εἴπατέ μοι*[4] *τὰ μετὰ τὴν χαλεπὴν νύκτα ἐκείνην συμβάντα ὑμῖν.*

CIV. *Καὶ ὁ Νικήτης ἤρξατο λέγειν· τῆς αὐτῆς ἐκείνης νυκτὸς τοῦ πλοίου, ὡς οἶσθα, διαλυομένου ἡμᾶς ἄνδρες τινὲς ἐν τῷ βυθῷ λῃστεύειν μὴ φοβούμενοι ἀνείλοντο, καὶ ἐν σκάφει θέντες καὶ κώπαις ἐλαύνοντες ποτὲ μὲν παρὰ γῆν ἔφερον, ποτὲ*[1] *δὲ καὶ τροφὰς μεταπεμπόμενοι εἰς τὴν Στράτωνος ἦγον Καισάρειαν. κἀκεῖ δακρύοντας ἡμᾶς λιμῷ, φόβῳ τε καὶ πληγαῖς ἐδειμάτουν,*[2] *ὅπως μή τι προπετὲς λαλήσωμεν τῶν αὐτοῖς μὴ δοκούντων, ἔτι τε καὶ τὰ ὀνόματα ἡμῶν ἀλλάξαντες πωλῆσαι ἠδυνήθησαν. γυνὴ δέ τις Ἰουδαίοις προσήλυτος, ἀξιόλογος πάνυ, ὀνόματι Ἰούστα, ὠνησαμένη, ἡμᾶς*[3] *τέκνων ἐφύλαττε τόπον καὶ πάσῃ ἑλληνικῇ παιδείᾳ μετὰ σπουδῆς ἐξεπαίδευσε. ἡμεῖς δὲ ἐφ' ἡλικίας ἔμφρονες γενόμενοι καὶ τὴν θρησκείαν ἠγαπήσαμεν, καὶ τὰ τῆς παιδείας ἐφιλοπονήσαμεν, ὅπως πρὸς τὰ λοιπὰ ἔθνη διαλεγόμενοι ἐλέγχειν αὐτὰ περὶ πλάνης δυνώμεθα. ἀλλὰ καὶ τὰ φιλοσόφων ἠκριβώσαμεν, ἐξαιρέτως δὲ*[4] *τὰ ἀθεώτατα, λέγω δὴ τὰ Ἐπικούρου καὶ Πυῤῥωνος, ἵνα μᾶλλον ἀνασκευάζειν δυνώμεθα.*

CV. *Σίμωνι δέ τινι μάγῳ σχεδὸν σύντροφοι γενόμενοι φιλίας ὁδῷ ἀπατηθῆναι ἐκινδυνεύσαμεν. ὅμως ταῦτα, μῆτερ, ἐπὶ καιροῦ ἀκριβέστερον ἐκτεθήσεται. πλὴν μέλλουσιν ἡμῖν ἀπατᾶσθαι ὑπὸ τοῦ Σίμωνος ἑταῖρός τις τοῦ κυρίου ἡμῶν Πέτρου, Ζακχαῖος λεγόμενος, προσηκάμενος ἐνουθέτησεν μὴ ἀπατηθῆναι τῷ μάγῳ, ἐπελθόντι δὲ τῷ Πέτρῳ προσήγαγεν, ὅπως ἡμᾶς πληροφορήσας πείσῃ περὶ τῶν τῇ θεοσεβείᾳ διαφερόντων. διὸ καὶ σὲ, μῆτερ, εὐχόμεθα, ἵνα ὧν ἡμεῖς καταξιώθημεν ἀγαθῶν, τούτων καὶ σὺ μεταλάβῃς, ὅπως κοινῇ ἁλῶν καὶ τραπέζης μεταλαβεῖν δυνηθῶμεν. αὕτη οὖν ἐστιν ἡ αἰτία, δι' ἣν ἐνόμιζες ἡμᾶς τεθνάναι, τὸ*[1] *ἐν ἐκείνῃ τῇ χαλεπωτάτῃ νυκτὶ ὑπὸ πειρατῶν ἀρθῆναι ἐν πελάγει.*

CVI. *Ταῦτα τοῦ Φαυστίνου εἰπόντος ἡ μήτηρ ἡμῶν προσέπεσε τῷ Πέτρῳ δεομένη καὶ ἀξιοῦσα, ὅπως αὐτήν τε καὶ τὴν ξενοδόχον αὐτῆς μεταπεμψάμενος βαπτίσῃ, ἵνα, φησὶ, μηδεμία τις ἡμέρα ἄμοιρος γένηται, ἀφ' ἧς τὰ ἐμαυτῆς ἀπέλαβον τέκνα, μὴ συνεστιαθεῖσα*[1] *αὐτοῖς. ταῦτα οὖν καὶ ἡμῶν τῇ μητρὶ συμπαρακαλεσάντων ὁ Πέτρος ἔφη· τί νομίζετε, ἐγὼ μόνος ἄσπλαγχνός εἰμι, ὅτι μὴ βούλομαι ὑμᾶς συνεστιασθῆναι τῇ μητρὶ, βαπτίσας αὐτὴν σήμερον; ἀλλὰ κἂν μίαν ἡμέραν πρὸ τοῦ βαπτισθῆναι νηστεῦσαι αὐτὴν δεῖ, ἐπειδὴ ἁπλῶς τινὰ ὑπὲρ ἑαυτῆς ἐφθέγξατο ἡ μήτηρ,*[2] *ἐπεὶ πολλῶν ἡμερῶν αὐτὴν ἀφελληνισθῆναι ἔδει.*

progressus, tot annis non comparet: prorsus vero interiit. Etenim infelix ob continentiam diligebat me et erat amans liberorum. Quare cunctis nobis a se super omnia delictis orbatus senex prae maximo dolore occubuit.

CIII. Matrem igitur haec locutam liberi audientes non amplius secundum Petri admonitionem se continere potuerunt: sed surgentes complexi sunt eam et cum multis lacrimis osculati. At illa dixit: Quid hoc sibi vult? Respondit Petrus: Advoca fortiter, o femina, animum tuum, ut natis tuis fruaris. Isti enim sunt Faustinus et Faustinianus filii tui, quos in profundo periisse dicebas illa horribili nocte. Et quo modo alius ipsorum Nicetas et alius Aquila nominetur, ipsi tibi exponere poterunt, et una tecum etiam nos audiemus. Ubi haec Petrus dixit, mater vehementer gavisa deliquio propemodum exanimata est. Postquam vero illam refocillavimus, sedit atque in semet ipsam regressa ait: Obsecro vos, dulcissimi filii, dicite mihi, quae acciderint vobis post illam perniciosam noctem.

CIV. Tum Nicetas coepit dicere: Illa ipsa nocte cum navis, quemadmodum nosti, fuisset resoluta, viri quidam, qui in mari latrocinari verentur, ceperunt nos et naviculae imposuerunt, et remigando aliquando ad terram deferebant, aliquando et cibos accersebant, sicque Caesaream Stratonis perduxerunt. Ibique nos in lacrimas effusos fame, metu, verberibus terrebant, ne quid temere contra suam sententiam loqueremur, et mutatis nostris nominibus vendere potuerunt. Porro mulier quaedam apud Iudaeos proselyta, honesta admodum, Iusta nomine, cum nos emisset, habuit loco filiorum atque omnibus Graecis disciplinis studiose erudivit. Nos vero per aetatem prudentes facti et religionem amavimus, et litteris gnaviter operam dedimus, ut cum reliquis gentibus disputantes eas de errore possemus arguere. Sed et perdidicimus philosophorum decreta, maxime quae a pietate in Deum alienissima sunt, Epicuri inquam et Pyrrhonis, quo magis possemus confutare.

CV. Caeterum una cum Simone quodam mago educati, ratione amicitiae in fraude fere inducti fuimus. Verum ista tibi mater in tempore diligentius exponentur. Nos interim cum paene iam deciperemur a Simone, quidam collega domini nostri Petri Zacchaeus nomine accedens monuit, ne falleremur a mago, et Petro advenienti nos obtulit, ut ab ipso perfecte, quae spectant ad cultum Dei, doceremur. Quare etiam te oramus, mater, ut quae nos consecuti sumus bona, illa et tu percipias, quo possimus cibum et mensam habere communem. Ea igitur causa fuit, propter quam existimasti nos obiisse, quod ea difficillima nocte a piratis in pelago rapti sumus.

CVI. Cum haec dixisset Faustinus, mater nostra procidit ad pedes Petri rogans et obsecrans, ut et ipsam et hospitam suam evocatam baptizaret, uti ne una, inquit, dies excludatur, ex quo natos meos recepi, qua cum iis non sumpserim cibum. Cumque nos eadem quae mater comprecaremur, Petrus ait: Quid putatis, me immisericordem esse solum, quod nolim vos matris convivio sociari, hodie illam baptizans? Sed necesse est eam vel una die ante baptismum ieiunare, quandoquidem simpliciter nonnulla pro se locuta est mater, alioqui multis ipsam diebus oportebat lustrari.

Cap. CIII. 1) *τοῦ* om. O. — 2) *ἀκούοντες* des. in V. — 3) *αὐτῇ* O. — 4) *ἡμῖν* O, qui mox invertit *ἐκείνην νύκτα*.

Cap. CIV. 1) *ὅτε — ὅτε* O. — 2) *ἐδειμάτουν* male om. V et Hom. XIII, 7. — 3) Inserendum *εἷς* ex Hom. — 4) *δὲ* om. V.

Cap. CV. 1) *τῷ* Hom.

Cap. CVI. 1) *συνεστιαθῆναι* V. — 2) *ἔφη ὁ Πέτρος* addit V.

CVII. *Κἀγὼ ἔφην·*[1] *εἰπὲ ἡμῖν, τίνα ἐφθέγξατο λόγον, ὃς τὴν πίστιν αὐτῆς ἐξέφανεν; καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ἡ ἀξίωσις αὐτῆς τοῦ συμβαπτισθῆναι αὐτὴν τῇ ξενοδόχῳ ἐνεργέτῃ.*[2] *οὐκ ἂν δὲ τοῦτο τῇ ὑπ' αὐτῆς ποθουμένῃ δοθῆναι παρεκάλει, εἰ μὴ πρότερον αὐτὴ διετέθη ὡς ἐπὶ μεγάλῃ τῇ βαπτίσματος δωρεᾷ.*[3] *ὅθεν ἐγὼ πολλῶν καταγινώσκω, ὁπόταν βαπτισθέντες καὶ πιστεύειν λέγοντες μηδὲν ἄξιον πίστεως ποιῶσι, μηδὲ οὓς ἀγαπῶσι, λέγω δὴ γυναῖκας ἑαυτῶν, υἱούς, φίλους πρὸς τοῦτο προτρέπωνται.*[4] *εἰ γὰρ πεπιστεύκασι ζωὴν αἰώνιον σὺν ἔργοις καλοῖς δωρεῖσθαι τὸν θεόν,*[5] *ἀνυπερθέτως, οὓς ἠγάπων, προετρέποντο βαπτισθῆναι. ἀλλ' ἐρεῖ τις ὑμῶν· ἀγαπῶσιν αὐτοὺς καὶ φροντίζουσιν αὐτῶν. τοῦτο εὐηθές ἐστι. ἐπεὶ τί δήποτε νοσοῦντας ὁρῶντες ἢ ἀπαγομένους τὴν ἐπὶ θάνατον,*[6] *ἢ ἄλλα τινὰ χαλεπὰ πάσχοντας, ὀδύρονται καὶ ἐλεοῦσι;*[7] *οὕτως εἰ πεπιστεύκεισαν, αἰώνιον πῦρ μένειν ἐπὶ τοὺς τὸν θεὸν μὴ σέβοντας, οὐκ ἂν ἐπαύσαντο νουθετοῦντες ἢ καὶ ἀπειθοῦντας ὁρῶντες, ὡς περὶ ἀπίστων ὀδυνώμενοι, τὴν κατ' αὐτῶν κόλασιν πεπληροφορημένοι. καὶ τὰ νῦν τὴν ξενοδόχον πέμψας ἀνακρινῶ, εἰ τὸν νόμον ἡμῶν ἀγαπᾶν αἱρεῖται, καὶ οὕτως ἀκολούθως ἃ δεῖ πράξομεν.*[8] *ἡ δὲ μήτηρ ὑμῶν ἐπειδὴ πιστῶς διάκειται περὶ τοῦ βαπτίσματος, κἂν μίαν πρὸ τοῦ βαπτίσματος νηστευσάτω ἡμέραν.*

CVIII. *Ἡ δὲ ὤμνυεν· δύο*[1] *τῶν διελθουσῶν ἡμερῶν τῇ γυναικὶ Πέτρου*[2] *τὰ κατὰ τὸν ἀναγνωρισμὸν διηγουμένη ὑπὸ τῆς πολλῆς χαρᾶς τροφῆς μεταλαβεῖν οὐκ ἠδυνήθην, ἢ ἐχθὲς*[3] *μόνον βραχέος ὕδατος. ἐμαρτύρει*[4] *τε τῷ ὅρκῳ ἡ γυνὴ Πέτρου λέγουσα, ὡς*[5] *ἀληθῶς οὐκ ἐγεύσατο. καὶ ὁ Ἀκύλας ἔφη· οὐκοῦν οὐδὲν κωλύει αὐτὴν βαπτισθῆναι. καὶ ὁ Πέτρος· ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο νηστεία βαπτίσματος, ὁ μὴ δι' αὐτὸ γέγονε. καὶ ὁ Φαυστινιανὸς 'πεκρίνατο· ἴσως οὖν ὁ θεὸς βουλόμενος ἡμῶν τὴν μητέρα μηδεμίαν ἡμέραν τῆς ἡμῶν ἐπιγνώσεως χωρίσαι τῆς τραπέζης, προῳκονόμησε τὴν νηστείαν. ὡς γὰρ ἐσωφρόνησεν ἐν ἀγνοίᾳ τὸ πρέπον τῆς ἀληθείας ποιήσασα, οὕτως*[6] *καὶ νῦν ὁ θεὸς ἴσως ᾠκονόμησεν αὐτὴν πρὸ μιᾶς ἡμέρας*[7] *νηστεῦσαι ἐν ἀγνοίᾳ ὑπὲρ τοῦ ἀληθοῦς βαπτίσματος, ἵνα ἀπὸ πρώτης ἡμέρας τοῦ γνωρίσαι ἡμᾶς σὺν ἡμῖν ἁλῶν μεταλαβεῖν δυνηθῇ.*

CIX. *Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· μὴ ἡμᾶς νικάτω ἡ κακία πρόφασιν εὑροῦσα τὴν πρόνοιαν καὶ ἡ*[1] *τεκούσης στοργή. ἀλλὰ μᾶλλον ὑμεῖς κἀγὼ σὺν ὑμῖν τὴν σήμερον διαμείνωμεν νηστεύοντες, καὶ αὔριον βαπτισθήσεται. οὐδὲ ἡ ὥρα τῆς σήμερον ἡμέρας ἐπιτήδειός ἐστιν εἰς τὸ βάπτισμα. καὶ ὅμως οὕτως*[2] *γενέσθαι οἱ πάντες συνευδοκήσαμεν. ὀρθριώτερον δὲ πολλῷ τοῦ καθ' ἡμέραν διυπνισθεὶς ὁ Πέτρος*[3] *εἰσῄει πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἐξυπνίσας ἔφη· Φαυστῖνος καὶ Φαυστινιανὸς ἅμα Κλήμεντι μετὰ τῶν οἰκείων ἀκολουθησάτωσάν μοι,*[4] *ὅπως ἐν σκεπεινῷ τῆς θαλάσσης τόπῳ ἐλθόντες βαπτίσαι αὐτὴν δυνηθῶμεν.*

CX. *Πλὴν ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν γενομένων ἡμῶν μεταξὺ πέτρων τινῶν γαληνὸν καὶ καθαρὸν τόπον*[1] *εὐπορησάντων ἐβάπτισεν αὐτὴν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἡμεῖς δὲ οἱ ἀδελφοὶ τῶν γυναικῶν χάριν καὶ ἄλλοι τινὲς ὑπεχωρήσαμεν. ἔπειτα ὁ Πέτρος τὰς γυναῖκας διὰ τὸν ὄχλον*[2] *προέπεμψεν δι' ἄλλης ὁδοῦ ἐπὶ τὴν ξενίαν ἐλθεῖν κελεύσας, ἀνδρῶν τε μόνοις ἡμῖν συνεῖναι τῇ μητρὶ καὶ ταῖς αὐταῖς γυναιξὶν [ἐπέτρε-*

Cap. CVII. 1) *εἶπον* O. — 2) *εὐεργέτιδι* O. — 3) *εἰ μὴ πρότερον αὐτὴ τῇ βαπτίσματος προσῆλθε δωρεᾷ* O. — 4) *τρέπονται* O, *προτρέπονται* V. —

CVII. Et ego Dic nobis, inquam, qualem protulerit sermonem, qui fidem illius patefecerit? Respondit Petrus: Ille sermo est, quo rogavit, ut ipsa cum hospita benefica simul baptizaretur. Non autem rogaret, ut illi quam diligit praestaretur haec gratia, nisi prius erga baptismum tanquam erga magnum munus esset affecta. Unde et ego reprehendo plurimos, qui cum baptizati fuerint et credere se dicant, nihil tamen dignum fide agant, neque eos quos diligunt (uxores, inquam, filios, amicos) ad hoc hortentur. Nam si crederent, vitam aeternam cum bonis operibus a Deo donari, absque dilatione, quos diligerent, ad eum suscipiendum exhortarentur. Sed dicet vestrum quis: Diligunt eos ac de iis sunt solliciti. Id stultum est. Nam cur tandem eos aegrotare videntes, aut in mortis viam abduci, aut quaedam alia molesta sustinere, gemunt atque miserantur? Ita si credidissent, ignem aeternum manere eos qui Deum non colunt, non cessarent monere vel tanquam de infidelibus dolere, dum eos cernunt incredulos, certi futurae illorum poenae. Nunc ergo hospitam accersitam interrogabo, num legem nostram velit amplecti, et prout consequens fuerit agemus. At vestra mater quoniam, ut decet fidelem, in baptismum animata est, vel uno die ante baptismum ieiunet.

CVIII. Illa vero iurabat dicens: Duobus superioribus diebus, dum narro mulieri Petri recognitionis eventum, prae multo gaudio cibum capere nequivi, nisi quod hesterna die paullum aquae sumpsi. Cui iuramento uxor Petri testimonium praebuit dicens, vere eam nihil gustasse. Et Aquila ait: Nihil ergo impedit, quin baptizetur. Tum Petrus: At hoc non est baptismi ieiunium, quod non propter id factum est. Et Faustinianus respondit: Sed fortasse Deus volens matrem nostram ne uno quidem post recognitionem die a nostra mensa separari, hoc ieiunium praestruxit. Sicut enim in ignoratione servavit pudicitiam id quod veritatem decet faciens, ita et nunc Deus forte providit, eam ante unum diem in ignorantia ieiunare pro vero baptismo, ut a primo die quo nos agnovit nobiscum posset etiam salem seu cibum percipere.

CIX. Tum Petrus Non nos, inquit, vincat malitia praetextum nacta providentiam et matris affectum: sed magis vos et ego vobiscum hodie in ieiunio permaneamus, et cras baptizabitur. Neque enim hodiernae diei hora ad baptismum apta est. Itaque sic fieri omnes consensimus. Multo autem maturius quam quotidie solebat Petrus experrectus ad nos ingressus est, quos somno excitavit, at dixit: Faustinus et Faustinianus unaque Clemens cum suis me sequantur, ut venientes ad obtectum maris locum baptizare eam possimus.

CX. Cum igitur essemus in littore inter saxa quaedam, quae tranquillum et mundum locum praebebant baptizavit eam in nomine patris et filii et spiritus sancti. Nos autem fratres et alii quidam secessimus mulierum gratia. Postea Petrus mulieres ob multitudinem praemisit iubens, ut per alteram viam irent ad hospitium, solisque virorum nobis permisit matrem ac mulieres comitari. Venientes ergo ad diversorium, et praestolantes adventum illius colloquebamur invicem. Post sat multas vero horas

---

5) *ἐπὶ τῷ βαπτίσματι* add. Codex Hom. Ottob. et Epit. — 6) *θανάτῳ* O. — 7) *ἐλεοῦσιν* O. — 8) *πράξωμεν* O.

Cap. CVIII. 1) *ὅτι δύο* O. — 2) *Πέτρου* om. V, qui subinde *τὰ κατὰ τῶν ἀναγνωρισμῶν*. — 3) *χθὲς* O. — 4) *μαρτυρήσει* V. — 5) *ὡς* om. V. — 6) *οὕτω* O. — 7) *ἡμέρας* des. in O.

Cap. CIX. 1) *ἡ* des. in V. — 2) *οὕτω* O. — 3) *ὁ Πέτρος διυπνευσθεὶς* ordo in O. — 4) *ἀκολουθήτωσάν μοι* V.

Cap. CX. 1) *γαληνοῦ καὶ καθαροῦ τόπου* leg. O. — 2) *διὰ τὸν ὄχλον* om. O, *διὰ τῶν ὄχλων* scr. V, ubi dein deest

ψεν.][3] ἐλθόντες οὖν εἰς τὴν ξενίαν καὶ ἀναμένοντες αὐτὸν ἐλθεῖν ἀλλήλοις διελεγόμεθα. μετὰ ἱκανὰς δὲ ὥρας ὁ Πέτρος ἐλθὼν καὶ ἄρτον λαβὼν, εὐχαριστήσας, εὐλογήσας,[4] ἁγιάσας, κλάσας, τῇ μητρὶ πρῶτον ἐπέδωκεν, μετὰ ταύτην ἡμῖν τοῖς υἱοῖς αὐτῆς. καὶ οὕτως αὐτῇ συνεστιάθημεν, καὶ τὸν θεὸν εὐλογήσαμεν.

CXI. Τότε λοιπὸν ὁ Πέτρος, τὸν ὄχλον εἰσεληλυθότα ἰδὼν, καθεσθεὶς καὶ παρακαθεσθῆναι ἡμᾶς κελεύσας ὑφηγεῖται,[1] τίνι λόγῳ προπέμψας ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος αὐτὸς βραδύνας ἐπῆλθεν. τὴν δὲ αἰτίαν ἔλεγεν τοιαύτην· ἅμα τῷ ὑμᾶς, φησὶν, ἀποστῆναι γέρων συνεισῄει ἐργάτης, περίεργος[2] κλέπτων ἑαυτὸν, προκατασκοπήσας ἡμᾶς, ὡς αὐτὸς ὕστερον ὡμολόγησεν, πρὸς τὸ ἰδεῖν τί ἂν πράττοιμεν εἰς τὸν σκεπανὸν[3] τόπον εἰσελθόντες· εἶτα λάθρα ἐκβὰς ἠκολούθησεν ἐν[4] εὐκαίρῳ τόπῳ προσελθὼν καὶ προσαγορεύσας ἔφη· ἐκ πολλοῦ σοι ἀκολουθῶν καὶ συντυχεῖν θέλων ᾐδούμην, μήπως ὡς περιέργῳ μοι χαλεπαίνῃς· νῦν δὲ[5] τὰ ἐμοὶ δοκοῦντα ἀληθῆ εἰ βούλει λέγω. κἀγὼ ἀπεκρινάμην· λέγε ἡμῖν ὅπερ σοι δοκεῖ καλὸν εἶναι, καὶ ἀποδεξόμεθά σε, κἂν τῷ ὄντι μὴ καλὸν ᾖ[6] τὸ λεγόμενον, ἐπείπερ ἀγαθῇ προαιρέσει τὸ δοκοῦν σοι καλὸν εἰπεῖν ἠθέλησας.

CXXXIII. Καὶ ὅμως ὁ Πέτρος τὸ ἑαυτοῦ περὶ θεοῦ ἐξέθετο φρόνημα, καὶ πολλὰ περὶ μοναρχίας διαλεχθεὶς μετὰ δακρύων τῇ χειρὶ προσεκαλεῖτο τοὺς ὄχλους, οἷς προσελθοῦσι τὰς χεῖρας ἐπιτιθεὶς καὶ εὐχόμενος παρεκάλει πάντας, καὶ εὐλογήσαμεν ἅπαντες τὸν θεόν. ὑπεισέδραμεν[1] δέ τις λέγων πρὸς Σίμωνα· Ἀππίων ὁ Πλειστονίκης σὺν Ἀννουβίωνι ἧκεν ἀρτίως πρὸς Ἀντιοχείας. καὶ[2] ταῦτα ἀκούσας Σίμων ἐξῆλθεν τοῦ ὑποδέξασθαι αὐτούς. ὁ δὲ[3] πατὴρ ἀκούσας καὶ χαρεὶς ἔφη τῷ Πέτρῳ· εἴ μοι ἐπιτρέπεις, πορεύσομαι[4] κἀγὼ προσαγορεύσων Ἀππίωνα καὶ Ἀννουβίωνα ἐκ πρώτης ἡλικίας φίλους μοι γεγενημένους. τυχὸν γὰρ Ἀννουβίωνα πείσω Κλήμεντι διαλεχθῆναι περὶ γενέσεως. καὶ ὁ Πέτρος ἐπιτρέπω ἔφη, καὶ ἐπαινῶ τὰ φίλων σε[5] πληροῦντα μέρη. πλὴν ἐννόει μοι, ὡς κατὰ πρόνοιαν θεοῦ πανταχόθεν συντρέχει τὰ πρὸς τὴν σὴν πληροφορίαν, οἰκείαν ἀποτελοῦντα τὴν ἁρμονίαν. τοῦτο δὲ εἶπον διὰ τὴν Ἀννουβίωνος χρησίμως σοι γενομένην ἐπιδημίαν. καὶ ὁ πατὴρ ἔφη· ἀληθῶς συνορῶ τοῦτο οὕτως[6] ἔχον.

CXXXIV. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐπορεύθη πρὸς Σίμωνα. καὶ εὑρὼν Ἀππίωνα καὶ Ἀννουβίωνα προσαγορεύσας αὐτοὺς ἐκαθέσθη. ὁ δὲ Σίμων ἀκούσας ἐπιδημήσειν τινὰς[1] ἐκ προσταγῆς βασιλικῆς ἐπιζητοῦντας αὐτόν, καὶ φάσκοντας καθότι Καῖσαρ πολλοὺς μάγους ἀνελὼν καὶ τὰ κατὰ τὸν Σίμωνα μαθὼν εἰς ἐπιζήτησιν αὐτοῦ ἔπεμψεν, ὅπως καὶ αὐτὸν ὡς καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ μάγους κολάσῃ, πρὸς Ἀππίωνα καὶ Ἀννουβίωνα ἔφη· Φαύστου πρὸς ἡμᾶς ἐλθόντος[2] ἀλῶν αὐτὸν συμμετασχεῖν ἡμῖν ποιήσατε· ἐγὼ δὲ μύρον τι σκευάσω, ἵνα δειπνήσας καὶ ἀναλαβών, τὸ[3] ἴδιον χρίσας πρόσωπον τὴν ἐμὴν πᾶσιν ἔχειν δόξῃ μορφήν.

CXXXV. Καὶ τοῦ Σίμωνος ταῦτα εἰπόντος Ἀππίων καὶ Ἀννουβίων ἔφη·[1] τί νῦν[2] σοι ἐκ τῆς μηχανῆς ταύτης ἔσται[3] κέδρος; καὶ ὁ Σίμων ἔφη· πρῶτον μὲν συλλαβόντες αὐτὸν οἱ ἐμὲ ζητοῦντες παύσονται τῆς κατ' ἐμοῦ ζητήσεως. εἰ δὲ καὶ ὑπὸ βασιλικῆς χειρὸς ἀναιρεθείη, μέγιστον πένθος ἕξουσιν οἱ τούτου παῖδες, οἵτινες ἐμὲ καταλιπόντες προσφυγόντες[4] τῷ Πέτρῳ συνεργοῦσιν. Ἀννουβίων δὲ καὶ Ἀππίων κατ' ἰδίαν τὸν Φαῦστον εὑρόντες τὴν ἐπιβουλὴν ἐξέφηναν. ὁ δὲ Φαῦστος οὐκ ἐπίστευσεν ἀληθῆ εἶναι τὰ λεγόμενα. συνδειπνήσας δὲ ὁ πατὴρ μετὰ Σίμωνος καὶ Ἀππίωνος καὶ Ἀννουβίωνος ἔλαβεν ἐκ χειρὸς τοῦ Σίμωνος τὸ μύρον, καὶ τὸ ἴδιον χρίσας πρόσωπον, τὴν

Cap. CXXXII. 1) Ita etiam Par. οὐκ ἄλλως p. οὐ καλῶς Hom., Epit. — 2) λέγοντα excidit ap. Tischendorfium. — 3) λέγω V et Par. — 4) ὥσπερ noster Hom. Cod. — 5) οὔτω O.

Cap. CXXXIII. 1) ὑπεισέδραμε O et Par. — 2) καὶ om. O, ubi dein ὁ

unum esse Deum asserat. Caeterum qui promittit reprehensionem asserentis unum Deum, is vera loquens non idem affirmat. Si enim idem diceret cum eo, qui ementita loquitur, ipse quoque esset mendax: si vero contraria dicere se ostendit, tunc verus est. Non ergo recte praedicatorem unius Dei esse mendacem pronuncias, nisi forte multos deos esse censes. Atqui multos deos esse ego quoque aio. Idem igitur, quod tu, ante disceptationem dico, et pro te potius sum occupatus. Quare non debes de me esse anxius, sed Petrus, quia adhuc contra atque ille sentio. Propterea post disputationem vestram spero, quod veri studiosus iudex deposita anticipatione praevalenti consensurus sim orationi. Haec cum pater dixisset, sensim clamor quidam laudationis a populo exortus est, quoniam ita pater esset locutus.

CXXXIII. Porro Petrus suam de Deo sententiam exposuit, pluraque de monarchia prolocutus cum lacrimis manu advocavit multitudinem; quae cum accessisset, manibus impositis et precibus factis cunctos admonuit, omnesque Deo benediximus. Intro autem irruit aliquis Simoni dicens: Appion Plistonices cum Annubione modo venit Antiochia. Quibus auditis Simon exiit, ut eos exciperet. Quibus auditis pater gavisus Petro dixit: Si mihi permittis, ego quoque ibo salutatum Appionem et Annubionem, quippe qui a prima aetate fuerint mihi amici. Fortasse etiam Annubioni persuadebo, ut de Genesi cum Clemente disputet. Et Petrus Permitto, inquit, et laudo, amici officio te velle satisfacere. Verumtamen mihi cogita, quo modo secundum Dei providentiam undique concurrant, quae ad plene faciendam tibi fidem pertinent aptum perficientia concentum. Hoc autem dixi propter Annubionis adventum tibi cum usus fuit obtingentem. Et pater dixit: Rem ita sese habere et ego profecto video.

CXXXIV. Quibus dictis ad Simonem profectus est. Inventis autem Appione et Annubione ac salutatis consedit. Simon vero audiens quosdam iussu regio adventaturos qui ipsum quaererent quique dicerent Caesarem multis magis interfectis, et de Simone certiorem factum ad investigationem illius misisse, ut etiam in illum sicuti in priores praestigiatores animadverteret, ad Appionem et Annubionem infit: Faustum, qui ad nos venit, facite cibum nobiscum sumere; ego autem unguentum quoddam conficiam, ut coenatus et perungens se, cunctis habere formam meam videatur.

CXXXV. Cumque haec Simon dixisset, Appion et Annubion responderunt: Quodnam tibi lucrum veniet ex huiuscemodi machinatione? Ac Simon respondit: Primum quidem illo capto qui me quaerunt, investigatione contra me innita desistent. Si vero etiam manu regia sublatus fuerit, magnopere lugebunt filii eius, qui me derelicto ad Petrum sese contulerunt, eique collaborant. Annubion vero et Appion Fausto seorsim reperto insidias significarunt. Sed Faustus non vera esse dicta putavit. Pater enim coenatus cum Simone et Appione et Annubione unguentum ex

---

Σίμων εὐθέως ἐξῆλθεν. Etiam Par. *εὐθέως.* — 3) *καὶ ὁ* p. *ὁ δὲ* O. — 4) *ἐπιτρέπης πορεύομαι* V, *ἐπιτρέπεις πορεύομαι* Par. item Hom. XX, 11, Epit. — 5) Ita etiam noster Hom. Codex (XX, 11), non *τε*, ut impressum fuit. Cum Codice illic vertimus *te*. Inde recte Tischendorfius (p. 89. not. 21) errorem in impressis suspicatus est. — 6) Ita leg. Hom. XX, 11.

Cap. CXXXIV. 1) Sic etiam Hom. XX, 16 et Epit. c. 134, *ἐπιδημήσαντάς τινας* Par. — 2) *Φαῦστος — ἐλθὼν* O. — 3) Ita reponendum in Hom. XX, 16 pro *ἀναλαβών τι.* Noster Hom. Codex *ἀναλαβὼν τί* (sic) exhibet.

Cap. CXXXV. 1) Scr. *φασὶ* c. Epit., *ἔφην* Hom. XX, 17, ubi solus Annubion narrat. — 2) Ita et Hom. XX, 17. *ἄρα* Epit., *οὖν* Par. — 3) *ἐστὶ* Hom. ibid., quod bene quadrat ad antecedens *νῦν*. Nihil certe in Hom. textu corrigendum. — 4) *προσφυγόντες* opportune om. O.

τοῦ Σίμωνος προσελάβετο μορφήν. πλὴν ἐν μέσῃ γε νυκτὶ ἀναστὰς ὁ Σίμων τὴν ἐπὶ Ἰουδαίαν ἐποιεῖτο φυγήν.

CXXXVI. Ἡμεῖς δὲ οἱ συνόντες τῷ Πέτρῳ δι' ὅλης νυκτὸς ἐπαλλήλως πυνθανόμενοι ὑπό τε ἡδονῆς καὶ χαρᾶς τῶν λεγομένων νήφοντες ἐνυκτερεύσαμεν. ἤδη δέ πως νυκτὸς ὑπαυγαζομένης Πέτρος ἐμβλέψας ἐμοί τε καὶ τοῖς ἀδελφοῖς μου ἔφη· διαπορῶ, τί ἔδοξεν τῷ ὑμετέρῳ πατρί. καὶ λέγοντος τοῦτο ἧκεν ὁ πατὴρ αὐτόθι τὸν Πέτρον ἡμῖν περὶ αὐτοῦ διαλεγόμενον καταλαβών· καὶ ἀθυμοῦντα ἰδών, προσαγορεύσας ἀπελογήσατο,[1] δι' ἣν αἰτίαν ἔξω κεκοίμηται. ἡμεῖς δὲ ἐμβλέποντες αὐτῷ ἐξεστήκειμεν[2] τὸ εἶδος Σίμωνος ὁρῶντες, φωνῆς δὲ τοῦ πατρὸς ἡμῶν ἀκούοντες Φαύστου. καὶ δὴ φευγόντων ἡμῶν αὐτὸν ἐξεπέπληκτο ὁ πατὴρ ἐπὶ τῷ[3] οὕτως ἀπηνῶς καὶ ἐχθρωδῶς αὐτῷ χρῆσθαι. μόνος δὲ Πέτρος τὴν κατὰ φύσιν αὐτοῦ ὁρῶν μορφὴν πρὸς ἡμᾶς ἔφη· τίνος ἕνεκα βδελυσσόμενοι ἀπωθεῖσθε τὸν ὑμέτερον πατέρα; ἡμεῖς δὲ καὶ ἡ μήτηρ ἔφαμεν· Σίμων ἡμῖν οὗτος φαίνεται φωνὴν ἔχων τοῦ ἡμετέρου πατρός. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ὑμῖν μὲν ἡ ἀμάγευτος αὐτοῦ φωνὴ μόνη[4] γνώριμός ἐστιν, ἐμοῦ δὲ τοῖς ἀμαγεύτοις ὀφθαλμοῖς καὶ τὸ εἶδος αὐτοῦ ὡς ἔστιν ὁρᾶται, ὅτι μή ἐστιν Σίμων, ἀλλὰ Φαῦστος ὁ ὑμέτερος πατήρ. τότε δὴ προσεμβλέψας καὶ τῷ πατρὶ ἔφη· τὸ γνήσιόν σου εἶδος αὐτοῖς οὐ φαίνεται, ἀλλὰ Σίμωνος τοῦ ἀσεβεστάτου καὶ ἡμῖν ἐχθίστου.

CXXXVII. Ταῦτα τοῦ Πέτρου διαλεγομένου ἐπεισήει τις τῶν προόδων ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας ἐληλυθὼς λέγων Πέτρῳ· εἰδέναι σε θέλω, κύριέ μου, ὅτι Σίμων ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ ὅτε ὑπῆρχεν,[1] δημοσίᾳ πολλὰ τεράστια ποιῶν οὐδὲν ἄλλο προσδιελέγετο ἤ σε πρὸς αὐτοὺς πρὸς μῖσος[2] ποιῶν, μάγον τε ὀνομάζων καὶ γόητα καὶ μιαιφόνον, καὶ πρὸς τοσοῦτον αὐτοὺς μῖσος παρεσκεύασεν, ὡς γλίχεσθαι πάντα ἄνθρωπον τῶν ἐκεῖ ἐπιδημησάντων[3] τῶν σαρκῶν αὐτῶν ἀπογεύσασθαί σου. ἡμεῖς δὲ πολὺ κατὰ σοῦ βρύχουσαν τὴν πόλιν ἑωρακότες ἤλθομεν τοῦ ἀπαγγεῖλαί σοι, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Καίσαρος πεμφθεὶς[4] βασιλικὸς πρὸς τὸν τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενον εἰς ἀναζήτησιν Σίμωνος μαθών, ὅτι φυγὰς εἰς Ἰουδαίαν ἐπορεύθη, καὶ αὐτὸς εἰς ἀναζήτησιν αὐτοῦ ἀπῆλθεν, ἵνα κατὰ τὴν πρόσταξιν Καίσαρος[5] τιμωρήσηται αὐτόν.

CXXXVIII. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Πέτρος ἔφη πρὸς τὸν πατέρα· αὐτὸς ἰδίοις ὠσὶν ἀκήκοας τῶν προόδων ἀπὸ Ἀντιοχείας ἐληλυθότων καὶ εἰπόντων, ὡς ἐκεῖ γεγονὼς Σίμων[1] ἰσχύρως τοὺς ὄχλους κατ' ἐμοῦ παρώξυνε, μάγον καὶ μιαιφόνον, πλάνον τε καὶ γόητα ἀποκαλῶν.[2] ποίησον οὖν ὡς ἐγώ σοι λέγω, καταλιπὼν Κλήμεντα παρ' ἐμοί, καὶ προλαβὼν ἡμᾶς εἰς Ἀντιόχειαν[3] μετὰ τῆς συμβίου σου, ἔτι δὲ καὶ Φαυστίνου καὶ Φαυστινιανοῦ τῶν υἱῶν σου. συνέσονται δέ σοι καὶ ἄλλοι τινές, οὓς ἐγὼ κρινῶ δυνατοὺς ὑπουργῆσαι τῷ ἐμῷ θελήματι. μετὰ τούτων ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενος, ἐν ὅσῳ ὡς Σίμων φαίνῃ, δημοσίᾳ κήρυξον τὴν σεαυτοῦ μετάνοιαν.

CXXXIX. Ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος οἶδα, ἔφη ὁ πατήρ, ὅτι βούλῃ,[1] διὸ μὴ κάμνε. ἐμοὶ γὰρ οὐχ ἧττον μελήσει ἐκεῖσε ἐλθόντι διαλεχθῆναι, ἃ χρὴ περὶ σοῦ διαλέγεσθαι. καὶ δὴ τοῦ πατρὸς ὑπὸ νύκτα μεθ' ὧν ἐκέλευσεν Πέτρος σὺν τῷ Ἀννουβίωνι ὁρμήσαντος ἐπὶ τὴν πλησίον Ἀντιόχειαν ἦλθεν. καὶ στὰς ἐν μέσῳ τῆς ἀγορᾶς εἶπεν πρὸς τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ· ἐγὼ Σίμων ταῦτα ὑμῖν κηρύσσω· ὁμολογῶ ἀδίκως καταψεύσασθαι Πέτρου· οὐκ ἔστι πλάνος, οὐ μιαιφόνος, οὐ γόης, οὐδε ὅσα περὶ αὐτοῦ ποτὲ φαῦλα ἔλεγον.[2]

Simonis manu accepit, ac propria facie uncta, induit formam Simonis. At media nocte exsurgens Simon in Iudaeam fuga se subtraxit.

CXXXVI. Nos autem, qui cum Petro eramus, continuo interrogando ob voluptatem atque suavitatem dictorum totam noctem vigiles permansimus. Et cum iam auroresceret, Petrus me ac fratres meos intuens dixit: Haesito, quid patri vestro visum sit. Hoc Petro dicenti pater intervenit, repperitque eum nobis de se loquentem. Quem cum maerentem videret, post salutationem ad se ipsum excusandum exposuit, quam ob causam foris dormisset. Nos vero eum intuentes expavimus, vultum quidem Simonis videntes, vocem autem Fausti patris nostri audientes. Et cum eum fugeremus, obstupuit pater, quod tam austere ac inimice cum eo ageremus. Solus autem Petrus formam eius naturalem vidit nobisque dixit: Cur execrantes refugitis a patre vestro? Cui nos una cum matre respondimus: Simon iste nobis esse videtur vocem habens patris nostri. Et Petrus dixit: Vobis quidem vox eius praestigiis non mutata sola cognoscitur; verum oculis meis non fascinatis vultus quoque, qualis est, apparet, quia non est Simon, sed Faustus pater vester. Tum iam patrem respexit eique dixit: Propria facies illis in te non apparet, sed Simonis protervissimi nobisque inimicissimi.

CXXXVII. Haec Petro loquente advenit quidam ex iis, qui Antiochiam praemissi fuerant, eique dixit: Scire te volo, mi domine, Simonem, cum Antiochiae esset, publice multa portentosa facientem, nihil aliud operam dedisse, quam ut te odiosum illis redderet, quem magum nominabat, et praestigiatorem et caede multa pollutum, ut quivis eorum desiderio anhelet vel carnibus tuis vescendi. At nos multum contra te fremere civitatem intuiti venimus, ut nunciaremus tibi. Sed et homo regius a Caesare quaerendi Simonis gratia ad provinciae praesidem missus, audiens illum fuga in Iudaeam petivisse ipse quoque ad eum quaerendum abiit, ut ex Caesaris praecepto poenas de eo capiat.

CXXXVIII. Quibus auditis Petrus ad patrem dixit: Ipse auribus tuis audisti ex iis qui cum praecessissent venerunt Antiochia et narrarunt, quomodo Simon illic versatus multitudinem adversus me vehementer concitarit, magum et caede pollutum, planumque ac praestigiatorem nuncupans. Fac ergo quae tibi praecipiam, et Clemente apud me relicto, cum uxore tua et Faustino ac Faustiniano, filiis tuis, praecede nos Antiochiam. Erunt autem tecum et alii quidam, quos ad adiuvandum meum consilium idoneos credidero. Quando igitur simul cum iis Antiochiae versaris et Simon quidem esse videris, palam praedica poenitentiam tuam.

CXXXIX. Quae cum Petrus dixisset: Scio, inquit pater, quid velis, quare ne labores. Nam curae mihi erit, cum illic venero, ut de te loquar, quae annuntiare me oportet. Et cum pater sub noctem cum iis, quos Petrus ordinaverat, simul cum Annubione perrexisset, ad vicinam Antiochiam venit. Et stans in medio foro ad populi multitudinem dixit: Ego Simon haec vobis annuncio: atque fateor, me inique de Petro mentitum esse: non est ille deceptor, nec caede pollutus, nec praestigiator, nec quae alia

---

Cap. CXXXVI. 1) Idem est in Hom. XX, 12. In Epit. nostri Cdd. BCD et Par. (pergens *τὸ δι'*) *απελογησατο*. — 2) *ἐξειστήκειμεν* O et Par. — 3) *τὸ* V et Par. — 4) *μόνη* om. O.

Cap. CXXXVII. 1) Hinc compleas eandem periodum in Hom. XX, 13 mancam, ut etiam Tisch. notavit, qui idem statuit verba: *οὐδὲν ἄλλο* usque *ποιῶν* propter *ὁμοιοτέλευτον* male in Hom. excidisse. — 2) *μῖσους* O. — 3) *τῶν ἐκεῖ ἐπιδημήσαντά σε* OV. Coniecturae nostrae favent Hom. XX, 13. Contra Tischendorfius edidit *τὸν ἐκεῖ ἐπιδημήσαντα,* abiecto *σε*, quod in cod. Par. sequitur pariter atque in nostris. — 4) *τις* inserit Epit. — 5) *τοῦ καίσαρος* O, non item Par.

Cap. CXXXVIII. 1) *ὁ Σίμων* O. — 2) *με* adiungit O. — 3) *τὴν Ἀντιόχειαν* O et Par.

Cap. CXXXIX. 1) *βούλει* O et Par. — 2) Ord. inv. *ποτὲ φαῦλα περὶ*

δέομαι ὑμῶν αὐτὸς ἐγώ, ὁ τοῦ πρὸς ὑμᾶς μίσους αἴτιος αὐτῷ γεγονως, παύσασθε[3] μισοῦντες αὐτόν. τοῦ γὰρ πρὸς σωτηρίαν κόσμου ἐπιφανέντος υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἀψευδής ἐστιν ἀπόστολος. διὸ καὶ αὐτὸς συμβουλεύω αὐτῷ ὑμᾶς πείθεσθαι περὶ ὧν κηρύσσει,[4] ἐπεὶ πᾶσα ὑμῶν ἡ πόλις ἄρδην ἀπολεῖται. δι' ἣν δὲ αἰτίαν ὑμῖν ταῦτα ὡμολόγησα, εἰδέναι ὑμᾶς[5] θέλω. ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἄγγελοί με τοῦ θεοῦ τὸν ἀσεβῆ, ὡς ἐχθρὸν ὄντα τῷ τῆς ἀληθείας κήρυκι, δεινῶς ἐμαστίγουν. παρακαλῶ οὖν μηδ' ἂν αὐτὸς ἐγὼ ἄλλοτε ἐλθὼν κατὰ Πέτρου ἐπιχειρῶ λέγειν ἀποδέξησθέ με. ἐξομολογοῦμαι γὰρ ὑμῖν· ἐγὼ μάγος, ἐγὼ πλάνος, ἐγὼ γόης, ἀλλὰ μετανοῶ.[6] ἔξεστι γὰρ ἴσως μετανοίᾳ ἀπολοῦσαι τὰ προπεπραγμένα μοι[7] ἁμαρτήματα.

CXL. Ταῦτα εἰπὼν ὁ πατὴρ δημοσίᾳ ὡς ἐκ προσώπου Σίμωνος καὶ Πέτρον εὐλογήσας τὴν πᾶσαν Ἀντιοχέων πόλιν εἰς πόθον[1] μετέθηκεν. καὶ ἐκ τούτου πάντας[2] ἐπιθυμεῖν ἰδεῖν[3] αὐτὸν ἀπήγγελλον· ἐνίους καὶ χαλεπαίνοντας αὐτῷ ὡς Σίμωνι, δι' ἣν πρὸς Πέτρον εἶχον ὑπερβάλλουσαν στοργήν, καὶ χεῖρας θέλειν ἐπιβαλεῖν Φαύστῳ[4] ὡς Σίμωνι. διὸ μήπως ἀναιρεθῇ δεδοικώς, ἐξαυτῆς ἐλθεῖν πέμψας ἠξίου τὸν Πέτρον, ὅπως αὐτὸν ζῶντα ἐπικαταλάβῃ, καὶ τῇ πόλει ἀκμαζούσῃ πόθῳ τῷ πρὸς αὐτὸν εὐκαίρως ἐπιφανῇ. Πέτρος δὲ ταῦτα ἀκούσας, πρὸς τὸ ἐκκλησι'ζειν πλείστους συναγαγών, καὶ ἐπίσκοπον καταστήσας βαπτίσας τε καὶ ἰασάμενος, ἡμερῶν ἐπιμείνας τριῶν τῇ Λαοδικείᾳ, ἐπὶ τὴν πλησίον ὁρμήσειν[5] Ἀντιόχειαν ἔσπευσεν.

CXLI. Καὶ δὴ τὴν πόλιν καταλαβών, ἅπαν τὸ πλῆθος προσδραμὸν μετὰ χαρᾶς ὑπεδέξατο αὐτὸν ὡς ὄντα τῆς ἀληθείας κήρυκα καὶ ἀπόστολον. προσευξάμενος δὲ καὶ ἐπιθεὶς αὐτοῖς τὰς χεῖρας,[1] πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας ἐθεράπευσε, καὶ ἕνα θεὸν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν εὐαγγελισάμενος καὶ πολλὰ διδάξας αὐτοὺς περὶ μοναρχίας πρὸς τὴν ξενίαν ἀπῄειμεν. γνοὺς δὲ ὁ πατὴρ ἡμῶν τὴν παρουσίαν τοῦ ἀποστόλου, προσδραμὼν κατεφίλησε τὰ ἴχνη αὐτοῦ, παρακαλῶν αὐτὸν λαβεῖν τὸ ἅγιον βάπτισμα, ὅπως τὸ ἀρχαῖον κάλλος τῆς ψυχῆς καὶ τὴν μορφὴν τοῦ σώματος ὁμοῦ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀπολαβών, κοινωνὸς τῶν ἀχράντων καὶ ζωοποιῶν[2] μυστηρίων γένηται. καὶ ὁ Πέτρος πρὸς αὐτὸν ἔφη· ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ[3] Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, εἶπεν· ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται.[4] καὶ[5] κατὰ τὴν πίστιν σου γενηθήτω σοι ὡς θέλεις. πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν τοῦτον κατήχησεν. ἑσπέρας δὲ γενομένης μεταλαβόντες τροφῆς ὑπνώσαμεν αἰνοῦντες καὶ εὐλογοῦντες τὸν θεόν.

CXLII. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ἀναστὰς ὁ Πέτρος ὀρθριώτερον καὶ προσευξάμενος μετεκαλέσατο τὸν πατέρα ἡμῶν ἅμα[1] καὶ ἡμᾶς λέγων· σήμερον, ὦ ἀδελφοί, μεγάλη χαρὰ γίνεται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ τῇ θεοδωρήτῳ ἀναγεννήσει τοῦ καλοῦ γέροντος Φαύστου. καὶ παραλαβὼν ἡμᾶς ἐξῄειμεν κατὰ ἀνατολὰς τῆς πόλεως, ἔνθα ὑπάρχουσιν ὕδατα καθαρά·[2] καὶ μόνον τὸν πατέρα ἡμῶν λαβὼν ἰδίᾳ κατηχήσας τε πολλὰ καὶ διδάξας αὐτὸν τὰ περὶ θεοῦ[3] καὶ τῆς διὰ σαρκὸς αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἐπιδημίας ἐβάπτισεν αὐτὸν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ[4] λαβὼν ἄρτον, εὐχαριστήσας καὶ[5] εὐλογήσας μετέδωκεν αὐτῷ τῶν ἁγίων καὶ ἀχράντων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων.[6] καὶ ἦμεν ὁμοῦ[7] οὖν οἱ πάντες ἀγαλλιώμενοι[8]

αὐτοῦ ἔλεγον O et Par. — 3) παύσασθαι V. — 4) κηρύσσω Hom. XX, 19. — 5) ὑμᾶς des. in V. — 6) Vocc. ἀλλὰ μετανοῶ desiderantur

cuncta de eo mala protuli. Obsecro ego vos ipse, qui odii vestri contra eum noxius sum auctor, ut id deponatis. Nam Dei filii qui propter mundi salutem apparuit, iste est verus apostolus. Quapropter et ipse suadeo, ut ei credatis in iis, de quibus praedicat, alioquin oppidum vestrum funditus peribit. Verum enim vero scire vos volo, cur haec confitear. Dei Angeli me impium, quod inimicus essem nuntio veritatis, hac nocte vehementer flagellarunt. Hortor ergo ne recipiatis me, etiamsi alias veniens Petrum calumnier. Confiteor enim vobis: egomet ipse sum magus, ego deceptor, ego praestigiator, sed poenitet me. Sic forsan licet, peccata prius a me commissa poenitentia delere.

CXL. Haec cum pater publice quasi ex persona Simonis dixisset et Petrum laudasset, universam Antiochiensium civitatem ad illius desiderium convertit. Et ex eo tempore cunctos optare nuntiarunt eum videre; nonnullos etiam ob nimium in Petrum amorem in eum saevientes ut in Simonem, adeo manus iniicere velle Fausto ut Simoni. Qua propter timens, ne perimeretur, per legatum a Petro petiit, ut eum nancisceretur vivum et in urbem desiderio illius flagrantem opportune adventaret. Quibus cognitis Petrus ad deliberandum in concione multitudinem coegit, et episcopo ordinato postquam per tres dies Laodiceae baptizaverat atque sanaverat, ad vicinam Antiochiam pergere properavit.

CXLI. Et quidem cum ad urbem pervenisset universus populus accurrens cum gaudio ipsum excepit tanquam veritatis praeconem et apostolum. Precibus autem fusis et manibus super eos positis universis male habentibus attulit medicinam, cumque unum Deum in tribus personis annunciasset pluribusque eos de unius numinis principatu docuisset, ad hospitium abivimus. Intelligens autem pater noster apostolum adesse, accurrit ac vestigia eius osculatus est rogans, ut sancto baptismo consummaretur, quo antiquam animae pulcritudinem et formam corporis simul reciperet sancto baptismo, fieretque particeps intemeratorum et vivificorum Christi mysteriorum. Ac Petrus ad eum dixit: Dominus noster Iesus Christus Dei filius dixit: *Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit et secundum fidem tuam fiat tibi sicut vis.* Ac multa alia ex divinis scriptis eum docuit. Ac vesper cum adesset cibo sumpto Deum laudantes atque orantes somno nos dedimus.

CXLII. Sequente vero die Petrus iterum maturius surgens cum orasset, patre una nobiscum accersito dixit: Hodie, fratres, magnum gaudium orietur in caelo propter divinum munus renascentiae boni senis Fausti. Cumque nos assumpsisset egressi sumus ad loca orientalia civitatis ubi sunt aquae purae; solumque patrem nostrum seorsim sumens multisque instituens tradensque illi doctrinam de Deo eiusque in carne ad nos adventu baptizavit eum in nomine patris et filii et spiritus sancti, cumque panem accepisset, gratias egisset ac benedixisset sacra, intemerata atque vivifica mysteria ei impertivit. Et pariter cuncti noctu ac interdiu exultabamus in Domino de patris nostri regeneratione sacro baptismate instau-

---

in Hom. XX, 19. — 7) *μοι* om. O.

Cap. CXL. 1) *τὸν ἐκείνου πόθον* Epit. — 2) Ita corrigo lectionem Codd. *πάντες*. — 3) *ἰδεῖν* deest in O. Tum Par. *ἐπήγγελλον*, sed *ἀπήγγ.* etiam Mon. — 4) *τῷ Φαύστῳ* O Mon. et Par. — 5) *ὁρμήσειν* om. O, sed habet etiam Par.

Cap. CXLI. 1) *τὰς χεῖρας αὐτοῖς* ord. O et Mon. — 2) *τοῦ Χριστοῦ* O cum Par. et Mon. — 3) *ὁ* om. O et Mon. — 4) Marc. 16, 16. Matth. 9 et 15. — 5) *καὶ* om. O et Mon.

Cap. CXLII. 1) *ἅμα δὲ* O et Par. et Mon. — 2) *ὕδατα πολλὰ καὶ καθαρὰ* O et Par. et Mon., *ὕδατα πολλά τε καὶ καθαρὰ* Epit. c. 142. — 3) *τοῦ θεοῦ* O et Par. et Mon. — 4) *καὶ* om. O — 5) *καὶ* des. in O. — 6) *τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων* O et Mon. et Par. — 7) *ὁμοῦ* om. V., Par. et Mon. om. *οὖν*. — 8) *ἀγαλλόμενοι* O et Mon. —

ἐν κυρίῳ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐπὶ τῇ τοῦ πατρὸς ἡμῶν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀναγεννήσει, ἔτι τε καὶ τὸν θεῖον λόγον παρὰ Πέτρου ἀκροώμενοι. καὶ ποιήσαντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ χρόνον τινὰ πᾶσι κατάδηλα γέγονε τὰ καθ' ἡμᾶς καὶ ἐν τοῖς ἁπάντων ἦμεν στόμασιν διαπαντός· καὶ ἐθαύμαζον πάντες ἐπὶ πᾶσι τοῖς συμβεβηκόσιν ἡμῖν, καὶ τὴν τοῦ θεοῦ εἰς ἡμᾶς βοήθειαν ἐπὶ τῷ ἀναγνωρισμῷ ἡμῶν [ἐμεγάλυνον][9] τῶν μακρῷ χρόνῳ ἀπ' ἀλλήλων χωρισθέντων καὶ τεθνάναι νομισθέντων.

CXLIII. Καὶ τούτου βοωμένου κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν, μαθὼν τὰ καθ' ἡμᾶς ὁ τῆς Ἀντιοχέων ἡγεμὼν καὶ[1] πάντα τὰ συμβεβηκότα τῷ τε πατρὶ ἡμῶν καὶ τῇ μητρὶ καὶ ὅτι βασιλικοῦ γένους ὑπάρχουσιν, ἀνήγαγεν ταῦτα πάντα ἀκριβῶς τῷ βασιλεῖ Τιβερίῳ. ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεύς, οἷα συνέβη Φαύστῳ τῷ ἰδίῳ αὐτοῦ συγγενεῖ, ἐκέλευσε τῷ ἡγεμόνι τῆς Ἀντιοχείας τὸ τάχος ἀποστεῖλαι αὐτὸν ἅμα καὶ τῆς μητρὸς ἡμῶν. δεξάμενος δὲ ὁ ἡγεμὼν τὴν τοῦ βασιλέως κέλευσιν, προσκαλεσάμενος τὸν πατέρα ἡμῶν καὶ τὴν μητέρα μετὰ πολλῆς τιμῆς[2] καὶ δορυφορίας πρὸς τὸν Καίσαρα Τιβέριον τούτους ἀπέστειλε. θεασάμενος δὲ ὁ Καῖσαρ τόν τε[3] πατέρα ἡμῶν καὶ τὴν μητέρα καὶ ἐπιγνοὺς αὐτούς, μαθὼν δὲ καὶ τὰ συμβεβηκότα αὐτοῖς ἐξέστη ἐπὶ τοῦτο,[4] καὶ ἐπιπεσὼν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ ἔκλαυσεν σφόδρα. ἐπισχὼν δὲ τοῦ πένθους ἔφη πρὸς τὴν σύγκλητον· συγχαρητέ μοι πάντες καὶ κοινὴν ἑορτὴν κροτήσωμεν ἐπὶ τῇ ἀνευρέσει Φαύστου καὶ Ματθιδίας,[5] ὅτι νεκροὶ νομιζόμενοι ἀνέστησαν, καὶ ἀπολωλότες εὑρέθησαν. καὶ ποιήσας εὐωχίαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ὁ Καῖσαρ μεγάλως αὐτοὺς ἐφιλοφρόνησεν. καὶ τῇ ἐπιούσῃ προσκαλεσάμενος τὸν πατέρα ἡμῶν καὶ τὴν μητέρα δέδωκεν αὐτοῖς χρήματα πολλὰ καὶ ἱματισμὸν παῖδάς τε καὶ παιδίσκας καὶ περιουσίαν ἄφατον. ὑπῆρχον δὲ ἐν μεγάλῃ δόξῃ τιμώμενοι παρὰ πάντων, εὐσεβῶς βιοῦντες, καὶ πολλὰ τοὺς πτωχοὺς εὐεργετοῦντες καθ' ἑκάστην. ζήσαντες δὲ χρόνον οὐκ ὀλίγον, πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς τοῖς δεομένοις διανείμαντες ἐν γήρει[6] καλῷ πρὸς τὸν θεὸν ἐξεδήμησαν μνημόσυνον καλὸν τὸν ἑαυτῶν βίον καταλιπόντες τῇ πολιτείᾳ Ῥωμαίων.

CXLIV. Ἐγὼ μέν τοι Κλήμης καὶ Ἀκύλας καὶ Νικήτης ἐμείναμεν μετὰ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου, ἐν τῷ θείῳ κηρύγματι πλείσταις κώμαις καὶ πόλεσιν[1] εὐαγγελιζόμενοι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Πέτρος δὲ ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολος πολλοὺς ἀσθενεῖς θεραπεύσας καὶ δαιμονιῶντας[2] ἰασάμενος, νεκρούς τε[3] πολλοὺς ἀναστήσας τῇ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ δυνάμει, κατὰ πόλεις καὶ χώρας παραλαβών με μέχρι Ῥώμης αὐτῆς κατῆλθεν κἀκεῖ κηρύξαι τὸν τῆς ἀληθείας λόγον. παραγενόμενος δὲ καὶ εἰσελθὼν ἐν τῇ πόλει καθ' ἑκάστην ἐδίδασκεν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν τοῖς οἴκοις τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ πολλοὺς προσήγαγεν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τῷ Χριστῷ μεγάλους τε καὶ μικρούς, ἔπειτα καὶ τῶν εὐγενίδων γυναικῶν τὰς περιφανεῖς, ὥστε ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ μικροῦ δεῖν προσδραμεῖν τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι καὶ πιστεῦσαι πάντας τῷ θεῷ διὰ τῆς τοῦ ἀποστόλου διδασκαλίας.

CXLV. Ἀλλὰ Πέτρος[1] ὁ μακάριος τοῦ κυρίου[2] ἀπόστολος, ὁ[3] διὰ τὴν ἀληθινὴν[4] πίστιν καὶ τὴν ἀσφαλεστάτην αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας ὑπόθεσιν τῆς ἐκκλησίας θεμέλιος εἶναι ὁρισθεὶς καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο ὑπ' αὐτοῦ[5] τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἀψευδεῖ στόματι μετονομασθεὶς Πέτρος· ἡ ἀπαρχὴ τοῦ κυρίου ἡμῶν· ὁ τῶν ἀποστόλων πρῶτος, ᾧ

rata, sed etiam quod Petri divinum sermonem auscultabamus. Cum igitur per aliquod tempus una ageremus, omnibus patuerunt res nostrae et in omnium ore versabamur; cunctique admirabantur universa, quae nobis contigerant, Deique erga nos patrocinium in nostra recognitione celebrabant, quippe qui per multum tempus ab altero alter fuissemus separati ac perisse putaremur.

CXLIII. Quod cum in tota urbe esset pervulgatum, Antiochiae praesul de nobis audiens et quae patri ac matri acciderant esseque eos regiae stirpis, cuncta ad Tiberium Imperatorem accurate rettulit. Imperator vero iis cognitis, quae Fausto proprio ipsius affini evenerant, Antiochiae praesuli mandavit, ut eum simul cum matre nostra quam celerrime mitteret. Et regio iussu accepto praeses patrem nostrum et matrem arcessivit magnoque cum honore ac satellitio eos ad Tiberium Caesarem misit. Intuitus autem Caesar patrem nostrum et matrem agnitis eis cum quae ipsis acciderant audiisset, de re obstupuit, ac cervicem eius complexus acriter flevit. Cohibito autem luctu ad senatum ait: Gaudete mecum omnes et commune festum agamus propter inventionem Fausti et Matthidiae quod cum mortui putarentur revixerunt cumque periissent reperti sunt. Ac Caesar epulo illa die facto vel benignissime eos tractavit. Ac sequente die cum patrem nostrum et matrem accersisset, multam eis dedit pecuniam et vestimenta et servos ancillasque et luxum ineffabilem. Erant autem cum magna gloria ab omnibus honorati pie viventes multumque pauperibus quotidie beneficia erogantes. Cumque non exiguum tempus vixissent, omnibus quae supererant inter egenos partitis, in bona senectute ad Deum emigrarunt, reipublicae Romanae vita sua pulcrae recordationi relicta.

CXLIV. Caeteroquin ego Clemens et Aquila et Nicetas cum Petro apostolo mansimus plurimis pagis ac oppidis divina praedicatione veritatis sermonem evangelizantes. Petrus autem Christi apostolus multos aegros curans daemoniacosque sanans ac complures mortuos domini Iesu Christi potestate in vitam revocans, per oppida et regiones secum me ducens usque ad ipsam Romam devenit, ut illic quoque veritatis sermonem praedicaret. Et cum in Urbem venisset, in synagogis et domibus quotidie docuit sermonem veritatis, multosque sacro baptismo ad Christum perduxit divites pauperesque, deinde etiam mulierum claras, ut non ita multo post paucum abesset, quin omnes ad sacrum baptismum accederent et Deo crederent per apostoli doctrinam.

CXLV. At Petrus sanctus Domini apostolus, qui propter veram fidem et firmissimam doctrinae suae basim Ecclesiae fundamentum esse definitus est, atque ob id ab ipso domino nostro Iesu Christo vero Deo ore non fallaci transnominatus est Petrus; primitiae Domini nostri; apostolorum primus, cui primo Pater filium revelavit: quem Christus merito

---

9) [ἐμεγάλυνον] transcripsi ex Epit. c. 142, reformavique subinde lectionem Codd. O V. τοὺς μακρῷ χρόνῳ ἀπ᾽ ἀλλήλων (ἐπ᾽ ἀλλήλων V) χωρισθέντας καὶ τεθνάναι νομισθέντας. Tisch. verbis, quae etiam in Par. et Mon. reperit, τοὺς-χωρισθέντας et νομισθέντας non mutatis in fine periodi supplevit ἐμεγάλυνον.

Cap. CXLIII. 1) Par. κατὰ. — 2) πολλῆς τιμῆς καὶ δόξης: his verbis exit fragmentum Tischendorfii Parisinum. — 3) τε om. O et Mon. — 4) Mon. ἐπὶ τούτῳ. — 5) Ματτιδίας O et Mon. — 6) γήρᾳ O et Mon.

Cap. CXLIV. 1) χώρεσιν O in textu, ἴσως πόλεσιν ad oram. Habet πόλεσιν etiam Mon. — 2) δαιμονῶντας O et Mon. sec. manu. — 3) Mon. δὲ.

Cap. CXLV. 1) Ἀλλὰ Πέτρος O, Πέτρος τε V. Manus recentior in Cod. Ottoboniani margine scripsit: Ἡ ἐπιστολὴ Κλήμεντος πρὸς Ἰάκωβον. Nulla textus sectio. — 2) Χριστοῦ O et Mon. — 3) ὁ om. O et Mon. — 4) ἀληθῆ O et Mon. — 5) ὑπὸ p. ὑπ᾽

πρώτῳ[6] ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν ἀπεκάλυψεν· ὃν ὁ Χριστὸς εὐλόγως ἐμακάρισεν· ὁ κλητὸς καὶ ἐκλεκτὸς καὶ συνέστιος καὶ συνοδοιπόρος· ὁ καλὸς καὶ δόκιμος μαθητής· ὁ τῆς δύσεως τὸ σκοτεινότερον τοῦ κόσμου μέρος ὡς πάντων ἱκανώτερος φωτίσαι κελευσθεὶς[7] — καὶ δὴ μέχρι ποῦ μηκύνω τὸν λόγον, μὴ βουλόμενος σημῆναι τὸ λυποῦν,[8] ὃ ἐξ ἀνάγκης κἂν βραδὺ πάντως εἰπεῖν με δεῖ; οὗτος αὐτὸς διὰ τὴν ἄμετρον πρὸς ἀνθρώπους στοργὴν σαφῶς δημοσίᾳ, ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ αἰῶνος,[9] τὸν ἐσόμενον ἀγαθὸν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μηνύσας βασιλέα, μέχρις ἐνταῦθα τῇ Ῥώμῃ γενόμενος, θεοβουλήτῳ διδασκαλίᾳ σώζων ἀνθρώπους, πρὸς αὐταῖς ταῖς ἡμέραις, αἷς ἤμελλε βιαίῳ τελευτᾶν θανάτῳ, συνηθροισμένων τῶν ἀδελφῶν αἰφνιδίως λαβόμενός μου τῆς χειρὸς ἐγερθεὶς[10] ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἔφη·

CXLVI. Ἀκούσατέ μου, ἀδελφοὶ καὶ σύνδουλοι· ἐπεί, ὡς ἐδιδάχθην ἀπὸ τοῦ ἀποστείλαντός με κυρίου τε καὶ διδασκάλου Ἰησοῦ Χριστοῦ, αἱ τοῦ θανάτου μου ἠγγίκασιν ἡμέραι, Κλήμεντα τοῦτον ἐπίσκοπον ὑμῖν χειροτονῶ, ᾧ τὴν ἐμὴν τῶν λόγων πιστεύω καθέδραν, τῷ ἀπ' ἀρχῆς μοι μέχρι τέλους[1] συνοδεύσαντι καὶ οὕτως[2] πασῶν μου τῶν ὁμιλιῶν ἐπακούσαντι, ὃς[3] ἐν πᾶσι πειρασμοῖς μου[4] κοινωνήσας τῇ πίστει προσκαρτερῶν εὑρέθη, ὃν πλεῖον πάντων πεπείραμαι θεοσεβῆ, σώφρονα, φιλάνθρωπον, ἀγαθόν, πολυμαθῆ, ἁγνόν,[5] δίκαιον, μακρόθυμον, καὶ γενναίως εἰδότα φέρειν τὰς ἐνίων τῶν κατηχουμένων ἀχαριστίας. διὸ αὐτῷ μεταδίδωμι τὴν ἐξουσίαν τοῦ δεσμεύειν καὶ λύειν, ἵνα περὶ παντὸς οὗ ἂν[6] χειροτονήσῃ ἐπὶ τῆς γῆς ἔσται δεδογματισμένον ἐν οὐρανοῖς. δήσει γὰρ ὃ δεῖ δεθῆναι, καὶ λύσει ὃ δεῖ λυθῆναι, ὡς τὸν τῆς ἐκκλησίας εἰδὼς κανόνα. αὐτοῦ οὖν ἀκούσατε ὡς γνόντες, ὅτι ὁ τὸν ἀληθείας προκαθεζόμενον λυπῶν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνει, καὶ τὸν πατέρα τῶν ὅλων παροργίζει· οὗ εἵνεκεν οὐ ζήσεται. καὶ αὐτὸν οὖν δεῖ τὸν προκαθεζόμενον ἰατροῦ τόπον ἐπέχειν, οὐ θηρίου ἀλόγου θυμὸν ἔχειν.

CXLVII. Αὐτοῦ ταῦτα λέγοντος ἐγὼ προσπεσὼν ἐδεόμην αὐτοῦ, παραιτούμενος τὴν τῆς καθέδρας τιμήν τε καὶ ἐξουσίαν.[1] ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· περὶ τούτου μή με[2] ἀξίου· τοῦτο γὰρ γενέσθαι δέδοκταί μοι,[3] ὅτι ἡ τοιαύτη καθέδρα οὐ φιλακαθεδροῦντος τολμηροῦ χρείαν ἔχει, ἀλλ' εὐλαβοῦς τὸν τρόπον καὶ φιλομαθοῦς τὸν λόγον. δὸς δὲ τὸν κρείττονα, ὃς ἐμοί σου πλέον συνώδευσε καὶ τῶν λόγων[4] ἐπήκουσε καὶ τὴν διοίκησιν τῆς ἐκκλησίας ἐκμεμάθηκε, καὶ οὐκ ἀναγκάσω σε καλῶς ποιεῖν οὐ θέλοντα. ἀλλ' οὐ δυνήσῃ νῦν τὸν[5] σοῦ κρείττονα παρασχεῖν. σὺ γὰρ δι' ἐμοῦ τῶν σωζομένων ἐθνῶν ἡ κρείττων ἀπαρχή. πλὴν καὶ τὸ ἕτερον λόγισαι, ὅτι εἰ κίνδυνον τῆς ἁμαρτίας φοβούμενος οὐκ ἀναδέχει τῆς ἐκκλησίας τὴν διοίκησιν εὖ ἴσθι εἰδὼς ὅτι πλεῖον ἁμαρτάνεις, ὃς[6] τοῖς θεοσεβέσιν ὥσπερ πλέουσι καὶ κινδυνεύουσι βοηθεῖν δυνάμενος οὐ θέλεις διασκοπῶν μόνον τὸ ἴδιον καὶ οὐ τὸ κοινῇ πᾶσι συμφέρον. ὅτι δὲ τὸν κίνδυνον πάντως[7] ἀναδέξασθαί σε δεῖ, ἐμοῦ τοῦτο ἀξιοῦντος καὶ μὴ πανομένου[8] εἰς τὴν τῶν πάντων βοήθειαν, ὀρθῶς ἐπίστασαι.[9] ὅσῳ[10] οὖν μοι ταχύτερον συνευδοκήσεις, τοσοῦτόν με τῆς ἀθυμίας κουφίσεις.

CXLVIII. Οἶδα δὲ καὶ αὐτός, ὦ Κλῆμη, λύπας καὶ ἀθυμίας καὶ κινδύνους καὶ ψόγους τοὺς ἐξ ἀπαιδεύτων ὄχλων σοι συμβησομένους, οὓς

αὐτοῦ O et Mon. — 6) πρῶτος O et Mon. — 7) καὶ κατορθῶσαι συνηθεὶς add. Ep. Clem. Hom. c. 1. — 8) Sic OV et Mon.; at fortasse λοιπὸν scribendum.

beatum praedicavit; vocatus et electus et convictor et comes; bonus ac probatus discipulus; qui occidentis obscuriorem mundi plagam, ut omnium magis idoneus, illustrare praeceptus est — sed quousque sermonem protraho, nolens significare quod triste est, quod necessario, licet tarde, omnino dicere me oportet? — hic ipse ob immensam erga homines caritatem clare et palam, repugnante licet malo seculo futurum bonum toti mundo indicans Regem, hucusque Romam veniens, et Deo placita doctrina salvans homines, ipsis diebus, quibus violentam subire debebat mortem, congregatis fratribus subito apprehensa manu mea consurgens coram Ecclesia dixit:

CXLVI. Audite me, fratres et conservi: Quoniam, sicut edoctus sum ab eo, qui misit me, domino et magistro Iesu Christo, dies mortis meae appropinquant, Clementem hunc episcopum vobis ordino, cui meam sermonum cathedram credo, qui mihi ab initio usque ad finem comes exstitit, sicque omnes sermones meos audivit, qui in omnibus tentationibus meis particeps in fide perseverans inventus est, quem plus caeteris expertus sum religiosum, temperantem, humanum, bonum, eruditum, castum, iustum, patientem et scientem fortiter ferre nonnullorum catechumenorum ingratum animum. Quocirca ipsi trado ligandi et solvendi potestatem, ut quodcunque in terris ordinaverit, sit decretum in caelis. Ligabit enim quod ligari oportet, et solvet quod oportet solvi, tanquam qui Ecclesiae regulam noverit. Ipsum ergo audite, ut scientes quod, qui contristaverit veritatis praesidem, peccat in Christum, et universorum Patrem irritat: quapropter non vivet. Caeterum ipsum praesidem oportet medici locum tenere, non autem ferae bestiae furorem habere.

CXLVII. Haec illo dicente ego procidens rogabam eum, cathedrae honorem et potestatem deprecans. At ille respondit: Hac de re noli me orare: hoc enim fieri mihi statutum est, quia haec cathedra non opus habet temerario sedendi in ea, sed viro moribus sancto et doctrinam discendi cupido. Ast da mihi praestantiorem, qui plus te mecum peregrinatus fuerit et sermones meos audierit ac Ecclesiae administrationem didicerit, et non cogam te nolentem bene agere. Sed non poteris nunc meliorem quam tu es exhibere. Tu namque inter eos, qui per me ex gentibus servati sunt, locum optimarum primitiarum obtines. Sed et aliud reputa: quod si peccati periculum metuens Ecclesiae gubernationem non suscipis, certus esto te amplius peccare, qui cum possis Dei cultoribus velut navigantibus et periclitantibus succurrere, id facere recusas, quod tuum est dumtaxat considerans, et non quod in commune omnibus expedit. Quod autem periculum omnino suscipere te oportet me id incessanter rogante in cunctorum subsidium, optime novisti. Quanto ergo citius mihi assensus fueris, tanto me tristitia levabis.

CXLVIII. Novi autem etiam ipse, o Clemens, molestias et maerores et pericula et probra ab inerudita plebe tibi ventura; quae fortiter poteris

9) Ita et Ruf., Cod. Reg. 804 om. *αἰῶνος* cum Ep. Clem. Hom. — 10) Consentit Mon., *εὐεργεθεὶς* O.

Cap. CXLVI. 1) *τοῦ τέλους* O et Mon. — 2) *οὕτω* O. et Mon. — 3) *ὡς* V. — 4) *μου* deest in O; Mon. *μοι*. — 5) Ord. inv. *φιλάνθρωπον, ἁγνὸν, πολυμαθῆ, σώφρονα, ἀγαθὸν* O et Mon. — 6) *ἐὰν* V.

Cap. CXLVII. 1) *ἀξίαν* V. — 2) *με μὴ* inv. et Mon. — 3) *καὶ ταύτῃ μᾶλλον εἰ παραιτῇ* adiungit Ep. Clem. Hom. c. 3. — 4) *τὸν λόγον* V. — 5) *τοῦ* O. — 6) *ὡς* V. — 7) *πάντως* deest in O. — 8) *ἐμοῦ τοῦτο ἀξιοῦν μὴ παυομένου* Ep. Clem. Hom. — 9) *ἐπίστασαι* concinnius Ruf., qui vertit *certus esto* (Ep. Clem. ad Iacobum c. 3); *ἐπίσταμαι* OV cum utroque Hom. Cod. — 10) *ὅσον* O.

δυνήσῃ γενναίως φέρειν ἐνορῶν[1] *τῆς ὑπομονῆς τὸν ἐκ θεοῦ σοι μέγαν ἀποδιδόμενον μισθόν. ἀλλὰ καὶ*[2] *δικαίως ἐνθυμήθητι· πότε σου τῆς ξυμμαχίας χρείαν ἔχει ὁ Χριστὸς, νῦν ὅτε ὁ πονηρὸς κατὰ τῆς αὐτοῦ νύμφης πόλεμον ἤρατο, ἢ εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον, ὅτε νικήσας βασιλεύει,*[3] *μηδεμίας τοῦ λοιποῦ χρείαν ἔχων βοηθείας; οὐχὶ καὶ τῷ βραχὺν νοῦν ἔχοντι δῆλον, ὅτι νῦν; πάσῃ οὖν τῇ*[4] *προαιρέσει ἐν τῷ τῆς παρούσης ἀνάγκης χρόνῳ τάχυνον ξυμμαχῆσαι βασιλεῖ ἀγαθῷ μισθοὺς μεγάλους μετὰ νίκην*[5] *ἀποδιδόναι πεφυκότι. χαίρων οὖν ἐπισκόπησον, εὐκαίρως ταύτῃ*[6] *μᾶλλον, ὡς διοίκησιν ἐκκλησίας παρ' ἐμοῦ μεμαθηκὼς εἰς τὴν τῶν ἡμῖν προσφευγόντων ἀδελφῶν σωτηρίαν.*

CXLIX. *Πλὴν καὶ βραχεῖα*[1] *ἐπὶ πάντων διὰ πάντας τὰ τῆς διοικήσεως ὑπομνῆσαι θέλω. σὲ μὲν χρὴ ἀνεπιλήπτως βιοῦντα σπουδῇ μεγίστῃ πάσας τὰς τοῦ βίου ἀσχολίας ἀποσείεσθαι, μήτε ἐγγυητὴν γινόμενον, μήτε συνήγορον, μηδὲ ἑτέρῳ τινὶ βιωτικῷ παραπεπλεγμένον*[2] *πράγματι. οὐ γὰρ κριτὴν καὶ δικαστὴν χρημάτων ἢ ἀσχολημάτων*[3] *καθεστάναι σε θέλει τῶν νῦν βιωτικῶν πραγμάτων ὁ Χριστὸς, ἵνα συνεχόμενος εἰς τὰς νῦν τῶν ἀνθρώπων φροντίδας μὴ εὐσχολῇς χωρίζειν λόγῳ ἀληθείας ἀνθρώπων τοὺς κρείττονας ἀπὸ τῶν χειρόνων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἱ μανθάνοντες ἀλλήλοις παρεχέτωσαν, καὶ ἀπὸ τῶν σώζειν δυναμένων λόγων μὴ ἀσχολείτωσαν. ὡς γάρ σοὶ ἀσεβές ἐστιν τὰς βιωτικὰς φροντίδας ἀναδέξασθαι, καταλείψαντι ποιεῖν ὃ ἐκελεύσθης, οὕτως ἑκάστῳ λαϊκῷ ἁμαρτία ἐστὶν, εἰ*[4] *μὴ ἀλλήλοις καὶ ἐν ταῖς βιωτικαῖς χρείαις παρίστανται. καὶ σὲ δὲ περὶ τούτων χρὴ ἀμέριμνον εἶναι,*[5] *ἵνα μόνης τῆς ἐκκλησίας τὴν φροντίδα ἔχῃς, πρός τε τὸ διοικεῖν αὐτὴν καλῶς καὶ τὸ τοὺς ἀληθείας λόγους παρέχειν.*

CL. *Ἐπεὶ ἐὰν βιωτικαῖς μερίμναις ἀσχοληθῇς, καὶ σεαυτὸν καὶ τοὺς ἀκροατὰς ἐνεδρεύσεις· τὰ γὰρ συμφέροντα ἐφοδιάζειν διὰ τὴν ἀσχολίαν οὐ δυνηθεὶς, καὶ σὺ*[1] *ὡς μὴ διδάξας τὸ συμφέρον κολασθήσῃ, οἱ δὲ μὴ μαθόντες ἀγνοίας αἰτίᾳ ἀπολοῦνται. διὸ σὺ μὲν αὐτοῖς εὐσχολῶν*[2] *προκαθέσθητι πρὸς τὸ εὐκαίρως παρέχειν τοὺς*[3] *σώζειν αὐτοὺς δυναμένους λόγους· καὶ οὗτοι*[4] *ἐπακουέτωσάν σοι, εἰδότες ὅτι ὁ τῆς ἀληθείας πρεσβευτὴς ὃ ἐὰν δήσῃ ἐπὶ γῆς, δέδεται καὶ*[5] *ἐν οὐρανῷ, ὃ δ' ἂν λύσῃ, λέλυται. σὺ δὲ δήσεις ἃ δεῖ δεθῆναι, καὶ λύσεις ἃ δεῖ λυθῆναι. καὶ τὰ μὲν κατὰ σὲ τὸν παρεστῶτα*[6] *καὶ ταῦτά ἐστιν καὶ τὰ τούτοις ὅμοια.*

CLI. *Τὰ δὲ κατὰ τοὺς πρεσβυτέρους ἔστω τάδε. πρὸ πάντων τοὺς νέους πρὸς γάμον ζευγνύτωσαν ἐν τάχει προλαμβάνοντες τῆς νεαζούσης ἐπιθυμίας τὰ παγιδεύματα. ἀλλὰ μηδὲ τῶν ἤδη γερόντων*[1] *περὶ γάμου ἀμελείτωσαν· ἐνίοις γὰρ καὶ γηράσασιν ἀκμαία ἐστὶν ἡ*[2] *ἐπιθυμία. ἵνα οὖν μὴ ἡ πορνεία νομὴν*[3] *λαβοῦσα καθ' ὑμῶν εἰς ὑμᾶς τὸν αὐτῆς*[4] *ἐμβάλλῃ λοιμὸν προασφαλίζεσθε, καὶ ἐρευνᾶτε, μήπως τὸ τῆς μοιχείας λανθανόντως ἐν ὑμῖν ἀναφθῇ πῦρ. πολὺ γὰρ δεινὸν ἡ μοιχεία καὶ*[5] *τοσοῦτον, ὅσον τὰ δευτερεῖα ἔχειν αὐτὴν τῆς κολάσεως, ἐπεὶ τὰ πρωτεῖα τοῖς ἐν πλάνῃ οὖσιν ἀποδίδοται, κἂν σωφρονῶσιν. διὸ ὑμεῖς ὡς ἐκκλησίας πρεσβύτεροι ἐξασκήσατε τῇ Χριστοῦ νύμφῃ εἰς*

Cap. CXLVIII. 1) *ἐννοῶν* V. — 2) *καὶ* om. O. — 3) Ita et noster Hom. Cod.; rectius *βασιλεύσει* Cot. — 4) *τῇ* om. V. — 5) *τὴν νίκην* O. — 6) *ταύτην* O.

ferre respiciens ad patientiae magnam mercedem tibi a Deo reddendam. Sed et illud iuste considera: quando tuo auxilio opus est Christo, nunc cum malus adversus sponsam illius bellum suscepit, an insequenti tempore, quando victoria parta regnabit, nullo amplius subsidio indigens? Nonne etiam exigui ingenii viro claret, quod praesenti tempore? Omnibus ergo animi viribus hoc praesentis necessitatis tempore festina opem ferre bono Regi, magnas remunerationes post victoriam reddere solito. Laeto igitur animo episcopatum suscipe, opportune eo magis quod Ecclesiae dispositionem a me didicisti ad fratrum qui ad nos confugerunt salutem.

CXLIX. Verumtamen et breviter coram omnibus et propter omnes, quae ad eam dispositionem pertinent, volo commemorare. Te quidem oportet irreprehensibiliter vivere, et maximo studio omnes vitae occupationes abiicere, ut non sis fideiussor, neque advocatus, neque ullo alio implicitus seculari negotio. Non enim iudicem et cognitorem pecuniarum vel negotiorum rerumque ad hanc vitam pertinentium constituere te vult Christus, ut praesentibus hominum curis detentus tempus non habeas ad separandos iuxta veritatis modum homines bonos a malis. Verum illa quidem ii sibi invicem exhibeant qui discunt, et te a sermonibus salvos facere valentibus non avocent. Quemadmodum enim tibi impium est, seculares curas suscipere, relicto eo quod facere iussus es: ita singulis laicis peccatum est, si sibi invicem etiam in mundanis necessitatibus praesto non sint. Ac de his secure atque tranquille te vivere oportet, quo solius Ecclesiae sollicitudinem geras, tum ad scite eam administrandam, tum ad tradendos sermones veritatis.

CL. Nam si curis secularibus occupatus fueris, et te ipsum et auditores decipies. Conducibilia enim praebere per occupationem non valens, et tu quasi qui utilia non docueris punieris, et qui non edocti erunt ignorantiae causa peribunt. Quocirca tu quidem fac, ut absque occupatione illis praesideas, quo tempestive sermones quibus salvari possint praebeas: iique te audiant, scientes legatus veritatis quodcunque ligaverit super terram, ligatum esse et in caelo, et quodcunque solverit, solutum esse. Tu autem ligabis quae ligari oportet, et solves quae solvenda sunt. Atque ad te quidem, qui praees, quae pertinent, ista sunt et his similia.

CLI. Quae vero ad presbyteros spectant, ista sint. Ante omnia iuvenes nuptiis cito iungant, laqueos ferventis in iuventa cupiditatis praeveniendo. Sed nec de coniugio iam senum curam abiiciant: nam in nonnullis, etiam cum senuerint, valida inest cupiditas. Ne igitur fornicatio adversum vos grassandi occasione accepta pestem suam in vos invehat praecavete et conquirite, ne forte in vobis occulte adulterii ignis fuerit accensus. Multum quippe grave peccatum est adulterium in tantum, ut secundum in poenis obtineat locum, quandoquidem primus debetur iis qui in errore degunt, quamvis temperanter vivant. Quare vos velut Ecclesiae presbyteri Christi sponsam ad castitatem exercete. Sponsam autem dico

---

Cap. CXLIX. 1) *σε* inserit noster Hom. Cod. — 2) *παραπεπλεγμένῳ* V, *παρεμπεπλεγμένον* Ep. Clem. Hom. c. 5. — 3) *ἢ ἀσχολημάτων* om. V. — 4) *ἐὰν* V, Ep. Clem. Hom. — 5) Cfr. Ep. Clem. Hom. c. 5, ubi textus prolixior.

Cap CL. 1) *σὲ* O. — 2) Ita O, *εὐσχολεῖν* V cum utroque Hom. Cod. — 3) *τοῦ* V. — 4) *οὕτως* Ep. Clem. Hom. — 5) *καὶ* om. O, qui subinde *ἐν τῷ οὐρανῷ*. — 6) *προεστῶτα* Ep. Clem. Hom. Subinde *καὶ ταῦτα* V.

Cap. CLI. 1) *γεγηρακότων* O. — 2) *ἡ* om. V, Ep. Clem. Hom., ubi quidem *ἔνεστιν*. — 3) *νομεῖν* V. — 4) *αὐτὸν* V, Ep. Clem. Hom. c. 7, subinde *ἐμβάλλῃ* cum Cotelerio p. *ἐμβάλη* OV et nostri Hom. Cod. — 5) *καὶ* om. V. —

σωφροσύνην. νύμφην δὲ λέγω τῆς ἐκκλησίας τὸ σύστημα. ἐὰν γὰρ σώφρων καταληφθῇ ὑπὸ νυμφίου[6] βασιλέως, τιμῆς μεγίστης τεύξεται, καὶ ὑμεῖς μεγάλης εὐφρασίας ὡς κλητοὶ γάμων ἀπολαύσετε.[7] ἐὰν δὲ ἡμαρτηκυῖα φωραθῇ, αὐτὴ μὲν ἔκβλητός ἐστιν, ὑμεῖς δὲ δίκην δώσετε, εἴ πως[8] παρὰ τὴν ὑμετέραν ἀμέλειαν γέγονεν ἡ ἁμαρτία.

CLII. Διὸ πρὸ πάντων περὶ σωφροσύνης φροντίζετε. λίαν γὰρ παρὰ τῷ θεῷ χαλεπὴ ὥρισται ἡ πορνεία. πορνείας δὲ εἴδη πολλά, ὡς καὶ αὐτὸς Κλήμης ὑμῖν διηγήσεται. πλὴν πρώτη μοιχεία ἐστὶν τὸ ἄνδρα μὴ ἰδίᾳ μόνῃ χρήσασθαι γυναικί, καὶ γυναῖκα μὴ ἰδίῳ μόνῳ χρήσασθαι ἀνδρί. ἐὰν σωφρονῇ τις, καὶ φιλάνθρωπος γενέσθαι δύναται, οὗ εἵνεκεν ἐλέους αἰωνίου τεύξεται. ὡς δὲ ἡ μοιχεία μέγα κακόν, οὕτως ἡ φιλανθρωπία μέγιστον ἀγαθόν. διὸ ἀγαπᾶτε πάντας ὑμῶν τοὺς ἀδελφοὺς σεμνοῖς καὶ ἐλεήμοσιν ὀφθαλμοῖς, τοῖς μὲν ὀρφανοῖς ποιοῦντες τὰ γονέων, ταῖς δὲ χήραις τὰ ἀνδρῶν, παρέχοντες μετὰ πάσης εὐφροσύνης τὰς τροφάς, τοῖς ἀκμαίοις τοὺς γάμους, καὶ τοῖς αὐτῶν ἀτέχνοις[1] διὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐννοούμενοι τὰς προφάσεις τῆς ἀναγκαίας τροφῆς, τεχνίτῃ ἔργον, ἀδρανεῖ ἔλεος.

CLIII. Οἶδα δὲ ταῦτα ποιήσειν ὑμᾶς, ἐὰν ἀγάπην εἰς τὸν ὑμέτερον ἱδρύσητε νοῦν. πρὸς δὲ τὴν αὐτῆς εἴσοδον μία τίς ἐστιν ἱκανὴ πρόφασις, ἡ κοινὴ τῶν ἁλῶν μετάληψις. διὸ σπουδάζετε πυκνότερον συνέστιοι ἀλλήλων γίνεσθαι ὡς δύνασθε,[1] ὅπως αὐτὴν μὴ ἀπεμπολήσητε· αἰτία γάρ ἐστιν τῆς εὐποιΐας, ἡ δὲ εὐποιΐα τῆς σωτηρίας. κοινοὺς[2] οὖν πάντες πᾶσιν τοῖς κατὰ θεὸν ἀδελφοῖς τοὺς ἑαυτῶν παρέχετε βίους, εἰδότες ὅτι πρόσκαιρα δωρούμενοι αἰώνια λήψεσθε. πολλῷ μᾶλλον πεινῶντας τρέφετε, καὶ[3] διψῶσι παρέχετε ποτόν, γυμνοῖς ἔνδυμα, τοὺς νοσοῦντας ἐπισκέπτεσθε, τοῖς ἐν φυλακαῖς ἐπιφαινόμενοι ὡς δύνασθε βοηθῆτε, τοὺς ξένους μετὰ πάσης προθυμίας εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους λαμβάνετε. πλὴν ἵνα μὴ τὸ κατ' εἶδος λέγω, πᾶν καλὸν ἡ φιλανθρωπία ὑμᾶς ποιεῖν διδάξει, ὥσπερ ἡ μισανθρωπία τοῖς μὴ βουλομένοις σώζεσθαι τὴν κακοπραξίαν ὑποδείκνυσιν.

CLIV. Οἱ πράγματα ἔχοντες ἀδελφοὶ ἐπὶ τῶν ἐξουσιῶν κοσμικῶν[1] μὴ κρινέσθωσαν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν τῆς ἐκκλησίας πρεσβυτέρων συμβιβαζέσθωσαν παντὶ τρόπῳ, ἑτοίμως αὐτοῖς πειθόμενοι. πλὴν καὶ τὴν πλεονεξίαν οὕτως φεύγετε, ὡς προφάσει προσκαίρου κέρδους ἀπὸ[2] τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ζημιοῦν δυναμένην. ζυγά, μέτρα, στάθμια, τὰ τῶν τόπων[3] δίκαια ἐπιμελῶς φυλάσσετε, πρὸς τὰς παραθήκας εὐγνωμονεῖτε. πλὴν ταῦτα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια μέχρι τέλους ποιεῖν ὑπομονεῖτε, ἐὰν ἀχώριστον μνήμην περὶ τῆς ἐκ θεοῦ γινομένης κρίσεως ἐν ταῖς καρδίαις ἔχητε. τίς γὰρ ἂν ἁμαρτήσῃ πεπληροφορημένος, ὅτι ἐκ θεοῦ δικαίου τοῦ νῦν μόνου μακροθύμου καὶ ἀγαθοῦ ἐπὶ τῇ τοῦ βίου συντελείᾳ γενέσθαι ὡρισθῇ κρίσις, ἵνα οἱ μὲν[4] ἀγαθοὶ τοῦ λοιποῦ τῶν ἀποῤῥήτων ἀγαθῶν ἀϊδίως ἀπολαύσωσιν, οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ εὑρεθέντες ὡς κακοὶ ἀποῤῥήτου[5] κολάσεως τεύξωνται τῆς αἰωνίου;

CLV. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτων ἔχει. διό, ὦ Κλήμη, ἑκάστῳ κατὰ τὸ δυνατὸν προκαθέσθητι βοηθὸς τὰς πάντων φορτισθεὶς φροντίδας. ὅθεν τό σε οἰκονομεῖν ἀναδέξασθαι χάριν οἶδα εἰληφώς, οὐ δεδωκώς· ἀλλὰ θάῤῥει καὶ γενναίως φέρε, ὡς εἰδὼς ὅτι ἀποδώσει σοι ὁ θεὸς εἰς τὸν λιμένα τῆς ἀναπαύσεως καταντήσαντι τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν, ἀναφαίρετον μισθόν, κα-

Ecclesiae congregationem. Si enim pudica inventa fuerit a sponso Rege, maximum honorem consequetur, vosque grandi laetitia velut invitati ad nuptias fruemini. Si vero in peccato deprehensa fuerit, ipsa quidem eiicietur, vos autem poenas dabitis, si forte per vestram negligentiam peccatum commissum fuerit.

CLII. Quocirca ante omnia de pudicitia solliciti estote. Quippe apud Deum admodum grave quid censetur fornicatio. Caeterum species fornicationis multae sunt, ut et ipse Clemens vobis enarrabit. Attamen primum adulterium est, virum non sola sua uti uxore, et uxorem non solo suo uti viro. Si quis castus exstiterit, humanus etiam fieri potest, propter quod aeternam consequetur misericordiam. Quemadmodum autem adulterium magnum malum est, ita humanitas maximum bonum. Idcirco diligite omnes fratres vestros sanctis et misericordibus oculis, orphanis quidem parentum, viduis autem virorum curam exhibentes, praebentes alimoniam cum omni liberalitate, aetate vigentibus coniugium providentes, atque inter illos iis qui artem nesciunt, commenti per vitae instituta occasiones ad vivendi necessitatem, artifici operam, debili misericordiam.

CLIII. Scio autem vos haec facturos, modo caritatem vestra in mente statueritis. Ad quam introducendam unus est modus accommodatus, mensae et salis in commune perceptio. Quare studete inter vos frequentius convivia agitare, quantum potestis, ne caritatem amittatis: causa enim est beneficentiae, beneficentia vero salutis. Cuncti ergo cunctis in Deo fratribus communem vestrum praebete victum, scientes quod temporalia dando aeterna consequemini. Multo magis nutrite esurientes, et sitientibus potum date, nudis indumentum, aegrotos visitate, iis qui in carcere sunt intervenientes pro viribus succurrite, peregrinos omni alacritate in domibus vestris suscipite. Verum ne singulatim dicam, omne bonum ut faciatis docebit vos caritas erga homines, quemadmodum apud eos, qui salvi esse nolunt, odium erga homines male agere suggerit.

CLIV. Fratres, qui lites habent, apud potestates seculi non iudicentur, sed ab Ecclesiae presbyteris concilientur quocunque modo, quibus prompte obediant. Ad haec avaritiam ita fugite, ut quae occasione temporalis lucri possit aeternis bonis privare. Stateras, mensuras, libras, pondera iusta sedulo custodite, in depositis bene vos gerite ac fideliter. Atque haec et his similia usque ad finem facere sustinebitis, si de futuro per Deum iudicio memoriam perpetuam corde retineatis. Quis enim peccet certo persuasus, quod a Deo iusto, qui nunc solus patiens et bonus est, in consummatione seculi iudicium fore definitum est, ut boni quidem deinceps ineffabilibus bonis perpetuo fruantur, qui vero peccatores inventi fuerint, tanquam mali inenarrabili supplicio afficiantur sempiterno?

CLV. Et ista quidem ita se habent. Quocirca, o Clemens, ita praeside, ut unicuique pro viribus sis adiutor, qui omnium sollicitudinibus onustus es. Unde quod hanc dispensationem suscipis, scio me gratiam accipere, non dare: sed confide et fortem te praesta, tanquam quia scias quod tibi Deus in requietis portum appellenti retribuet summum bonorum,

---

6) *τοῦ νυμφίου* O. — 7) *ἀπελαύσητε* V. — 8) *μή πως* p. *εἴ πως* V.

Cap. CLII. 1) Leg. *ἀτέχνοις* cum Ruf. et ed. Cotelerii; *τέκνοις* noster Hom. Cod. et Cod. Reg. 804 cum Turriani libro exhibent, et O V.

Cap. CLIII. 1) *ὡς δύνασθε* om. V. — 2) *κοινωνοὺς* O. — 3) *καὶ* om. O.

Cap. CLIV. 1) *κοσμικῶν* inserui ex marg. Codicis Hom. Ottob. Cfr. Ep. Clem. c. 10 not. 3 nostrae Hom. editionis. — 2) *ἀπὸ* om. O. — 3) Substituas *ῥοπῶν* ex Cotelerio; *τόπων* est quoque in nostro Hom. Cod. Ottob., Cod. Reg. 804 et apud Ruf. — 4) *μὲν* des. in V et utroque Hom. Cod. — 5) *κατ᾽ ἀξίαν* O.

θότι ὑπὲρ τῆς τῶν πάντων σωτηρίας τὸν μείζονα ἀνεδέξω κάματον. ὥστε ἐάν σε πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν διὰ τὴν ἐπ' ἄκρον δικαιοσύνην μισήσωσι, τὸ αὐτῶν μὲν μῖσος οὐδέν σε βλάψει, ἡ δὲ τοῦ δικαίου θεοῦ φιλία πολύ σε ὀνήσει. ὥστε πειρῶ τὸν ἐξ ἀδικίας γινόμενον ἔπαινον ἀποσείεσθαι, διὰ δὲ δικαίαν διοίκησιν τὸν ἐκ θεοῦ[1] ἐπωφελῆ θηρεύειν ἔπαινον.

CLVI. Ταῦτα εἰπὼν καὶ τὰ τούτων πλείονα πάλιν τῷ πλήθει προσβλέψας εἶπεν· καὶ ὑμεῖς δὲ, ἀγαπητοί μου ἀδελφοὶ καὶ σύνδουλοι, τῷ προκαθεζομένῳ τῆς ἀληθείας κατὰ πάντα ὑπείξατε τοῦτο εἰδότες, ὅτι ὁ τοῦτον λυπήσας Χριστὸν, οὗ τὴν καθέδραν πεπίστευται, οὐκ ἐδέξατο, καὶ ὁ Χριστὸν μὴ δεξάμενος ὡς ἀθετήσας τὸν πατέρα λογισθήσεται· διὸ τῆς ἀγαθῆς βασιλείας ἀποβληθήσεται. οὗ εἵνεκεν πειρᾶσθε ἐν πάσαις συνόδοις συνέρχεσθαι, ἵνα μὴ ὡς λειποτάκται ὑπὸ τῆς τοῦ ταξιάρχου ἀθυμίας ἁμαρτίας ἔγκλημα λάβητε. διὸ πρὸ πάντων οἱ πάντες τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ φρονεῖτε τοῦτο εἰδότες, ὅτι δι' ἕκαστον[1] ὑμῶν ὁ πονηρὸς αὐτῷ μόνῳ τὸ πλεῖον ἐχθραίνων προσπολεμεῖ. ὑμεῖς οὖν πειρᾶσθε τῇ πρὸς αὐτὸν στοργῇ καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους εὐνοίᾳ διατελεῖν καὶ αὐτῷ[2] ἐπακούειν, ἵνα καὶ αὐτὸς κουφίζηται καὶ ὑμεῖς σωθῆναι δυνηθῆτε.

CLVII. Ἔνια δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν νοεῖν ὀφείλετε, διὰ τὸ αὐτὸν μὴ δύνασθαι ἐν φανερῷ λέγειν διὰ τὰς ἐπιβουλάς· οἷον ἐὰν ἐχθραίνῃ τινὶ, μὴ ἀναμένετε αὐτὸν εἰπεῖν, τῷ δὲ μὴ προσομίλλασθε, ἀλλὰ φρονίμως ἕπεσθε αὐτοῦ τῷ βουλήματι, ἐχθροὶ γινόμενοι οἷς ἐχθραίνει, καὶ μὴ ὁμιλοῦντες οἷς μὴ ὁμιλεῖ, ἵνα ἕκαστος ἐπιδικαζόμενος τῷ[1] πάντας φίλους ἔχειν αὐτὸν διαλλάττων σώζηται τῆς αὐτοῦ ἐπακούων ὁμιλίας. εἰ δέ τις φίλος μὲν ᾖ[2] οἷς αὐτὸς ἐχθραίνει, καὶ λαλεῖ οἷς αὐτὸς οὐχ ὁμιλεῖ, εἷς ἐστιν καὶ αὐτὸς τῶν ὀλοθρεύειν θελόντων τὴν ἐκκλησίαν· ὁ γὰρ τῷ[3] σώματι συνὼν ὑμῖν καὶ[4] τῇ γνώμῃ[5] μὴ ὢν μεθ' ὑμῶν, καθ' ὑμῶν ἐστιν, πολλῷ χείρων τῶν ἔξωθεν φαινομένων ἐχθρῶν, μετὰ δοκούσης φιλίας σκορπίζων τοὺς ἔσω.

CLVIII. Καὶ ταῦτα[1] εἰπὼν ἐν μέσῳ ἐπὶ πάντων μοι τὰς χεῖρας ἐπιθεὶς εἰς τὴν αὐτοῦ καθέδραν καθεσθῆναί με ἐδυσώπησεν. καθεσθέντι δὲ τοῦτό μοι εὐθέως ἔφη· ἀξιῶ σε ἐπὶ πάντων μου τῶν συμπαρόντων ἀδελφῶν, ὅπως ὁπόταν τοῦ ἐνταῦθα, ὡς ἐμοὶ ὀφείλεται, ἀπαλλάξω βίου, σὲ[2] Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ κυρίου διαπέμψαι ἐν ἐπιτομῇ ἀναγραψάμενον μέχρι καὶ τῶν ἐκ παιδός σου λογισμῶν, καὶ ὡς ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τοῦ νῦν συνώδευσάς μοι, ἐπακούων τῶν κατὰ πόλιν ὑπ' ἐμοῦ κηρυχθέντων λόγων τε καὶ πράξεων· ἔπειτα πρὸς τῷ τέλει καὶ τὴν τοῦ θανάτου μου πρόφασιν, ὡς προεῖπον, δηλῶσαι μὴ ὀκνήσῃς. οὐ γὰρ αὐτὸν λυπήσει τοῦτο εἰδότα, ὅτι ὃ πάντως ἔδει με παθεῖν εὐσεβῶς ἀπεδόμην· μεγίστης δὲ παραμυθίας τεύξεται μαθὼν, ὅτι μετ' ἐμὲ οὐκ ἀμαθὴς ἀνὴρ καὶ ζωοποιοὺς λόγους ἀγνοῶν καὶ ἐκκλησίας κανόνα οὐκ εἰδὼς τὴν τοῦ διδάσκοντος ἐπιστεύθη καθέδραν. πλάνος[3] γὰρ ὁμιλία τῶν ἀκουόντων ὄχλων ἀναιρεῖ τὰς ψυχάς.

CLIX. Ὅθεν ἐγὼ, κύριέ μου Ἰάκωβε, αὐτοῦ ταῦτα εἰπόντος ὑποσχόμενος οὐκ ὤκνησα, ὡς ἐκελεύθην, τὸ πολὺ τῶν κατὰ πόλιν λόγων τῶν ἤδη σοι προγραφέντων καὶ ὑπ' αὐτοῦ διαπεμφθέντων ἐν βίβλοις ἐπὶ κεφαλαίων ποιῆσαι, ὥσπερ σημείου χάριν, καὶ οὕτως[1] διαπέμψαι σοι ἐπιγράψας Κλήμεντος τῶν Πέτρου ἐπιδημιῶν κηρυγμάτων ἐπιτομή.[2]

mercedem stabilem, quandoquidem pro universorum salute maiorem suscepisti laborem. Adeo ut si multi ex fratribus te ob supremam iustitiam odio habuerint, eorum quidem odium nullatenus te laedet, iusti autem Dei amicitia multum tibi conducet. Itaque nitere laudem iniustitia partam depellere, per iustam vero administrationem sectari utilem laudem ex Deo provenientem.

CLVI. Haec et alia plura cum protulisset, rursus multitudinem intuens dixit: Et vero vos, dilecti mei fratres et conservi, praesidi veritatis in omnibus obsecundate illud scientes, quod qui hunc contristaverit, Christum, cuius cathedram tenet, non recepit; et qui Christum non receperit, quasi qui Patrem reiecerit reputabitur; ideo a bono regno eiicietur. Qua de causa in omnibus conventibus convenire satagite, ne velut desertores per imperatoris anxietatem peccati probrum accipiatis. Idcirco ante omnia cuncti quae pro ipso faciunt sentite id cognoscentes, quod propter unumquemque vestrum diabolus ipsi soli magis inimicus bellum infert. Vos ergo contendite, in amore erga ipsum et in mutua benevolentia perseverare eique obedire, ut et ipse sublevetur, et vos possitis salutem consequi.

CLVII. Quin etiam nonnulla ex vobis ipsis debetis intelligere, quae ipse manifesto dicere propter insidias non possit: verbi gratia si alicui sit infensus, ne exspectetis ipse dicat: illi vero nolite in contentione assistere, sed prudenter huius voluntatem sequimini, odio habentes quos odio prosequitur, nec loquentes cum iis cum quibus non loquitur, ut quilibet, dum studet universorum amicitiam habere, reconciliatus ei salvus fiat, eius obediens sermoni. Quod si quis amicus permaneat his quos ipse odit, et loquatur cum quibus ipse non disserit, unus etiam ipse eorum est qui Ecclesiam exterminare cupiunt; corpore enim vobiscum manens, sententia autem vobiscum non existens, contra vos est, multo peior iis qui extra inimici apparent, quippe qui cum apparente amicitia eos qui intra sunt dispergat.

CLVIII. Atque his dictis in medio coram omnibus manus mihi imponens in sua cathedra sedere me erubescentem compulit. Cumque sedissem, hoc statim mihi dixit: Rogo te coram omnibus adstantibus fratribus meis, ut postquam ex hac, quemadmodum mihi necesse est, vita migravero, Iacobo fratri Domini mittas in epitome, describasque etiam usque ad cogitationes pueritiae tuae, et quo modo ab initio usque nunc me comitatus es, sermonibus a me per civitates praedicatis et actibus meis intendens: deinde in fine mortis quoque meae occasionem, sicut dixi, declarare non pigeat. Non enim ea res ipsum contristabit gnarum, me pie id persolvisse, quod omnino perpeti necesse erat: maxima vero afficietur consolatione, cum didicerit, non virum ineruditum nec vivificorum ignarum sermonum Ecclesiaeque regulam nescientem docentis accepisse cathedram. Vagus enim sermo audientis vulgi animas interimit.

CLIX. Unde ego, domine mi Iacobe, his ab eo dictis pollicitus non tardavi, sicut iussus sum, magnam partem sermonum per civitates habitorum, qui iam tibi descripti sunt ac per ipsum missi, in libris breviter comprehendere, quasi indicandi gratia, sicque ad te destinare *Clementis Epitome praedicationum Petri in peregrinationibus* inscribens.

Cap. CLV. 1) *Χριστοῦ* Ep. Clem. Hom. c. 16.

Cap. CLVI. 1) Ita lego cum Ep. Clem. Hom. c. 17, *δι᾽ ἑκάστου* OV. — 2) *αὐτοῦ* O.

Cap. CLVII. 1) *τὸ* V. — 2) Ita et Cot. Sed scr. *μένει* cum Cod. Hom. Ottob. In nostra Hom. edit. male impressum fuit *μενεῖ*. — 3) *τῷ γὰρ* p. *ὁ γὰρ τῷ* V. — 4) *καὶ* des. in V. — 5) In O prius fuit *μνήμῃ*.

Cap. CLVIII. 1) *ταῦτα μὲν* O. — 2) *σὲ* des. in O. — 3) *πλάνος* uterque Hom. Cod. et OV, *πλάνου* coniecit Cot.

Cap. CLIX. 1) *οὕτω* O. — 2) Subsequitur epigraphe *τέλος* in Codd. OV.

CXL. *Ἀλλ᾽ αὕτη μὲν ἡ πλήρης οὐρανίου καὶ πνευματικῆς σοφίας διήγησις τῶν τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου ἐπιδημιῶν, διδαγμάτων ἐπιτομὴν περιέχουσα, τοῦ πανὰοιδίμου τὸν βίον Κλήμεντος ὡς ἐν πίνακι διαζωγραφοῦσα τῷ λόγῳ πᾶσιν προτίθησιν,*[1] *τό τε ἄπλαστον ἦθος αὐτοῦ καὶ τὸ τῆς γνώμης ἀκέραιον καὶ*[2] *τὸν πρὸς πάντας συμπαθῆ τρόπον τοῦ ἀληθῶς ἀγαθοῦ ποιμένος ἐπισημαίνεται. δείκνυσιν δὲ τὸν διάπυρον πρὸς θεὸν ἔρωτα καὶ τὸν ζῆλον τῆς εὐσεβείας τὸ διὰ μαρτυρίου τέλος.*

Dum Ep. Clem. Homiliis praefixa c. 20 ad ipsa *Κλημέντια* hisce verbis transit: *πλὴν τοῦ ἐκτιθέναι ὡς ἐκελεύσθην ἄρξομαι.*

CLX. At haec quidem caelestis et spiritualis sapientiae plena Petri apostolorum principis peregrinationum narratio, doctrinarum Epitomen continens, celebris Clementis vitam velut in tabula anxie depingens omnibus proponit morumque eius candorem atque mentis puritatem et cum omnibus benignam consuetudinem vere boni pastoris manifestat. Ardentem autem versus Deum amorem zelumque pietatis per martyrium finis ostendit.

Cap. CLX. 1) προτιθεῖσα δὲ p. πᾶσιν προτίθησιν O. — 2) καὶ om. O.

CLXI. *Τρίτος*[1] *γὰρ ἀπὸ Πέτρου τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἀριθμούμεμος πρόεδρος, τὴν τοῦ διδασκάλου ἐπιστήμην ἀκριβωσάμενος, καὶ τοῖς αὐτοῦ ἴχνεσιν ἀπαρατρέπτως ἑπόμενος, πεπληρωμένος τε θείας σοφίας καὶ χάριτος οὕτω τοῖς τρόποις ἐκεκόσμητο καὶ διέλαμπεν, ὥστε πᾶσι πάντα γενόμενος τοῦ σώζεσθαι πάντας ἕνεκα, Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι, καὶ τοῖς Χριστιανῶν λαοῖς πᾶσιν εὐαρεστεῖν, ὑπὸ πάντων τε ἀγαπώμενος πάντας τῇ εἰς Χριστὸν ἀγάπῃ συνδεῖν ἐποιεῖτο σπουδήν. ἠγάπων μὲν γὰρ αὐτὸν οἱ Ἕλληνες, ἐπειδὴ οὐδὲ λυττόμενος, ἀλλ᾿ ἀπολογούμενος ἐκ τῶν παρ᾿ αὐτοῖς βίβλων τε καὶ τελετῶν ἀπεδείκνυεν, ποῦ τε γεγένηνται καὶ πόθεν ὥρμηντο οἱ παρ᾿ αὐτοῖς νομιζόμενοι καὶ λατρευόμενοι*[2] *θεοί, ἅ τε πεπράχασιν, πῶς τε αὖθις κατέληξαν, φανωτάταις ἀποδείξεσιν παρίστη· αὐτούς τε τοὺς Ἕλληνας ἐδίδασκεν συγχωρήσεως παρὰ τοῦ θεοῦ τυχεῖν, εἴπερ τῆς ἐκείνων λατρείας ἀπόσχοιντο.*

CLXII. *Παρὰ δὲ Ἰουδαίοις τοιούτῳ τρόπῳ χάριν ἐπορίζετο, ἐπειδὴ τοὺς πατέρας αὐτῶν φίλους τοῦ θεοῦ ἀπεδείκνυεν, τόν τε νόμον ἅγιον καὶ ἱερώτατον ἀπέφαινεν, καὶ πρῶτον τὸν τόπον τούτους*[1] *παρὰ τῷ θεῷ κληροῦσθαι, εἴπερ τοῦ ἰδίου νόμου τὰ μυστήρια τηρήσαιεν τῷ τε*[2] *τὴν ἐπαγγελίαν πρὸς Ἀβραὰμ μὴ ἀρνεῖσθαι εἰς τὸν Χριστὸν πεπληρῶσθαι· διότι ἐν τῷ σπέρματι Ἀβραὰμ κληροδοτεῖν ὁ θεὸς καθυπέσχετο πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ὅπερ εἶπεν πρὸς*[3] *Δαβίδ· ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου*[4] *σου· καὶ αὖθις διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, ὅτι ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱὸν καὶ κληθήσεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ.*[5]

CLXIII. *Παρὰ δὲ Χριστιανοῖς διὰ τοῦτο καὶ μᾶλλον ἠγαπᾶτο, ἐπειδὴ τοὺς καθ᾿ ἕκαστον ῥεγεῶνα πένητας κατ᾿ ὄνομα εἶχεν γεγραμμένους, καὶ οὓς τῷ τοῦ βαπτίσματος ἁγιασμῷ ἐφώτιζεν, οὐ συνεχώρει δημοσίαν ἀπαίτησιν ὑπελθεῖν. τῷ δὲ καθ᾿ ἡμέραν κηρύγματι τούς τε μετρίους καὶ πλουσίους ἐνουτέθει τοῦ μὴ ἀνέχεσθαι τοὺς πεφωτισμένους*[1] *πένητας παρὰ Ἰουδαίων ἢ Ἑλλήνων δημοσίᾳ ὄψα λαμβάνειν καὶ βίον τῇ τοῦ βαπτίσματος καθιερώσει κεκαθαρμένον χαρίσμασιν Ἑλλήνων χραίνεσθαι.*

CLXIV. *Τούτοις καὶ τούτων πλείοσιν ἀνδραγαθίας ἄνθεσιν τῷ τε θεῷ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐχέφροσιν εὐηρέστει· τοῖς γὰρ ἀλογίστοις ἀρέσκειν ἀδύνατον, ὅπερ τῷ θεῷ εὐάρεστον ἀποδείκνυται. τούτου οὖν ἕνεκεν οὐκ ἐφόβησαν*[1] *τὰς ὕβρεις τῶν ἀλογίστων ἀνθρώπων ἐκεῖνοι, οἷς ἡ γνώμη ἐτύγχανεν τοὺς ἀπαρεσκομένους πλείστους ὄντας μὴ δειλιᾶν. ὅτου χάριν περιῆν τῷ*

CLXI. Etenim post Petrum apostolorum principem ecclesiae Romanorum praesul numero tertius magistri doctrina accurate imbutus eiusque vestigiis incessanter sequens ac divina sapientia atque gratia plenus ita moribus ornatus effulgebat, ut omnibus omnia factus propter omnium salutem Iudaeis et gentilibus et toti Christianorum plebi placeret, et ab omnibus amatus cunctos amore versus Christum connectere studebat. Nam diligebant quidem eum gentiles, quia non exsecrans sed rationem reddens ex eorum libris, mysteriis et caeremoniis ostendebat, ubi nati essent undeque prodiissent ii, quos deos putarent et colerent, quaenam etiam egissent utque postea desiissent, evidentissimis documentis adstruebat ipsosque gentiles veniam a Deo consecutum iri docebat, si ab illorum cultu abstinerent.

CLXII. Apud Iudaeos autem hoc modo sibi gratiam comparabat, quandoquidem patres eorum demonstrabat amicos Dei exstitisse declarabatque legem eorum sanctam esse et sacratissimam, ad haec illos primum locum apud Deum accepturos, si legis suae sacramenta servarent, minimeque negando factam Abrahae promissionem completam fuisse in Christo, quod in semine Abrahae promisisset Deus cunctas gentes haereditate donare, completum quoque illud quod ad Davidem dixit: *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam;* iterumque per Esaiam Prophetam quod *Virgo in utero concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius Emmanuel.*

CLXIII. A Christianis vero ideo et magis diligebatur quia singularum regionum pauperes nominatim habebat scriptos et eos, quos baptismatis sanctimonia illustraverat, non sinebat publicam mendicitatem subire. Quotidiana autem praedicatione mediocres ac divites admonebat, ne paterentur baptismo illuminatos pauperes a Iudaeis aut gentilibus publicos cibos accipere et vitam baptismatis consecratione mundatam donis gentilium inquinari.

CLXIV. His eorumque pluribus virtutum floribus cum Deo tum cunctis mente praeditis hominibus placebat; nam mente carentibus placere non potest id, quod Deo placere probatur. Atque ideo hominum rationis expertium contumelias veriti non sunt ii, quibus animo sedit nequaquam timere illos, qui aegre ferunt, suntque numero plures. Quo

---

Cap. CLXI. 1) δεύτερος O. — 2) καὶ λατρευόμενοι om. O.

Cap. CLXII. 1) Ita martyrium Clementis apud Cot., τῆς Παλαιστίνης OV et alii ap. Cot. — 2) τηρήσοιεν, ἐν τῷ V. — 3) πρὸς des. in O. — 4) τὸν θρόνον O. Ps. 131, 11. — 5) Is. 7, 14.

Cap. CLXIII. 1) πεφωτισμένους om. O.

Cap. CLXIV. 1) Ita vulg., ἐφοβήθησαν OV et alii ap. Cot.

μακαριωτάτῳ Κλήμεντι τῷ τοῦ θρόνου Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ Σισίννιον τὸν φίλον τοῦ βασιλέως Νέρουα μὴ φοβεῖσθαι.

CLXV. Ἐπειδὴ τοίνυν τῇ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ ἡ γυνὴ Σισιννίου Θεοδῶρα πιστεύσασα πρὸς θεὸν σπουδαίαν ἐτέλει τὴν λειτουργίαν, ταύτην ὁ ἀνὴρ ζηλοτυπήσας παγιδεῦσαι κατηγωνίζετο πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἀπιοῦσαν. καὶ δὴ εἰσελθούσης ἐκεῖνος δι' ἑτέρας εἰσόδου καταφθάσας ἤρξατο πολυπραγμονεῖν· ἡνίκα δὲ παρὰ τοῦ ἁγίου Κλήμεντος εὐχὴ γέγονεν, τοῦ λαοῦ εἰρηκότος τὸ ἀμήν, ὁ Σισίννιος τυφλός τε καὶ κωφὸς ἀπετελέσθη τοῦ μήτε ὁρᾶν, μήτε ἀκούειν δύνασθαι. τότε λέγει τοῖς δούλοις αὐτοῦ· λάβετέ με καὶ ἐξαγάγετε ἔξω, ὅτι οἱ ὀφθαλμοί μου τυφλοὶ γεγόνασιν καὶ αἱ ἀκοαί μου εἰς τοσοῦτον ἐκωφώθησαν, ὅτι οὐδὲ[1] τὸ σύνολον ἀκούειν δύναμαι.

CLXVI. Τότε οἱ παῖδες αὐτοῦ λαβόντες αὐτὸν περιῆγον δι' ὅλης τῆς ἐκκλησίας ἐν μέσῳ τοῦ εὐχομένου λαοῦ ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, καὶ τὰς θύρας, ὅθεν εἰσῆλθον, εὑρεῖν οὐκ ἠδύνατο. ὅθεν[1] ἐν τῷ περιέρχεσθαι αὐτοὺς πλανωμένους καὶ κυκλεύειν πρὸς Θεοδώραν τὴν κυρίαν αὐτῶν, ἔνθα τῷ θεῷ προσηύχετο, σὺν τῷ δεσπότῃ αὐτῶν παρεγένοντο. ἥτις ἑωρακυῖα τοὺς παῖδας μετὰ τοῦ κυρίου αὐτῶν τυφλωθέντα αὐτὸν περιάγοντας πρῶτον μὲν ἐξέκλινεν τὴν θέαν αὐτοῦ νομίζουσα, ὅτι περ ἠνεῳγμένοις[2] ὄμμασιν θεάσηται αὐτήν. καὶ μεταπεμψαμένη ἕνα τῶν παίδων αὐτῆς πρὸς τὸ γνῶναι, τί ἄρα θέλοιεν μετὰ τοῦ κυρίου αὐτῶν περιερχόμενοι, εἶπεν· ὁ κύριος ἡμῶν θέλων ὁρᾶν, ἅπερ αὐτῷ οὐκ ἔξεστιν, καὶ ἀκούειν ἀλλοτρίου μυστηρίου, ἀποτετύφλωται καὶ κωφὸς ἀπειργάσθη.[3] ἡμῖν τε ἐκέλευσεν, ἵνα τοῦτον ἐντεῦθεν[4] ἐξαγάγωμεν. καὶ οὐ συγκεχώρηται ἡμῖν αὐτὸν ἐντεῦθεν ὅπως οὖν ἐκβαλεῖν.

CLXVII. Ἡνίκα δὲ τοῦτο ἡ Θεοδῶρα ἤκουσεν παρὰ τοῦ παιδός, ἔστησεν ἑαυτὴν εἰς εὐχὴν καὶ μετὰ δακρύων ἐδέετο τοῦ θεοῦ, ἵνα ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἐκεῖθεν ἐξελθεῖν[1] δυνηθῇ. καὶ στραφεῖσα πρὸς τοὺς παῖδας τοὺς συνόντας αὐτῷ εἶπεν· ἀπέλθετε καὶ χειραγωγήσαντες τὸν κύριον ὑμῶν ἀπαγάγετε[2] εἰς τὸν οἶκον· ἐγὼ γὰρ τὴν εὐχήν, ἣν ἠρξάμην, οὐ μὴ καταλείπω, ἀλλὰ προσφέρω τὴν θυσίαν μου τῷ κυρίῳ καὶ πληρωθέντων τῶν μυστηρίων καταφθάνω ὑμᾶς. τότε τοίνυν ἀπῆλθον οἱ παῖδες χειραγωγοῦντες αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον, καὶ ὑποστρέψαντες πρὸς τὴν κυρίαν αὐτῶν ἀπήγγειλαν, τυφλὸν καὶ κωφὸν αὐτὸν εἰστέτι διαμένειν. ἡ δὲ Θεοδῶρα ἐπὶ πλεῖον τῷ θεῷ δεήσεις καὶ δάκρυα ἐξέχεεν, ὅπως τὸν ἄνδρα αὐτῆς τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀντιλήψηται.[3] καὶ δὴ τῆς ἀπολύσεως γενομένης προσέπεσεν τῷ μακαρίῳ Κλήμεντι Θεοδῶρα λέγουσα πάντα τὰ συμβάντα τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, καὶ ὅτι τυφλός ἐστιν τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ κωφὸς τοῖς ὠσίν.

CLXVIII. Ταῦτα ἀκούσας ὁ μακάριος Κλήμης, δάκρυα προχέας προετρέψατο τοὺς συμπαρόντας, ἵνα ὁμοθυμαδὸν παρὰ κυρίου αἰτήσωνται, τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς τήν τε ἀκοὴν καὶ τὴν ὅρασιν χαρισθῆναι. θαρσαλέως τοίνυν ὁ μακάριος Κλήμης μετὰ τὴν εὐχὴν συνεπορεύθη τῇ γυναικὶ πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καὶ εὗρεν αὐτὸν ἀνεῳγμένων αὐτῷ τῶν ὀφθαλμῶν[1] μηδένα ὁρῶντα, οὔτε μὴν λόγου τὸ παράπαν, οὔτε τινὸς ἤχου ἀκούοντα· ἔνθα καὶ συμμιγῆ ὀλοφυρμὸν ἅπαντες περιήχουν, οὗ τινος ὁ Σισίννιος παντάπασιν οὐκ ἠκροᾶτο.

CLXIX. Τότε οὖν ὁ μακάριος Κλήμης τὰ γόνατα πρὸς τὸν[1] θεὸν κλίνας ἔφη· κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν δεδωκὼς τῷ ἀποστόλῳ σου Πέτρῳ, διδασκάλῳ δὲ ἐμῷ, καὶ εἰπών· ἅπερ ἂν ἀνοίξῃς[2] ἠνέῳκται, καὶ ἅπερ κλείσῃς[3] κέκλεισται, σὺ κέλευσον, ἵνα διανοι-

factum est ut Sisinnium Imperatoris Nervae amicum non timuerit beatissimus Clemens sedis Romanae episcopus.

CLXV. Itaque cum ipsius doctrina Sisinnii uxor Theodora conversa sedulum Deo exhiberet ministerium, eam zelotypia ductus maritus laqueis involvere nitebatur abeuntem ad ecclesiam. Et quidem illa ingrediente ipse per alium introitum adveniens coepit curiose inspicere; sed quando a sancto Clemente facta fuit oratio dixitque populus Amen, Sisinnius caecus et surdus effectus est, ut neque videre, neque audire posset. Tunc dixit servis suis: Prehendite me et extra educite, quoniam oculi mei caeci facti sunt et aures meae in tantum obsurduerunt, ut nihil penitus audire valeam.

CLXVI. Tunc servi eius circuibant per totam ecclesiam in medio orantis populi virorum pariter et mulierum, nec portas per quas ingressi fuerant poterant reperire. Unde dum ipsi vagabundi oberrant per gyros ad Theodoram dominam suam, ubi Deo preces fundebat, pervenerunt cum domino suo. Quae cum vidisset servos una cum domino eorum excaecatum ipsum circumagentes, primo quidem declinavit aspectum eius putans, se apertis oculis eum aspicere. Cum unum servorum accersisset ut sciret, quid sibi vellent cum domino circumeuntes, dixit ille: Dominus noster dum vult videre quod ei licitum non est et alienum mysterium audire, excaecatus est et surdus effectus. Nobis autem imperavit, ut illum hinc educeremus, sed non licuit nobis eum hinc ullo pacto emittere.

CLXVII. Quod cum Theodora a puero audisset, stetit se in orationem et cum lacrimis Deum rogabat, ut inde vir eius posset exire. Conversaque ad servos qui cum eo erant, Abite, inquit, et manu ducentes dominum vestrum domum reducite; ego enim preces quas inchoavi non relinquam, sed offeram Domino sacrificium meum; completis vero mysteriis vos assequar. Tunc igitur discesserunt famuli manu deducentes eum domum, reversique ad dominam suam illum nunciaverunt caecum et surdum adhuc permansisse. At Theodora magis magisque Deo deprecationes et lacrimas effudit, ut suo viro misericordia eius subveniret. Atque facta dimissione accidit beato Clementi Theodora dicens omnia, quae marito suo acciderant: eum quippe esse oculis caecum surdumque auribus.

CLXVIII. Quae cum audisset beatus Clemens, effusis lacrimis hortabatur eos qui aderant, ut a Domino unanimiter postularent, viro eius auditum redderet ac visum. Audacter itaque beatus Clemens post orationem perrexit cum muliere ad virum eius et invenit eum apertis oculis neminem videre, neque etiam sermonem ullatenus aut ullum sonum audire, ubi et commixto eiulatu omnes perstrepebant, nec Sisinnius ullo modo audiebat.

CLXIX. Tunc igitur genibus flexis ad Deum dixit beatus Clemens: Domine Iesu Christe, qui claves regni caelorum dedisti apostolo tuo, magistro autem meo Petro, et dixisti: Quaecunque aperueris, aperta sunt, et quaecunque clauseris, clausa sunt, tu praecipe, ut aperiantur huius

---

Cap. CLXV. 1) *οὐδὲν* V.

Cap. CLXVI. 1) *ὅθεν* om. O. — 2) *ὅτι παρ ἠνεωγμένοις* (sic) O. Fortasse *ὅτι παρηνεωγμένοις*. Idem subinde *θεάσηται αὐτὴν ὄμμασιν*. — 3) *ἀπηργάσθη* O. — 4) *ἐντεῦθεν* om. O.

Cap. CLXVII. 1) *ἐξελθεῖν ἐκεῖθεν* inv. O. — 2) *ἀγάγετε* O. — 3) *καταλήψηται* O.

Cap. CLXVIII. 1) *ὀμμάτων* O.

Cap. CLXIX. 1) *τὸν* om. O. — 2) *ἀνοίξεις* V. — 3) *κλήσης* O, *κλείσεις*

χθῶσιν τοῦ ἀνθρώπου τούτου αἱ ἀκοαὶ καὶ οἱ ὀφθαλμοί, ὅτι σὺ εἶπας· ἅπερ ἂν αἰτήσητε πιστεύοντες λήψεσθε,[4] καὶ αὕτη σου ἡ ἐπαγγελία διαμένει εἰς αἰῶνα[5] αἰῶνος. καὶ ἡνίκα πάντες εἶπον τὸ ἀμήν, διηνοίχθησαν εὐθέως οἱ ὀφθαλμοὶ Σισιννίου καὶ αἱ ἀκοαί. ἰδὼν δὲ τὸν ἅγιον Κλήμεντα ὁ Σισίννιος ἱστάμενον σὺν τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ ἐξέστη τῇ διανοίᾳ λογιζόμενος, τί ἄρα εἴη τοῦτο, καὶ ὑπονοῶν ὅτι γοητικαῖς τέχναις ἐμπέπαικται, ἤρξατο κελεύειν τοῖς δούλοις αὐτοῦ καὶ λέγειν· κρατήσατε Κλήμεντα τὸν ἐπίσκοπον, διὰ γὰρ τοῦ εἰσελθεῖν πρὸς τὴν γυναῖκά μου τῇ μαγικῇ αὐτοῦ τέχνῃ τὴν πήρωσίν μοι ἐπήγαγεν.

CLXX. Ἐκεῖνοι δὲ οἱ κελευθέντες τὸν Κλήμεντα κατασχεῖν τε καὶ σύρειν τοὺς κειμένους στύλους δεσμοῦντες εἷλκον, ποτὲ μὲν ἔνδοθεν εἰς τὰ ἔξω, ποτὲ δὲ ἐκ τῶν ἔξω εἰς τὰ ἔσω· τοῦτο δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Σισιννίῳ ἐδόκει, ὅτι περ τὸν ἅγιον Κλήμεντα δεδεμένον κατέχουσιν καὶ ἕλκουσιν. πρὸς ὃν ὁ ἅγιος Κλήμης ἰδὼν[1] ἔφη· ἡ σκληρότης τῆς καρδίας σου εἰς λίθους ἐτράπη· ἐπειδὴ γὰρ τοὺς λίθους δοξάζεις εἶναι θεούς, λίθους σύρειν κεκλήρωσαι.

CLXXI. Ἐκεῖνος δὲ ὡς δῆθεν δεδεμένου τοῦ ἁγίου καυχώμενος ἔλεγεν· ἐγώ σε ποιῶ εἰς ὑπόδειγμα πάντων τῶν γοητῶν ἀναιρεθῆναι. τηνικαῦτα οὖν ὁ ἅγιος Κλήμης δεδωκὼς εὐχὴν καὶ εὐλογήσας τὴν ἐκείνου σύμβιον ἀπῴχετο τοῦτο ἐντειλάμενος αὐτῇ, μὴ παύσασθαι τὸ παράπαν τῆς προσευχῆς, μέχρις ἂν τὴν παρ' αὐτοῦ ἐπίσκεψιν ὁ Κύριος εἰς τὸν ἄνδρα αὐτῆς καταξιώσῃ ἀναδεῖξαι. κλαιούσῃ τοίνυν καὶ εὐχομένῃ τῇ Θεοδώρᾳ πρὸς ἑσπέραν ἐφάνη τις ἀνὴρ τῇ πολιᾷ αἰδέσιμος καὶ εἶπεν· διά σε ὑγιὴς ἔσται ὁ Σισίννιος, ὅπως πληρωθῇ ὅπερ ἔφη ὁ ἀδελφός μου Παῦλος ὁ ἀπόστολος· ἁγιασθήσεται ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος διὰ τὴν γυναῖκα τὴν πιστήν.[1] καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐξ ὄψεως αὐτῆς ἀνεχώρησεν. ὅθεν ἀναμφίβολον ὑπάρχει καὶ κατάδηλον, τὸν μακάριον ἐκεῖσε Πέτρον τὸν ἀπόστολον φανῆναι.

CLXXII. Καὶ δὴ ἐξαυτῆς ἐκάλεσεν ὁ Σισίννιος τὴν Θεοδώραν καὶ λέγει αὐτῇ· δέομαί σου, ἵνα ἱκετεύσῃς τὸν θεόν σου τοῦ μὴ ὀργισθῆναί μοι. σὲ γὰρ ζηλοτυπήσας παρεγενόμην καὶ εἰσῆλθον κατόπιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ διὰ τὸ θέλειν με ὁρᾶν τὰ τελούμενα μυστήρια καὶ ἀκροατὴν εἶναι τῶν λεγομένων, τήν τε ὅρασιν καὶ ἀκοὴν ἀπώλεσα. νυνὶ δὲ ἐπειδὴ ταῦτά με ἀνακτήσασθαι ἡ τοῦ Κλήμεντος ἀπειργάσατο παρουσία, δεήθητι αὐτοῦ, ὅπως ἔλθῃ πρός με καὶ ποιήσῃ με τὴν ἀλήθειαν ἐπιγνῶναι. ἐπεὶ καὶ ἐμοὶ καὶ τοῖς παισίν μου ἀσφαλῶς ἐνομίζετο, τὸν Κλήμεντα δεσμεύειν σὺν τοῖς αὐτοῦ κληρικοῖς καὶ τοῦτον περισύρειν· ἀλλ' οὗτοι λίθους τε καὶ στύλους[1] δεσμοῦντες ἕλκειν τε καὶ ἀνθέλκειν κατεφαίνοντο.

CLXXIII. Τηνικαῦτα οὖν ἡ Θεοδώρα πορευθεῖσα διηγήσατο πάντα, ἅπερ εἶδε καὶ ἅπερ ἐδηλώθη ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς τῷ ἁγίῳ Κλήμεντι. παραγενόμενος οὖν ὁ ἅγιος πρὸς τὸν Σισίννιον μετὰ πολλῆς τιμῆς ὑπεδέχθη. παρ' οὗ ἀκηκοὼς ὅσαπερ πρὸς οἰκοδομὴν ψυχῆς αὐτοῦ συνέτεινεν, ἐπίστευσεν τῷ θεῷ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς καὶ ἤρξατο τοῖς ποσὶν τοῦ ἁγίου Κλήμεντος προκυλινδεῖσθαι καὶ βοᾶν·

CLXXIV. Εὐχαριστῶ τῷ θεῷ ἀληθινῷ καὶ παντοκράτορι, ὃς διὰ τοῦτό με τετύφλωκεν, ἵνα ὄψωμαι αὐτόν, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἀκοὴν ἀφείλετό[1] μου, ἵνα ἐν ᾧ τὴν ἀλήθειάν ποτε δι' ἄγνοιαν κατεγέλων, ἐν αὐτῇ ἀκούσας δέξωμαι· καὶ τοῦτο μὲν ἐνόμιζον ψευδὲς ὑπάρχειν, ὅπερ ἦν ἀληθές. ἐδόκουν δὲ τὸ ἔμπαλιν ἀληθές, ὃ[2] ψευδὲς ἐτύγχανεν· τὸ σκότος ἐνόμιζον φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος ὑπελάμβανον. ἀλλ' ἐκαθαρίσθη ὁ νοῦς μου ἐκ τοῦ μολυσμοῦ τῆς εἰδωλομανίας. ἀληθῶς γὰρ ἐπέγνων τοὺς δαίμονας ἐξαπατῶντας τοὺς

hominis aures atque oculi, quoniam tu dixisti: *Quaecunque petieritis credentes accipietis*, et haec tua promissio permanet in seculum seculi. Cumque omnes dixerunt Amen, subito aperti sunt oculi Sisinnii itemque aures. At Sisinnius videns sanctum Clementem stantem cum coniuge sua mente excidit reputans, quidnam hoc esset, ac existimans id praestigiosis artibus et illusionibus effectum fuisse, coepit servit suis mandare atque dicere: Tenete Clementem episcopum; nam ut ingrederetur ad uxorem meam, magica sua arte mihi caecitatem induxit.

CLXX. Illi vero, quos iusserat Clementem constringere ac trahere, columnas adiacentes ligabant et trahebant aliquando quidem ex interioribus ad exteriora, aliquando vero ab exterioribus ad interiora; hoc autem ipsi etiam Sisinnio videbatur, quod sanctum Clementem ligatum tenerent ac traherent. Quem intuens sanctus Clemens dixit: Duritia cordis tui in lapides conversa est; quia enim lapides putas esse deos, lapides trahere sortitus es.

CLXXI. Ille vero quasi beato vincto insultans dicebat: Ego te faciam in exemplum omnium praestigiatorum interimi. Tunc sanctus Clemens cum dedisset orationem et uxori eius benedixisset, abiit hoc eidem mandans, ne ab oratione ullo modo cessaret, donec visitationem suam Dominus in virum eius dignaretur ostendere. Flenti igitur et oranti Theodorae ad vesperam apparuit quidam vir canicie venerandus dixitque: Propter te sanus erit Sisinnius, ut impleatur quod dixit frater meus Paulus apostolus: Sanctificabitur vir infidelis per mulierem fidelem. Hisque dictis discessit ab eius aspectu. Unde indubium et perspicuum est, beatum Petrum apostolum illic apparuisse.

CLXXII. Et vero statim Sisinnius vocavit Theodoram aitque illi: Obsecro te, ut roges Deum tuum, ne irascatur mihi. Zelotypia enim tui ductus adveni et ingressus sum postea in ecclesiam, et quia volui videre quae celebrabantur mysteria auditorque esse eorum quae dicebantur, et visum et auditum amisi. Nunc vero quandoquidem haec me recuperare fecit Clementis adventus ora eum, ut veniat ad me meque faciat veritatem agnoscere. Etenim mihi servisque meis pro certo putabatur, quod Clementem cum eius clericis ligarent eumque distraherent; sed illi lapides et columnas ligasse et huc illucque traxisse noscebantur.

CLXXIII. Tunc ergo Theodora profecta narravit sancto Clementi omnia, quae viderat et quae a marito suo dicta fuerant. Veniens itaque sanctus ad Sisinnium multo cum honore susceptus est. A quo audivit, quaecunque ad aedificationem animae suae pertinebant, et credidit Deo ex toto animo et coepit ad pedes beati Clementis advolvi et clamare:

CLXXIV. Gratias ago vero Deo et omnipotenti, qui me ideo excaecavit, ut videam eum, et ideo auditum abstulit mihi, ut in quo veritatem aliquando ob ignorantiam deridebam, eodem auditu eam acciperem: et hoc quidem putabam falsum esse, quod verum erat, existimabam autem rursus verum quod falsum erat, tenebras putabam lucem et lucem tenebras arbitrabar. Sed purgatus est animus meus a sordibus insani idolorum cultus. Vere siquidem agnovi decipi a daemonibus homines ut in eos, qui

---

V. — 4) Matth. 21, 22. — 5) *αἰῶνας* O.

Cap. CLXX. 1) *ἀπιδὼν* O.

Cap. CLXXI. 1) I Cor. 7, 14.

Cap. CLXXII. 1) *ξύλα* O.

Cap. CLXXIV. 1) *ἀφείλατο* V, pronomine *μου* omisso. — 2) *ὅπερ* O.

ἀνθρώπους, ὅπως τῶν μὴ πιστευόντων τὸν Χριστὸν εἶναι θεὸν κυριεύσωσιν πέτραι καὶ λίθοι κωφοὶ καὶ ἄλαλοι, ὥσπερ κἀμοῦ ἐπεκράτησαν μέχρι τῆς δεῦρο. ταῦτα καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις τοῦ Σισιννίου εἰπόντος χαρὰ μεγάλη γέγονεν. ἐπίστευσεν γὰρ σὺν πάσῃ τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἐπιδεδωκὼς τὸ οἰκεῖον ὄνομα προσεγγίσαντος τοῦ πάσχα ἐβαπτίσθη αὐτὸς καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. ἠριθμήθησαν δὲ οἱ βαπτισθέντες ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες σὺν τοῖς νηπίοις τετρακόσιοι εἴκοσι τρεῖς· διὰ τοῦτον δὲ τὸν Σισίννιον πολλοὶ τῶν περιφανῶν καὶ φίλων Νέρουα τοῦ βασιλέως ἐπίστευσαν καὶ πρὸς τὸν θεὸν ἐπεστράφησαν.

CLXXV. Κατ' ἐκείνου δὲ καιροῦ ὁ κόμης τῶν ὀφφικίων Πούβλιος Τορκουτιανὸς[1] ἑωρακὼς ἀναρίθμητον πλῆθυν τῷ Χριστῷ πιστεύσασαν προσεκαλέσατο τοὺς προστάτας τῶν ῥεγεώνων, καὶ δεδωκὼς αὐτοῖς χρήματα ἔπεισεν αὐτούς, ἵνα τάραχον κινήσωσιν τῷ χριστιανικῷ ὀνόματι.

CLXXVI. Διοικοῦντος τοίνυν Μαμερτίνου τοῦ ἐπάρχου τὸν πολιτικὸν θρόνον στάσις γέγονεν τοῦ Ῥωμαίων δήμου ἐπ' ὀνόματι τοῦ Κλήμεντος. καὶ πρὸς ἀλλήλους συγχυθέντες ἄλλος ἄλλο κατ' αὐτοῦ ἔλεγον, τινὲς δὲ ἀντέλεγον· τί γὰρ κακὸν ἔπραξεν, ἢ τί τῶν καλῶν οὐ κατώρθωσεν; ὅστις γὰρ ἄῤῥωστος παρ' αὐτοῦ ἐπεσκέφθη, ἰάσεως ἔτυχεν· ὅστις πρὸς αὐτὸν λυπούμενος ἀπῆλθεν, χαίρων ἀνεχώρησεν· οὐδένα ποτὲ ἔβλαψεν, πάντας δὲ ὠφέλησεν. ἄλλοι δὲ πνεύματι διαβολικῷ ἐκκαυθέντες ἔκραζον· γοητικαῖς τέχναις ταῦτα ποιῶν τῶν θεῶν ἡμῶν τὴν λατρείαν ἀνατρέπει· τὸν Δία λέγει μὴ εἶναι θεόν, Ἡρακλέα δὲ τὸν ἡμέτερον φύλακα, ἀκάθαρτον εἶναι λέγει πνεῦμα· Ἀφροδίτην τὴν ὁσίαν, πόρνην γεγονέναι ὑποτίθεται· Ἑστίαν δὲ τὴν μεγάλην θεὰν πυρὶ καταναλῶσθαι βλασφημεῖ. ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν εὐαγεστάτην Ἀθηνᾶν, Ἄρτεμίν τε καὶ Ἑρμῆν, ἅμα[1] τε τὸν Κρόνον, καὶ τὸν Ἄρεα διαβάλλει. πάντα τε τὰ ὀνόματα τῶν ἡμετέρων θεῶν καὶ τοὺς ναοὺς καθυβρίζει. ἢ θύσει τοῖς θεοῖς ἡμῶν, ἢ αὐτὸς ἐξαλειφθείη.

CLXXVII. Τότε Μαμερτῖνος ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος μὴ φέρων τὴν στάσιν τοῦ δήμου[1] ἐκέλευσεν πρὸς ἑαυτὸν[2] ἀχθῆναι τὸν μακαριώτατον Κλήμεντα, ὅνπερ θεασάμενος ἤρξατο λέγειν· ἐξ εὐγενοῦς μὲν ῥίζης προελήλυθας, ὅπερ ἡμῖν ἡ τῶν Ῥωμαίων πληθὺς μαρτυρεῖ· ἀλλὰ πλάνην ὑπέστης, καὶ διὰ τοῦτο οὐ φέρουσιν σιωπᾶν, ἐπειδὴ οὐκ οἶδα τίνα Χριστὸν σέβῃ καὶ ἐναντία τῶν θεῶν ἀποδέχῃ. διὸ ἀποθέσθαι σε δεῖ πᾶσαν τὴν περιττὴν δεισιδαιμονίαν, καὶ τοῖς ἐξ ἔθους ἡμῖν θεοῖς λατρεύειν. τότε ὁ μακάριος Κλήμης ἔφη· ηὐχόμην τὴν τῆς σῆς ὑπεροχῆς φρόνησιν προσανέχειν μου τῇ ἀπολογίᾳ, καὶ μὴ διὰ τὴν στάσιν[3] τῶν ἀπαιδεύτων, ἀλλὰ διὰ τὸν ἐμὸν λόγον γράψασθαί με. ἐπεὶ ἐὰν κύνες ἡμᾶς πολλοὶ περιυλάξωσιν, μὴ δύνανται ἀφελέσθαι καὶ τὸ εἶναι ἡμᾶς μὲν λογικοὺς ἀνθρώπους, ἐκείνους δὲ κύνας καθυλακτοῦντας· καὶ γὰρ ἡ στάσις ἀεὶ παρὰ ἀπαιδεύτων προερχομένη διαδείκνυται, ὥστε μηδὲν ἀσφαλὲς ἔχειν, μήτε μὴν ἀληθές. ὅθεν σιγῆς ζητείσθω πρόφασις, ἐν ᾗ ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας ὁ λογικὸς ἄνθρωπος καὶ[4] καθ' ἑαυτὸν βουλεύεσθαι καὶ διαλέγεσθαι ἀπάρξηται,[5] ἵνα τὸν ἀληθῆ θεὸν εὕροι, ᾧ τὴν ἑαυτοῦ πίστιν σεμνοπρεπῶς παράθοι.

CLXXVIII. Τότε Μαμερτῖνος ὁ ἔπαρχος[1] ἀποστείλας ἀναφορὰν Τραϊανῷ τῷ αὐτοκράτορι ἀνήγαγεν περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ μακαρίου[2] Κλήμεντος φάσκων· τοῦτον τὸν Κλήμεντα στασιώδεσι κραυγαῖς ζητῶν ὁ δῆμος οὐ παύεται, καὶ ἀξιόπιστος ἀπόδειξις εἰς τὰ κατ' αὐτοῦ[3] εὑρεθῆναι οὐ

non credunt Christum esse Deum, dominentur petrae ac lapides auditu carentes et voce, quemadmodum et mihi imperarunt usque in hunc diem. Haec et his similia Sisinnio proferente gaudium magnum ortum est. Credidit enim cum omni domo sua, traditoque suo nomine appropinquante paschate baptizatus est ipse et omnes, qui in eius domo erant. Numerati autem sunt qui baptizati fuerunt viri et mulieres cum infantibus quadringenti viginti tres. Caeterum propter hunc Sisinnium multi illustrium et amicorum Nervae Imperatoris crediderunt et ad Deum conversi sunt.

CLXXV. Illo tempore comes sacrorum officiorum Publius Tarquitianus cum innumeram multitudinem Christo videret credidisse, arcessivit praefectos regionum et data eis pecunia persuasit, ut tumultum commoverent adversus nomen Christianum.

CLXXVI. Administrante igitur Urbis praefecturam Mamertino seditio facta est populi Romani de nomine Clementis atque inter se confusi alius aliud adversus eum dicebat contradicentibus autem nonnullis: Quid enim mali fecit aut quid non bonae rei gessit? Quicunque enim aegrotus ab eo visitatus est, sanitatem est consecutus; quicunque ad eum tristitia affectus abiit, gaudens reversus est; nullum unquam laesit, imo profuit omnibus. Alii autem diabolico accensi spiritu clamabant: Magicis artibus ista faciens deorum nostrorum cultum evertit: Iovem negat esse deum, Herculem vero custodem nostrum dicit esse immundum spiritum, Venerem sanctam meretricem fuisse docet, Vestam autem magnam deam igne fuisse consumptam calumniatur. Simili quoque modo sanctissimam Minervam, item Dianam, Mercurium simulque Saturnum et Martem infamat. Atque omnia deorum nostrorum nomina et templa contumeliis afficit. Aut sacrificabit diis nostris, aut ipse deleatur.

CLXXVII. Tunc Mamertinus Urbis praefectus non ferens populi seditionem iussit ad se duci beatissimum Clementem, quem intuitus coepit dicere: E nobili quidem radice prodiisti, quod nobis Romana plebs testatur; sed errorem subiisti, et ideo non ferunt silentium, quia nescio quem Christum colis et diis contraria suscipis. Quocirca oportet, ut deponas omnem superfluam superstitionem colasque ex nostro more deos. Tunc beatus Clemens Optarem, inquit, tuae excellentiae prudentiam ad meam defensionem attendere et non propter imperitorum seditionem, sed propter meam doctrinam accusasse me. Nam si canes multi allatraverint, non possunt etiam auferre quod homines rationales sumus, ipsique remanent canes oblatrantes. Etenim seditio semper ab imperitis proficisci ostenditur, adeo ut nihil habeat tutum, nec etiam verum rectumque. Quamobrem quaeratur silentii occasio, in quo pro salute sua homo rationis particeps apud se consultare ac disserere incipiat, quo verum Deum inveniat, cui fidem suam digne commendet.

CLXXVIII. Tunc Mamertinus praefectus missa relatione ad Traianum Imperatorem de nomine beati Clementis detulit dicens: Hunc Clementem seditiosis clamoribus populus non cessat quaerere, et fide digna probatio adversus illius gesta inveniri non potest. Tunc Traianus Impe-

Cap. CLXXV. 1) *Τουρκουτιανὸς* O.

Cap. CLXXVI. 1) *ὁμοῦ* O.

Cap. CLXXVII. 1) *τοῦ δήμου τὴν στάσιν* ord. V. — 2) *αὐτὸν* O. — 3) *σύστασιν* O in textu, *στάσιν* ad oram. — 4) *καὶ* om. O. — 5) *ἀπάρξεται* O.

CLXXVIII. 1) *Τότε Πούβλιος ὁ Τορκουτιανὸς* vulg. — 2) *ἁγίου* O. —

δύναται. τηνικαῦτα Τραϊανὸς ὁ αὐτοκράτωρ ἀντέγραψεν, δέον αὐτὸν ἢ συναινεῖν θύοντα, ἢ πέραν τῆς θαλάσσης καὶ τοῦ Πόντου ἐν ἐρήμῳ[4] *πόλει παρακειμένῃ τῇ Χερσῶνι ἐξορισθῆναι.*

CLXXIX. *Καὶ ὁπότε τὸ τοῦ Τραϊανοῦ κέλευσμα ἐπεκυρώθη, ἐσκέπτετο ὁ Μαμερτῖνος, ὅπως ὁ Κλήμης ἑκούσιον ὑπερορίαν μὴ αἰτήσηται, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς θεοῖς σπονδὰς προσάξῃ. ἀλλ' ὁ μακάριος Κλήμης ἠγωνίζετο καὶ αὐτοῦ τοῦ δικαστοῦ τὸν λογισμὸν εἰς τὴν πίστιν τοῦ Χριστοῦ μεταγαγεῖν, καὶ ἑαυτὸν ἀποδεῖξαι προαιρεῖσθαι μᾶλλον τὴν ὑπερορίαν, ἢ δεδίττεσθαι. τοσαύτην τοίνυν ὁ κύριος χάριν τῷ Κλήμεντι παρέσχετο, ὥστε κατοδύρεσθαι Μαμερτῖνον τὸν ἔπαρχον καὶ λέγειν· ὁ θεός, ᾧ σὺ εἰλικρινῶς λατρεύεις, αὐτός σοι βοηθήσει ἐν ταύτῃ τῇ γραφῇ τῆς ὑπερορίας. καὶ ἀφώρισεν ναῦν, καὶ πάντα τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἀναγκαῖα ἐπιβαλὼν ἀπέλυσεν.*[1] *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ λαοῦ εὐλαβεῖς ἄνδρες πολλοὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ.*

CLXXX. *Ἡνίκα δὲ κατέλαβεν τὸν τόπον τῆς ὑπερορίας, ἐν τῇ ἐργασίᾳ τῆς τῶν μαρμάρων λατομίας περαιτέρω δύο χιλιάδων χριστιανοὺς εὗρεν αὐτόθι μακροχρονίῳ γραφῇ καταδικασθέντας. οἵτινες ἑωρακότες τὸν ἅγιον*[1] *καὶ ἀοίδιμον Κλήμεντα ἅπαντες ὁμοθυμαδὸν μετὰ στεναγμῶν*[2] *καὶ ὀδυρμῶν προσελθόντες ἔλεγον· εὖξαι ὑπὲρ ἡμῶν, ὅσιε ἱεράρχα, ἵνα ἄξιοι ἀποδειχθῶμεν τῆς παρὰ τοῦ Χριστοῦ ἐπαγγελίας. οὓς ἐγνωκὼς ὁ ἅγιος Κλήμης διὰ τὸν θεὸν ὑπερορισθέντας ἔφη· οὐκ ἀπροσφόρως ὁ κύριός με ἐνταῦθα ἀπεκατέστησεν, ἀλλ' ἵνα συμμέτοχος γενόμενος τῶν παθημάτων ὑμῶν ἔτι παρηγορίας ὑποτύπωσιν καὶ ὑπομονῆς ἐμπαρέξω.*

CLXXXI. *Ἔμαθεν δὲ παρ' αὐτῶν, ὅτι ἀπὸ μιλίων ἓξ τὸ ὕδωρ ἐπὶ τῶν ἰδίων ὤμων ἐκόμιζον. αὐτίκα οὖν ὁ ἅγιος Κλήμης προετρέψατο αὐτοὺς λέγων· εὐξώμεθα πρὸς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ἵνα τοῖς ὁμολογηταῖς τῆς πίστεως αὐτοῦ νομὴν ὕδατος διανοίξῃ·*[1] *καὶ ὁ πατάξας τὴν πέτραν ἐν γῇ ἐρήμῳ τοῦ Σινᾶ, καὶ ἐρρύησαν ὕδατα εἰς πλησμονήν, αὐτὸς ἡμῖν τὸ ἄφθονον νᾶμα παράσχοι, ὅπως τῇ αὐτοῦ χορηγίᾳ εὐφρανθῶμεν. καὶ δὴ τῆς ἱκεσίας πληρωθείσης ἔνθεν κἀκεῖθεν περιεβλέψατο καὶ εἶδεν ἀμνὸν ἑστῶτα, ὃς τὸν δεξιὸν πόδα ἐκούφισεν, οἷα τὸν τόπον τῷ ἁγίῳ Κλήμεντι ὑποδεικνύς. τότε ὁ ἅγιος Κλήμης ἐννοήσας τὸν κύριον εἶναι, ὃν μόνος*[2] *αὐτὸς τεθέατο καὶ ἕτερος παντελῶς οὐδείς, ἐπορεύθη πρὸς τὸν τόπον καὶ εἶπεν· ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος κρούσατε ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ. καὶ ἐπειδὴ πάντες ἐν κύκλῳ τοῖς σκαπανίοις ἔσκαψαν καὶ οὐκ αὐτὸν τὸν τόπον, ἐν ᾧ ὁ ἀμνὸς ἔστη, λαβὼν μικρὸν σκαλίδιον ὁ ἅγιος ἐλαφρῷ κρούματι τὸν τόπον τὸν ὑπὸ τὸν πόδα τοῦ ἀμνοῦ ἔκρουσεν, ὅθεν παραχρῆμα πηγὴ ὑπερβλυζούσαις ταῖς φλεψὶν εὐπρεπεστάτη ἀνεφάνη, ἥ τις σὺν ὁρμῇ ἐκχυθεῖσα ποταμὸν ἀπετέλεσεν. τηνικαῦτα ὁ ἅγιος Κλήμης πάντων ἀγαλλιωμένων εἶπεν· τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ θεοῦ.*[3]

CLXXXII. *Διὰ ταύτην οὖν τὴν φήμην προσέδραμεν πᾶσα ἡ ἐπαρχία, καὶ οἱ ἐληλυθότες ἅπαντες πρὸς τὴν διδαχὴν τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐπέστρεφον*[1] *πρὸς τὸν κύριον, ὥστε καθ' ἡμέραν πεντακόσιοι καὶ περαιτέρω βαπτιζόμενοι ἀνεχώρουν. ἐντὸς δὲ ἑνὸς ἔτους γεγόνασιν ἐκεῖσε παρὰ τῶν πιστῶν ἑβδομήκοντα πέντε ἐκκλησίαι, καὶ πάντα τὰ εἴδωλα κατεθρύβησαν, πάντες οἱ ναοὶ τῆς περιχώρου καθῃρέθησαν, πάντα τὰ ἄλση ἐπὶ τριακόσια μίλια δι' ὅλου ἐν κύκλῳ κατεκόπησαν καὶ κατεστρώθησαν.*

CLXXXIII. *Τηνικαῦτα οὖν ἐπίφθονον διήγημα διέδραμε πρὸς τὸν βασιλέα Τραϊανόν, ὡς αὐτόθι πρὸς ἀναρίθμητον πλῆθος ὁ τῶν Χριστιανῶν*

rator rescripsit, oportere eum vel consentire sacrificando, aut ultra mare et Pontum in desertum Chersoni adiacens oppidum relegari.

CLXXIX. Cumque Traiani iussum fuit confirmatum, cogitabat Mamertinus, quonam modo Clemens voluntarium non peteret exilium, sed potius diis libamina exhiberet. Verum beatus Clemens contendebat, ut ipsius quoque iudicis animum ad fidem Christi adduceret ipseque ostenderet, se eligere exilium magis quam timere. Tantam itaque gratiam Dominus Clementi praebuit, ut Mamertinus praefectus lugeret ac diceret: Deus, quem tu sincere colis, ipse tibi opem feret in hoc exilii iudicio. Et constituit navem cunctisque ad usum necessariis impositis, dimisit. Quin etiam e populo homines religiosi quidem multi secuti sunt eum.

CLXXX. Ubi autem pervenerunt ad exilii locum, in opere caedendi marmoris ultra duo millia Christianos illic invenit iam diu iudicii sententia condemnatos. Qui sanctum et celebrem Clementem intuiti omnes concorditer cum gemitu ac fletu accedentes dixerunt: Ora pro nobis sancte pontifex, ut digni efficiamur promissione Christi. Quos cum cognovisset sanctus Clemens propter Deum fuisse deportatos ait: Non abs re Dominus me huc perduxit, sed ut particeps factus perpessionum vestrarum etiam consolationis et patientiae exemplum praeberem.

CLXXXI. Didicit autem ab eis, quod de sexto miliario aquam suis humeris deportarent. Confestim ergo sanctus Clemens cohortatus est illos dicens: Oremus ad dominum nostrum Iesum Christum, ut fidei suae confessoribus venam aquae aperiat, et qui percussit petram in deserto Sinae et fluxerunt aquae in abundantiam, ipse nobis copiosum laticem praebeat, quo ipsius suppeditatione laetemur. Et vero completa supplicatione hinc illincque circumspexit et vidit agnum stantem, qui dexterum pedem levavit tanquam sancto Clementi locum ostendens. Tunc sanctus Clemens reputans Dominum esse, quem solus ipse conspexit et nullus omnino alius, ad locum profectus est ac dixit: In nomine patris et filii et spiritus sancti pulsate in hoc loco. Cumque omnes ligonibus in orbem fodissent, non autem locum ipsum in quo agnus steterat, sanctus accepto parvo sarculo locum qui erat sub pede agni percussit levi ictu, unde repente fons venis redundantibus pulcerrimus emersit, qui cum impetu effusus effecit fluvium. Tunc sanctus Clemens cunctis exsultantibus dixit: *Fluminis impetus laetificant civitatem Dei.*

CLXXXII. Ob hanc igitur famam concurrit tota provincia, quique veniebant ad sancti Clementis doctrinam, omnes convertebantur ad Dominum, adeo ut quotidie quingenti et amplius recederent baptizati. Intra unum autem annum factae sunt illic a fidelibus septuaginta quinque ecclesiae, et omnia idola confracta sunt, omnia templa circumiacentis regionis diruta sunt, omnes luci usque ad trecenta milliaria in circuitu concisi sunt et solo aequati.

CLXXXIII. Tum igitur invidiosa narratio pervenit ad Imperatorem Traianum, quod illic ad innumerabilem multitudinem adauctus esset

---

3) *αὐτὸν* V. — 4) *ἐρερήμῳ* p. *ἐν ἐρήμῳ* O.

Cap. CLXXIX. 1) *ἐφορτώθη δὲ ἡ ναῦς* interponit vulg.

Cap. CLXXX. 1) *μακάριον* O. — 2) *μετὰ στεναγμῶν ὁμοθυμαδὸν* inv. O, ubi subinde om. *καὶ ὀδυρμῶν*.

Cap. CLXXXI. 1) *ἀνοίξῃ* O. — 2) Ita vulg., *μόνον* OV. — 3) Ps. 45, 5.

Cap. CLXXXII. 1) *καὶ ἐπέστρεφον* V.

ἐπηυξήθη λαός. καὶ ἀπεστάλη παρʼ αὐτοῦ Αὐφιδιανὸς[1] *ὁ ἡγεμών, ὅστις πλείστους τῶν Χριστιανῶν διαφόροις βασάνοις ἀνεῖλεν. ὁρῶν δὲ τοὺς πάντας τῷ μαρτυρίῳ μετὰ χαρᾶς προσερχομένους παρεχώρησεν τῷ πλήθει, μόνον δὲ τὸν ἅγιον Κλήμεντα ἐπιθύειν βιαζόμενος. καὶ ἰδὼν οὕτως ἱδρυμένον ἐν κυρίῳ καὶ καθόλου μετατεθῆναι μὴ βουλόμενον λέγει τοῖς δημίοις· λαβόντες ἀπαγάγετε αὐτὸν μέσον τῆς θαλάσσης καὶ δήσατε*[2] *πρὸς τὸν αὐχένα αὐτοῦ ἄγκυραν σιδηρᾶν καὶ ῥίψατε αὐτὸν ἐν τῷ βυθῷ κάτω, ὅπως μὴ δυνηθεῖεν οἱ Χριστιανοὶ ἀνελέσθαι τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ ἀντὶ θεοῦ σέβεσθαι αὐτόν.*

CLXXXIV. *Τούτου οὖν γενομένου ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν Χριστιανῶν ἐν τῷ αἰγιαλῷ παρεστὸς ὠδύρετο. καὶ ἐπὶ τούτοις εἶπον Κορνήλιος καὶ Φοῖβος οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· πάντες ὁμοθυμαδὸν εὐξώμεθα, ἵνα δείξῃ ἡμῖν ὁ κύριος τοῦ μάρτυρος αὐτοῦ τὸ λείψανον. εὐχομένου τοίνυν τοῦ λαοῦ ἐπεχώρησεν ἡ θάλασσα εἰς τὸν ἴδιον κόλπον ἐπὶ τρία σχεδὸν μίλια· καὶ εἰσελθόντες διὰ ξηρᾶς οἱ λαοὶ εὗρον ἐν σχήματι ναοῦ μαρμαρίνου οἴκημα παρὰ θεοῦ ἠυτρεπισμένον, καὶ αὐτόθι κείμενον τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου Κλήμεντος καὶ τὴν ἄγκυραν, μεθʼ ἧς ἐῤῥίφη, πλησίον αὐτοῦ κειμένην.*

CLXXXV. *Ἀπεκαλύφθη τοιγαροῦν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ τοῦ μὴ ἐκβαλεῖν*[1] *τὸ λείψανον ἐκ τοῦ τόπου· οἷς καὶ τοῦτο ἐχρηματίσθη, ὡς ὅτι ἑκάστῳ χρόνῳ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀθλήσεως αὐτοῦ ὑποχωρήσει ἡ θάλασσα ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας τοῖς ἐρχομένοις ξηρὰν πορείαν παρασχομένη. ὅπερ εἰς ἔπαινον τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ εὐδόκησεν ὁ κύριος γενέσθαι μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας.*[2] *τούτου δὲ γεγονότος πάντα τὰ κυκλόθεν ἔθνη ἐπίστευσαν τῷ Χριστῷ. ἔνθα οὐδεὶς Ἕλλην, οὐδεὶς Ἑβραῖος, οὐδεὶς τὸ παράπαν εὑρίσκεται αἱρετικός. γίνονται γὰρ ἐκεῖσε πλεῖσται εὐεργεσίαι· τυφλοὶ φωτίζονται ἐν τῇ ἑορτῇ αὐτοῦ, δαίμονες ἀπελαύνονται, ῥιγῶντες ὑγιαίνουσιν, οἱ τοῖς νεφροῖς ἐταζόμενοι καὶ λιθιῶντες μόνῃ τῇ τοῦ λειψάνου αὐτοῦ προσψαύσει καὶ ὕδατος ἁγιασθέντος ῥαντισμῷ καὶ πόσει τοῦ νοσήματος ἀπολύονται, ἀλγυνόμενοί τε νόσῳ οἱαδήποτε πρὸς τὴν τοῦ ἱερομάρτυρος καταφεύγοντες βοήθειαν ἰάσεως ἀπολαύουσιν. καὶ διαμένει ἡ δόξα αὐτοῦ καὶ ὁ ἔπαινος εἰς ἀεὶ διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, διʼ οὗ καὶ μεθʼ οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.*

---

populus Christianorum. Et missus ab eo est Aufidianus praeses, qui multos Christianos diversis suppliciis interemit. Sed cum videret omnes ad martyrium cum gaudio accedere, cessit multitudini solum tamen sanctum Clementem cogens ad sacrificandum. Et videns adeo stabilem in Domino, nec omnino posse a sententia dimoveri, dixit ad suos: Prehendite eum et abducite in medium mare, et ligate ad collum eius ancoram ferream, et in profundum deiiciatur, ne possint Christiani corpus eius auferre et pro Deo colere.

CLXXXIV. Hoc igitur peracto universa Christianorum multitudo ad littus adstans lamentabatur. Atque ad haec dixerunt Cornelius et Phoebus eius discipuli: Omnes unanimi consensu precemur ut nobis Dominus ostendat martyris sui reliquias. Orante igitur populo recessit mare in sinum suum ad tria fere millia, et ingressi per aridam populi repererunt in figura templi marmorei paratum a Deo habitaculum atque ibi positum corpus sancti Clementis et ancoram, cum qua deiectus fuerat, haud procul ab eo iacentem.

CLXXXV. Revelatum ergo fuit discipulis eius, ne reliquias illo loco tollerent, quibus et hoc oraculum redditum est, fore ut singulis annis die certaminis eius recessurum sit mare per septem dies et venientibus siccam profectionem praebiturum. Quod quidem nominis sui laudem Domino placuit fieri usque in hodiernum diem. Hoc autem facto omnes quae in ambitu sunt gentes crediderunt Christo. Ibi nullus gentilis, nullus Iudaeus, nullus omnino invenitur haereticus. Nam illic multa conceduntur beneficia: caeci illuminantur in illius festo, daemones expelluntur, febrientes sanantur, renibus et calculo laborantes per solum corporis ipsius contactum et sanctificatae aquae aspersionem, ac potum a morbo liberantur, tum qui qualicunque affliguntur languore ad sacri martyris confugientes auxilium consequuntur medelam. Atque permanet gloria eius et laus in perpetuum per dominum nostrum Iesum Christum, per quem et cum quo patri gloria cum sanctissimo et vivifico ipsius spiritu nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

Cap. CLXXXIII. 1) Ita vulg., *Ἀὐφηδιανὸς* scr. OV. — 2) *δήσαντες* O, qui om. *καὶ* ante *ῥίψατε*.

Cap. CLXXXV. 1) *ἐκβάλαι* V. — 2) In O doxologia sequitur: *αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν*. Quae eam excipiunt, in eodem Cod. Ottoboniano non leguntur.

CORRIGENDA

CUM ALIQUOT EMENDATIONIBUS E. E. SEILERI.

Pag. 3 notula 1 scr. Adr. Turnebus — 4, 20 ἡ ψυχή, — 6, 5 ἄρα εἰ, alterutra particula delenda quippe ex dittographia orta; si ἄρα serves scribendum est ἆρα; in altera epit. est εἰ. E. S. — 7, 24 tegere non valens — Cap. V not. 13 mutavit in παντάπασι δ' — 10, 27 διεθερμαινόμην — 12, 24 ἐγώ σοι σήμερον — 14, 11 ἐξήλατό τε E. S. — 20, 10 πᾶσα — 38 ἀνωτάτη E. S. — 22, 5 hic et in altera epit. repone e libris προλήψει, E. S. — 24, 14 hic et in altera epit. repone e libris κελευσθὲν E. S. — 26, Cap. XXXIII not. 2 finis. Cfr. — 30, 22 πένθος — 32, 38 ὑμᾶς [6] χάριν — 33, 22 Simon iste magus — 36, 15 κατέπιεν — 28 τοιαῦτα, καὶ — 37, 39 possit, — 39, Cap. LVI not. 4 εὖ φρονῶ — 40, 38 διαναπαύσεις E. S. — Cap. LVII not. 2 Hom. VII, 9, — 41, 22 Quo postquam — 43, Cap. LXIV not. 1 Perionius — 44, 29 ὑγιαίνοντας — 45, 30 ablatis — 41 sancti — 48, 20 ῥαδίως — 23 ὅθεν — 49, 9 ignores vitae — 23 Et — 49, Cap. LXXIV not. 11 Ἀνδρέας inv. D. — 51, 11 vitam — 39 ignoramus, qui — 53, 6 volo, ut — 54, 1 repone e codd. παύσηται, ut est etiam in epit. altera. E. S. — 56, 43 αὐτῆς υἱόν, ut recte habet epit. altera. E. S. — 58, 14 ὑγιὴς εἰς τὴν τῶν — 33 ἐπὶ τὸ αὐτὸ — 59, 27 etiam — 61, Cap. XCV not. 2 vocum Graecarum — 63, 29 diligere; — Cap. XCVI not. 12 B, quod — 65, Cap. C not. 2 et nostra Epit. Probo. — 67, 6 in ter — 69, Cap. CVI not. 5 συμπαρακαλεσάντων — 71, 25 amorem; sed — 72, 17 ἠκολούθησεν. — 26 ἀνέμεινα — 29 εὐχῇ — Cap. CX not. 9 ed. Hom. — 73, Cap. CXII not. 7 ἐδύναντο — 72, 24 γάρ ἐστι — Cap. CXIV not. 3 παρειληφὼς — 75, Cap. CXIV not. 14 ἐκ γενέσεως — 76, 12 τἀληθῆ — 15 μιᾶναι — 35 προσανάθωμαι, πλὴν — 37 ὄνομα· ὁ — 77, Cap. CXVII not. 2 man. pr., ἠβουλήθην — 78, 3 ἵνα μετὰ τὴν ἄλλων [9] κοινωνίαν — 7 ἰδὼν ἔφη· — 10 ἀνέκραγεν — 25 ἐγώ — 79, 24 Petrus Tu — 80, 10 τἀληθῆ — 13 διὰ τὸ μὴ — 81, 4 disciplinae. Sed — 24 pater: Ubi — Cap. CXXI not. 10 B C D et — 82, 32 προὐβάλλοντο — 34 μεταξὺ σοφῶς ἡ πρόνοια — 83, 5 manere. — 15 delectaberis — 84, 24 τυγχάνει — 85, 25 Quocirca — Cap. CXXVI not. 6 ἀφελεῖται D — 86, 37 πρεσβύτην. ἀλλ' οὐκ — 87, 12 Beati, inquit, pauperes — 88, Cap. CXXXI not. 1 ὦ σίμον D. — 90, 18 τί ἄρα — 27 μορφήν. — 91, 31 respicientes — 92, 21 γυναικὸς — 28 ὁ πατὴρ — 29 Ἀντιόχειαν — 93, 20 tibi. Et — ad Antiochenorum urbem — 26 inquit, domine — 39 angeli — 94, 6 ἀναιρεθῇ — 8 ἀκούσας — 22 υἱὸς — 23 καί· κατὰ — 42 συμβεβηκότα [2] — 95, 34 panem accepisset et — CXLI not. 3 Matth. 9, 29 et 15, 28. — 96, 8 χαρισάμενος [5], ἔτι — 23 ἀπολιπεῖν καὶ — 27 ἀκούσατέ μου, — 28 ἐγγύς· — 29 μοι — Cap. CXLIV not. 4 διήγγελλε B D — not. 5, ut discere est — 98, 17 γὰρ ἐντολὴ — 23 ἀπίστων E. S. — 99, 21 reconcilientur; neve — 100, 20 γεγένηνται, ἅ, τε — 101, 22 excidisse; sed — 102, 6 καλέσουσι — 9 οὕτω καὶ — 24, ὅ, τι — Cap. CLII not 5 τοῦ om. C. — 104, 3 ἀνεῳγμένης, ἀλλὰ — 8 αὐτὴν E. S. — 29 καὶ τὴν — 36 ἀνεῳγμένους — Cap. CLV not. 3 ἀναστέψαι αὐτὸν — 106, 1 ἀνέῳκται — 20 θεοὺς — 37 τῆς — 107, 4 Ista postquam — 12 exequi in illum, — 36 omnis — 108, 25 ἀλήθειαν· διὰ — 27 ὅλως — 40 αὐτὸν et συγκαλεσάμενος — 109, 9 in manibus; id — 17 nunc eum excipit. — Cap. CLXII not. 4 (ὑ supra, ut iam sit ὑπιτείνει) — 110, 36 τῇ — 111, 18 Urbi — 24 religionem, et — 112, 45 ἡ μανία — 47 ἀκοὰς — 114, 16 ἔρριπτο et 17 ἐλεεινῶς E. S. — 115, 32 haeresis — Cap. CLXXII not. 4 Cfr. Exod. 14. — Cap. CLXXIII not. 1 Graeci ad 24 Novemb. ἐν τῇ τοῦ — 117, 25 statimque — 118, 25 τῶν οἰκετῶν καὶ τοσοῦτον κίνδυνον — 119, 24 tantumque periculum — 25 susceperunt, tali — Cap. CLXXVII not. 6 Transponunt παρὰ τῷ ναῷ καὶ — Cap. CLXXVIII not. 1 περιεσώθη D — Cap. CLXXIX not. 5 ἀμήν. — 122, 10 ἄρα E. S. — 27 διατριβάς· καὶ — Cap. I not. 4 ἄρα ποτε O, — 124, 10 ἰλιγγίων repone e quibusdam libris, ut est etiam in priori epitome. E. S. — 21 πυριφλεγέθοντι — Cap.

III not. 3 (ex V Or. Ital.) — not. 4 et Ital., ὁπότερον τι O et Mon. — not. 5 in V Or. Ital. Mon. sunt — 125, 5 tristabar; magis autem — 6 menti meae fidem — 126, 8 διέτρεχε — 21 σκέψεως, — 34 τυγχάνει. ἐγὼ μὲν — Cap. V not. 7 deest subseq. τῶν. — 127, 17 nec quicquam — Cap. VII, not. 9 et Mon., ῥιφθείσας — Cap. VIII. not. 2 οὕτω O. — 128, 2 ὄντων. πέρας — ibid. repone ὡδίποτε e Mon. E. S. — 33 aut θαυμασίους ut est in altera epit., aut θαυμαστοὺς E. S. — 36 μαρτυρίας. λοιπὸν — 39 τὰς ἀποδείξεις — 130, 31 κύνες — 36 λέγοντος[7] τὴν ἀγαθὴν — 131, 17 occurri. Quia — 132, 8 ἐπιστῇς — 23 ἐπέστην. οἱ — 29 χειρῶν. καὶ — 43 ποιεῖσθαι μέλλω — 134, 18 ἀνοῖξαι — ibid. δυνηθῇ, ὥστε — 24 ἀΐδιον, — 28 καὶ κριτὴν, καὶ — 35 ἧς — 36 ποτέ. ταύτῃ γὰρ — 44 θεὸς λόγος — 136, 1 διὰ τὸ — 27 καὶ Ἐλισσαῖος καὶ — 28 Ῥούβιλος[3] καὶ — 137, 45 tempori concedat; scio — Cap. XX not. 4 Ἰαμνινοὶ O, Ἰαμνηνοὶ Hom. II. 1, ubi Coteler. — 138, 3 παραστὰν — 34 Σίμωνα — 139, 15 immortales esse — 16 iustitia eius, quando — Cap. XXIII not. 9 Waitz. ad Arist. Org. 67, b, 12. — not. 13 ἔστι O. — Cap. XXIV not. 2 om. O. — 140, 2 κτίσαντος θεοῦ.[2] ἐνίοτε δὲ — 3 αἰνισσόμενος — 11 οὕτως. Ἰωάννης — 20 ἐκπεριέρχεται — 32 ἔφη· ἀναγκαῖον — 35 ἐτερπόμεθα· ὅτε δὲ — 141, 16 trecenarii — 142, 3 τῆς τοιαύτης τόλμης· θεὸς — 5 ἢ — 19 λέγε· εἰ δὲ μὴ — 39 τοὺς — 143, 2 utilia consulimus: cessa ab eiuscemodi audacia; deus esse — 33 assessiones, — 36 custodiuntur, difficulter — 144, 9 παρίστησιν·[3] τὰ ἐν οἰκίᾳ — 25 ἤρξατο οὕτως· — 144, 42 aut δυνατόν aut δυνατώτατον et 44 γῆν E. S. — 146, 26 ὅτι ἐποίησεν — 147, 6 deos — 8 deos — 9 deos — 147, Cap. XXXVIII not. 2 ordo vocc. in O. — 148, 11 τῇ ἀταξίᾳ, μηδὲ — 29 ἐπείραζεν κύριος — Cap. XXXVIII not. 4 κακὸν des. in V et Or., item Hom. Epit. — 150, 6 τά τε — 29 ἀποκαλεῖ· καὶ — 30 ἀποκηρύσσει·[6] καὶ — 40 ἐγχειρήσητε E. S. — 151, 1 deos — 152, 4 τῆς ἐλευθεροπρεπείας — 6 παιδείας — 19 ἀσεβοῦς — 21 φῄς — 22 ὑπολήψεως. καὶ — 153, 28 aliquem locum. Et progressi — 29 et arborum omnigenarum — Cap. XLIX not. 3 εἰσηγάγοντο O. — 154, 4 κολάσεως — 30 ἔτι — 44 φθεῖραι et 45 συμφθαρῆναι E. S. — 155, 16 Ganymedam. Adulteris — Cap. LI not. 9 μεμαθηκότες — 156, 27 ὑπ᾽ ἐμοῦ — 31 θεραπευέτω. ὁ δὲ — 33 οὕτως ἤρξατο· — 42 ψυχὰς — 157, 44 adeptos. Quae — Cap. LIII not. 2 Ita et Epit., — 158, 21 ἐξῇει — 160, 10 διαναπαύσεις, quo ducit lectio cod. O. E. S. — 15 ἐγρηγορότας. ἡμεν δὲ — 26 κυρίου — 41 ἤρξατο οὕτως· — 161, 8 quicquam cibi — 162, 4 μιαρᾶς — 11 τὸν θεόν. — 14 ὁ θεὸς — 42 οὓς — 45 γέμει ῥύπου. φαρισαῖε — 164, 4 καθᾶραι — 24 ἀπήραμεν — 34 repone ἐξελέγῃς e libris E. S. — 40 διεπεφωνήκειν E. S. — 166, 37 οὐχ ὅμοιόν ἐστιν· — 167, 15 Quid ergo — Cap. LXXV not. 3 ἐμὲ O. — 168, 44 τυγχάνουσιν. — 169, 42 contigit pati, et — 170, 17 οὐθέν. εἰ γὰρ — 34 προσταγῇ — 172, 24 ἀμφότεραι — 46 τινὰ χαρὰν τῇ — 174, 4 ἐμοὶ E. S. — 176, 10 σωτηρίαν — 23 σε τεκοῦσαν, — 45 οὐδὲ τὴν E. S. — 178, 33 εὖ πραττόντων E. S. — 27 διεληλυθότα .... ζωῆς — 180, 28 ἀσεβέσιν — 42 ἑαυτὸν — Cap. XCVI not. 12 μὲν O. — 183, 14 induerit, amice — Cap. XCVIII not. 4 et Epit., σφαγέντα rectius coni. Cot. — 184 μὴ ἄρα ut est in altera epit. E. S. — 39 ἀπώλεια — 185, 23 cum eis vescimur. — Cap. C not. 4 [δέ,] inserui — 186, 9 τεθνάναι — 12 διεφόνει E. S. — 18 γῆν — 187, 17 latrocinari non verentur, — 31 in fraudem — Cap. CV not. 1 τῷ Hom. XIII, 8. — 188, 24 ὃ μὴ ...... ἀπεκρίνατο· — 25 ἡμῶν — 28 νηστεῦσαι — 36 διυπνισθεὶς — 39 πετρῶν τινων 159, 5 Unde ego — 194, 46 ἀνὴρ Αἰγύπτιος, — 196, 18 γενώμεθα E. S. — 198, 5 ἢ θεοὺς — 22 παρῳχηκυίας — 200, 19 ὑπάρχει δὲ — 201, 27 Sic quoque — 203, 4 omnia, quaecunque — 18 Scripturae peritis — Cap. CXXX not. 2 typothetae incuria — 204, 35 ταύτης — Cap. CXXXII not. 1 Ita etiam Par., οὐκ ἄλλως etc. — 205, 40 inita — Cap. CXXXV not. 2 Ita et Hom. XX, 17, ἄρα Epit., — 206, 33 ἰσχυρῶς — 34 ἀποκαλῶν — 207, 28 fuga Iudaeam petivisse — Cap. XXXVI not. 1 ἀπελογίσατο — 208, 1 γεγονὼς παύσασθε[3] — 210, 2 ἔτι δὲ E. S. — 19 συγχάρητέ — 212, 30 φιλοκαθεδροῦντος — 214, 27 δυνηθεὶς — 216, 32 φεύγετε, — 42 οὕτως — 217, 27 omni cum alacritate — 46 tanquam qui — 220, 5 τῆς — 222, 2 ἀριθμούμενος — 20 Δαβίδ. — 27 ἐνουθέτει — 32 θεῷ — 32 repone ἐφοβήθησαν e libris E. S. — 224, 4. 24. 32. 34 Θεοδώρα — 23 ὁπωσοῦν — 32 εἰσέτι — 41 ἀνεῳγμένων — 47 ἀνέῳκται E. S. — 226, 9 κελευσθέντες E. S. — 228, 43 παραθείη E. S. — 232, 12 ὑπεχώρησεν (in priori epit. est ὑποφεύγει) E. S.

INDEX GRAECITATIS.

(Numerus paginam indicat.)

A.

B.

Γ.

Δ.

E.

Z.

H.

Θ.

M.

N.

Ξ.

O.

Ρ.

Σ.

T.

Υ.

Φ.

X.

Ψ.

Ω.

FRIDERICI WIESELERI

ADNOTATIONES CRITICAE

AD CLEMENTIS ROMANI QUAE FERUNTUR HOMILIAS

AB ALBERTO DRESSEL MDCCCLIII EDITAS.

PRAEFATIO

FRIDERICI WIESELERI.

Albertus Dresselius quum in eo esset ut Clementis Romani, quae feruntur, Homilias ederet, sentiens vel post ipsius curas plurimos inesse locos, qui non essent persanati, gratum sibi fore mihi significavit, si ego laborem susciperem, quem ipse propter caussas, de quibus in praefatione illius operis exposuit, exanclare non potuisset. Neque ego deesse volui viro optimo, olim condiscipulo meo. Conscripsi igitur seriem adnotationum criticarum in Homilias, quae simul cum harum editione a Dresselio curata ederetur. Unde factum est ut ego in ea Homiliarum parte, quae ex codice Ottoboniano nova accessit, apoagrphum manu Dresselii vel potius amanuensis Dresselii scriptum — quod ad me transmissum erat, ut typis exprimendum curarem, atque etiamnunc penes me asservatur, ita ut in hac scriptione ex ipso aliqua addere vel certius definire potuerim — nonnullis locis corrigerem non statim monito lectore. At enim praeter exspectationem prohibebar, quominus jam tum publici juris facerem quae adnotaveram. Anno MDCCCLVII demum in programmate academiae nostrae Georgiae Augustae edere mihi licuit „Exercitationum criticarum in Clementis Romani quae feruntur Homilias" partem primam. Nunc Dresselius hortatus, ut observationes meas integras tanquam corollarium adderem Epitomis ab ipso editis, eo facilius a me impetravit, ut ipsi morem gererem, quod in illis etiam habebam disputata, quae ad Epitomarum textum emendandum pertinerent. Quamquam non me fugit, quam difficile sit, in hoc argumento elaborare. Est enim Homiliarum textus, quem vocant, saepius et gravius corruptus

quam adhuc visum est hominibus doctis. Ea quae jam olim publicavi, aut in brevius contraxi aut auxi, omnino novis curis pertractavi. Neque vero in eo acquievi, ut verba corrupta emendare studerem, sed etiam operam dedi ut res quasdam ad antiquitatem pertinentes et imprimis usum dicendi huic scriptori, vel, si mavis, his scriptoribus proprium illustrarem.

Dabam Gottingae mense Julio a. MDCCCLIX.

Pag. 3, vers. 3 punctum majus locandum erat ante verba: *εἰρήνη εἴη πάντοτε*, aeque atque p. 10, v. 5. Ceterum adstipulor Dresselio illa ipsa verba genuinam scriptoris manum exhibere judicanti. Neque enim audiendus foret, si quis propter codd. mscr. lectiones: *ἐν εἰρήνῃ*, et: *ἐν εἰρήνη*, potius esse scribendum contendere vellet: *ἐν εἰρήνῃ εἴης πάντοτε*. — V. 12 scribendum opinor: *κατὰ μηδένα τρόπον πρὸς τὸ ἄλλως φρονεῖν ὑπὸ τῶν πολλὰ νευουσῶν γραφῶν ἐξοδευθῆναι δυνηθέντες*. Conjecturam librarii in margine cod. O. adscriptam, quam Dresselius verborum in perpetuitatem recepit, veram non esse, sequens sententia ostendit. Notandus est usus verbi *ἐξοδευθῆναι*, quod jam Cotelerius interpretatus est „abripi extra viam.“ Hujus usus quamquam aliud non novi exemplum, persuasum tamen habeo, mutandum esse nihil. Proxime accedit is verbi usus, qui reperitur apud Diodorum in Exc. Phot. p. 521, 71, ubi *ἐξωδεύοντο* est „vendebantur.“

P. 4, 9 sq. quum cod. C. vocem *ἵνα* omittat et uterque codex praebeat: *ἐφοδιάζειν, ἐφοδιάζωσι*, censeo equidem, duplicem exstitisse scripturam hancce: *ἵνα καὶ τοὺς βουλομένους ἐφοδιάζωσιν*, et: *καὶ τοὺς β. ἐφοδιάζειν*, vel: *πρὸς τὸ καὶ τοὺς β. ἐφοδιάζειν* (cfr. p. 69, v. 9).

P. 6, 3 scribendum erat aut: *TO BIBΛION*, aut: *ΛΑΓΧΑΝΟΝΤΩΝ*. — In enuntiato, quod est v. 11 sqq., deest verbum finitum tale, quale *δεῖ* vel *χρή*, quod posterius facile intercidere potuit post vocabulum *ἀγωγήν*.

P. 7, 5 quanquam vocabulum *τιθῶν* aperte corruptum est, quid scriptum fuerit, non facile dictu. Probabilissimum tamen videtur: *ἤ τι δρῶν ἢ νεύων*, „vel aliquid faciens vel permittens.“ — Locum, qui sequitur v. 6 sqq., sic restituendum arbitror: *πλὴν ἐὰν δοκιμάσω τινὰ ἄξιον, ὡς αὐτὸς ἐκρίθην, ἢ καὶ πλεῖον δοκιμάσας, πλὴν οὐκ ἔλαττον ἔτεσιν ἕξ, τότε τῷ* (Cod. C.: *τότε*, cod. O: *τῷ τε*) *εὐλαβεῖ — παραδώσω*. Cfr. p. 3, 7. — Quae v. 10 sq. leguntur verba, plura, quam adhuc arbitrati sunt editores, menda continent. Videntur autem ita esse corrigenda: *Ἄλλῳ* (codd.: *Ἄλλως*) *δὲ, οὐδ᾽ ἂν τέκνον ᾖ ἢ ἀδελφὸς ἢ φίλος ἢ ἄλλως πώς ποτε γένους μοι ἀνήκων, ἐάνπερ ἀνάξιος ᾖ τοῦδε, μὴ μεταδοῦναι χρεών* (codd.: *χάριν*), *ὡς οὐ προσῆκεν*. Verbum *ᾖ* post vocabulum *τέκνον* inserendum esse, vidit jam Schweglerus. Vox *τοῦδε* non cum *μεταδοῦναι*, sed cum *ἀνάξιος* construenda est. *Χρεών* significat: „oportet“; *προσῆκεν*: „aptum est, decet“. In verbo *προσῆκεν* sine idonea causa offendebat Schweglerus. Id ipsum reperitur p. 27, l. 9, eodem fere significatu adhibitum, quo *προσήκει*. Cfr. Thom. Magistr. p. 287, 15 ed. Ritschl. — V. 15 sq. nollem Dresselius obsecutus esset Schweglero, qui codicum scripturam *μεθ᾽ ἑαυτοῦ* mutavit in *μετ᾽ ἐμαυτοῦ*. Simili mutatione Schweglerus corrupit potius quam emendavit locum, qui est p. 139, 12. Contra plurimos locos, in quibus eadem dicendi ratio invenitur, intactos reliquerunt duumviri docti. P. 17, 1 et 5 et 23, 4 forma *ἑαυτῶν* usurpata reperitur pro *ὑμῶν αὐτῶν*, p. 63, 14 *ἑαυτὸν* pro *σεαυτόν*, p. 74, 3 *ἑαυτῶν* pro *ἡμῶν αὐτῶν*, p. 84, 8 *ἑαυτοὺς* pro *ἡμᾶς αὐτούς*, p. 94

12, 95, 1, 116, 8, 117, 12, 118, 10 *ἑαυτῶν* pro *ὑμῶν αὐτῶν*, p. 211, 18, et 282, 14 *ἑαυτῶν* pro *ἡμῶν αὐτῶν*, p. 282, 17 *ἑαυτοὺς* pro *ἡμᾶς αὐτούς*, p. 305, 2 *ἑαυτὸν* pro *ἐμαυτὸν*, p. 350, 2 *ἑαυτοῦ* pro *ἐμαυτοῦ*, p. 359, 9 *ἑαυτὸν* pro *σεαυτόν*. P. 373, 17 cod. C. praebet: *σεαυτόν*, cod. O.: *ἑαυτόν*. Dresselius illud in textum recepit, quod non debebat facere is, qui se textum ad cod. O. constituturum in ipsa editionis inscriptione professus esset.

P. 8, 5 aut scribendum est: *γενόμενον ἄξιον*, aut statuendum, intercidisse: *ὁ υἱὸς*, vel: *ὁ παῖς*. — V. 9 scribendum: *πρὸς τούτοις δ'* vel *δέ*, cfr. p. 6, 17 et p. 8, 17. — V. 14 crediderit fere, scriptum fuisse: *ἀήρ*, pro: *αἰθήρ*, qui comparaverit p. 6, 17, p. 8, 10, p. 95, 6 et 15.

P. 10, 3 scribendum: *τὴν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἁγίαν ἐκκλησίαν*. Cfr. supra p. 3 adn. 3 et p. 123.

P. 11, 18 videtur pro *οὗ* scribendum esse: *ὅ*.

P. 12, 1 etiam mihi, ut Schweglero, in archetypo videtur scriptum fuisse: *ὁ τὸν τῆς ἀληθείας προκαθεζόμενον*. — L. 5 mireris non receptam esse cod. O. scripturam: *ἐδεόμην*. — V. 7 recipienda erat cod. C. scriptura: *μή με*.

P. 13, 4 et aliis locis cur Dresselius non receperit scripturam cod. O.: *ὦ Κλήμη*, prorsus non intelligo. — V. 14 aut scribendum: *μεμάθηκας*, aut — id quod verisimilius videtur — post *μεμαθηκὼς* addendum verbum *εἶ*, quod propter sequentem vocem *εἰς* facillime intercidere potuit.

P. 15, 1 verbum *πρεσβύτης* corruptum est ex: *πρεσβευτής*. Ipsa dictio: *ὁ τῆς ἀληθείας πρεσβευτής*, reperitur infra p. 39, 5. — V. 4 scribendum erat: *ἀμελείτωσαν*, et recipienda cod. O. scriptura *ἀκμαία* (cfr. p. 16, 10, p. 257, 15).

P. 17, 12 quae reperiuntur verba: *ζυγά, μέτρα, σταθμία, τὰ τῶν ῥοπῶν δίκαια φυλάσσετε*, ea quis non videat sana esse non posse? Inepta scriptura *ῥοπῶν* in solo invenitur cod. C. Cod. O aeque atque cod. Reg. 804 porrigit: *τόπων*. Eam ipsam lectionem prae oculis habuit Rufinus, qui locum sic interpretatus est: „pondera, mensuras, stateras pro locis quibusque aequissima custodite". Atqui ex verbis „pro locis quibusque" elucet, Rufinum scriptum repperisse: *κατὰ τὰ τῶν τόπων*. Et haec videtur genuina Homiliarum scriptoris esse manus. Ceterum Rufinus, ut solet, non omnino recte interpretatus est. Construenda enim sunt verba: *κατὰ τὰ τῶν τόπων δίκαια*, „secundum locorum jura", h. e.: sic uti res, de quibus sermo est, quoque loco constitutae sunt.

P. 18, 1 non est dubium, quin vocabulum *μόνου* emendatione egeat. Schweglerus proposuit: *μόνον*. Et profecto aut ita scribendum est, aut: *μὲν*. — V. 9 scribendum erat: *ὁμολογείτω*. — V. 11 servandam fuisse cod. C scripturam: *ἀγαθὴν*, animadvertunt L. Dunckerus et G. Uhlhornius (qui viri docti aliquot bonae notae observationes mecum communicaverunt), quum dictione *ἀγαθὴ βασιλεία* constanter utatur Homiliarum scriptor. Recte. Reperitur illa dictio in hac ipsa sectione p. 20, 1, p. 22, 14. — V. 16 vocem *τοὺς* non delendam censeo, ut Schweglerus, sed mutandam in: *αὐτούς*.

P. 20, 1 vera videtur cod. C. scriptura: *τινά*. — V. 5 quum cod. O pro *πειρασμοῖς* praebeat: *περισπαγμοῖς*, vide an scribendum sit: *περισπασμοῖς*. — V. 6 procul dubio mendosa sunt verba: *τὰ ἀπόγεια τῶν χειμάρρων καὶ τὰ φυσήματα*. Quis enim non persentiscat, „ex continenti venientes torrentes" — sic autem interpretantur verba *τὰ ἀπόγεια τῶν χειμάρρων* — hoc loco commemorari non potuisse? Desideratur sola ventorum, procellarum significatio. Conjicio igitur, verba sic esse corrigenda: *τὰ ἀπόγεια τῶν χειμερίων καρτερὰ φυσήματα*. *Τὰ χειμέρια* significat „tempus hiemale." — V. 8 sq. *διθάλασσοι καὶ θηριώδεις τόποι* comparantur *τοῖς ἀλογίστοις καὶ ἐνδοιάζουσι περὶ τῶν τῆς ἀληθείας ἐπαγγελμάτων*. Vellem editores significassent, quomodo explicanda essent verba *διθάλασσοι καὶ θηριώδεις τόποι*. Apud Strabonem II, c. 124 fin. et Dionys. Perieg. 156 *διθάλασσος* appellatur *πόντος*, quatenus bina maria continet. Contra apud

Dionem Chrysost. V, 83, ubi *βραχέα καὶ διθάλαττα καὶ ταινίαι μακραὶ μέχρι πολλοῦ διήκουσαι* commemorantur, *διθάλαττα*, ut jam Casaubonus Vol. II, p. 457 adnotavit, sunt „arenae cumuli ingentes e fundo maris super ejus superficiem se attollentes". Similiter in Actis Apostolorum XXVII, 41 *διθάλασσος τόπος* est locus in mari eminens, ad littus situs. Fac dictionem *διθάλασσος τόπος* a scriptore Homiliarum hoc eodem significatu adhibitam esse, quid fiet de dictione *θηριώδεις τόποι*? Interpretantur: „fera loca". At enim vero quis non videat, hanc interpretationem non quadrare ad sententiam universi enuntiati, si „fera loca" alia esse statuas quam „loca vadosa", frigere autem maximopere, si eadem velis esse. Jam equidem dubium non esse opinor, quin scriptor de una eademque re loquatur. Ut brevi dicam, quod sentio: pro *θηριώδεις* scribendum est: *θινώδεις*. Haec autem huius loci interpretatio atque emendatio quam sit apta ad sententiam, sponte, opinor, apparet. — V. 11 Schweglerus jure offenderat in voce *μόνας*. Jam, quum cod. O post *ἁμαρτίας* praebeat: *αἰτίας*, scribendum esse existimo: *γνώμας τὰς ἁμαρτίας αἰτίας*, „sentiendi rationes, quae peccatorum caussae sunt". — V. 13 aeque atque paullo infra p. 21, 5 recipienda erat cod. O. scriptura: *οὔρια*.

P. 21, 10 non minus quam v. 12 praeferenda erat cod. O scriptura ei, quam praebet cod. C.

P. 22, 9 in verbis: *καὶ τὰ*, mendum inesse existimo, eo magis, quod cod. O pro *τὰ* praebet: *τήν*. Videtur autem scriptum fuisse: *καί τινα*.

P. 23, 10 scripserim: *μένει*. — V. 16 sqq. scribendum videtur: *ἀξιῶ σε ἐπὶ πάντων μου τῶν συμπαρόντων ἀδελφῶν, ὁπόταν τοῦ ἐνταῦθα — ἀπαλλάξω βίου, πάντα τὰ περὶ σὲ Ἰακώβῳ — διαπέμψαι ἐν ἐπιτομῇ ἀναγραψάμενον* cett. Vocabulum *ὅπως*, quod in libris mscr. est ante *ὁπόταν*, e primis hujus verbi syllabis errore bis scriptis videtur ortum esse. Vocem *πάντα* sumpsi ex Epit. prioris C. CXLVII; sequentes: *τὰ περὶ*, flagitat pronomen *σὲ*.

P. 24, 8 ferri posse videtur adjectivum *πλάνος*, „in errorem impellens". — V. 13 tolerari omnino nequit codd. scriptura: *ἐπιγράψαντα*. Vel sic tamen dubium est, num genuinam scriptoris manum restituerit, si quis in eo acquieverit, ut lectionem *ἐπιγράψας* assumat e cod. Reg. 804 et Epit. prioris C. CXLVII, quum non facile sit ad intelligendum, quomodo illa scriptura ex hac oriri potuerit. Videtur igitur scriptum fuisse: *ἐπιγράψας τάδε*, vel, quod vero etiam similius: *ταῦτα*.

P. 25, 4 sq. scribendum opinor: *κατὰ* (pro *καὶ*) *τὴν πρώτην ἡλικίαν σωφρόνως ζῆσαι δεδύνημαι*, quamquam praeter Epit. priorem etiam codd. Tischendorf. et codd. Epit. Dr. pro verbo finito participium praebent; scilicet: *δυνηθείς*. — Subinde scribendum erat: *ἀπασχολούσης*, sicuti supra p. 14, 6 ex cod. O. recte receptum est: *ἀπασχολείτωσαν*. Illud, ut jam video, revera testatum reperitur, cfr. Epit. utriusque C. I cum adnot. — V. 9 recipienda erat, si quid video, Schwegleri conjectura: *πάντως*, in quam ego quoque incideram. — V. 12 admittenda non erat cod. O. scriptura *ἔτος*. — V. 13 scribendum: *ἢ καὶ*, quam ipsam scripturam porrigunt codd. Tischendorf. et codd. Epit. Dr. Posse ut haec verba in interrogatione posita essent, intellexerunt Dunckerus et Uhlhornius.

P. 26, 3 praestat cod. C. scriptura: *ἀγαθῆς*. — V. 12 sq. cod. Tischendorf. orient. habet: *καὶ ὁπότε γοῦν*, cod. Tisch. Ital.: *καὶ ὁπότε οὖν*, codd. Epit. Dr.: *ὁπότε οὖν*. Illa Tischendorfio praestare videntur lectioni vulgatae. Equidem haud secus statuo de vocabulo *ὁπότε*, sed vocem *καὶ* minus aptam esse censeo. — V. 13 sqq. etiam codd. Tischendorf. et codd. Epit. Dr. sistunt verba: *ἐλυπούμην· πλεῖον δὲ ἠθύμουν*, at sequentia sic scripta exhibent: *ὅτι οὐδ' ὁποτέρων τις τὸν ἐμὸν βεβαιῶσαι νοῦν ἠδύνατο* (nisi quod in cod. Tisch. orient. inest: *ὁπότερον*). Atque haec quin vera scriptoris manus sit, non videtur dubitari posse. — V. 15 codd. Tischendorf. et codd. Epit. Dr. praebent: *πλὴν ἐνενόουν*, quod etiam a Cotelerio in Epit. editum est. Tischendorfius, quum Rufinus interpretatus sit „sed

hoc tantum intelligebam", conjicit scribendum esse: πλὴν ἓν ἐνόουν. Ampliandum esse censeo. Mihi certe Rufinus potius prae oculis habuisse videtur: πλὴν ὧδέ ποτε vel ὡδίποτε συνενόουν vel ἐνενόουν, ut infra p. 31, 14 scriptum invenimus: συννοήσας ὧδέ ποτε vel ὡδίποτε τὴν τοῦ βίου φύσιν, ὅτι cett. Neque tamen ausim illud ὧδέ ποτε vel ὡδίποτε huic Homiliarum recensioni obtrudere; multo minus autem scripturam: ἐνενόουν, quamvis verbum ἐννοεῖν satis crebro in ipsa adhibitum reperiatur. Verbum συννοεῖν invenitur etiam p. 32, 14.

P. 27, 1 sq. reponendum erat: ἀποφαίνονται, quam scripturam, ut Epit. prior, sic etiam codd. Tischendorf. et codd. Epit. Dr. praebent (nisi quod in cod. O. Ep. Dr. scriptum reperitur: ὑποφαίνονται, ut in Mon.). — V. 5 ἐπιτάσσοντα scribere debebat Dresselius, quippe qui v. 6 cod. O. lectionem με probasset. An quis probabilius ducit, positum fuisse: ἐμοῦ ἐμαυτῷ — ἐπιτάσσοντος? — V. 15 cod. Ital. Tischendorf. et cod. V. Epit. Dr. porrigunt: πάλιν τε, ut cod. C.; cod. O. et cod. Mon. Epit. alterius: καὶ πάλιν. Apparet, id quod ego jam pridem intellexeram, cod. O. scripturam καὶ πάλιν τε diversas binorum codd. manuscriptorum lectiones exhibere. Ejusdem rei exemplum in hac pagina praebent cod. O. et cod. Mon. Epit. alterius, quum v. 5 exhibent: ὅτι ἐμαυτῷ δὲ, et v. 8: ὅτι εἰ μὲν γὰρ cett. — V. 17 verisimilitudinem habet scriptura cod. Ital. Tischendorf. et codd. Epit. Dr.: καὶ πάλιν· πῶς cett.

P. 28, 2 cod. Ital. Tischendorf. et codd. Epit. Dr. praebent: οὐδ' ὅτι sive ὅ, τι ποτέ ἐστι δίκαιον καὶ ἀρέσκον. Copulam καὶ Dresselius etiamsi in solo cod. C. repperisset, recipere debuisset. Cfr. adnot. ad p. 40, 2. — V. 4 verba: οὔτε τῶν τοιούτων λογισμῶν ἡσυχάζειν δύναμαι, non dubito quin corrupta sint. Videtur scribendum esse: οὔτε μετὰ τῶν cett. Cfr. p. 27, 4 sq. — V. 10 cod. O. et cod. Mon. Epit. alterius omittunt vocem καί. Fieri potest ut duplex exstiterit scriptura: λαλῆσαι ἢ ἀκοῦσαι, et: λαλ. καὶ ἀκ. Altera praestare videtur. Vulgatam scribendi rationem minus aptam esse existimo. — V. 14 recipienda erat codicis C scriptura ἀντέβαλλον, quam etiam cod. Ital. Tischendorf. et codd. Epit. alterius praebent. — V. 16 pro εἴτε scribendum videtur: εἴ ποτε.

P. 29, 8 codd. Tischendorf. et codd. Epit. Dr. porrigunt genuinam scripturam: διηγήσωμαι. — V. 12 cod. Ital. Tischendorf. et codd. Epit. Dr. habent: σιγᾶν στέγειν, ut cod. C. Tischendorfius tentat: σιγᾶν ἢ στέγειν. Si cui scriptura cod. O. et Epit. prioris σιγῇ στέγειν a correctore profecta esse visa fuerit, ei statuendum erit, σιγᾶν nihil esse nisi adnotamentum ad στέγειν adscriptum. — V. 13 etiam codd. Tischendorf. et codd. Epit. Dr. offerunt: ἐγίνετο, ut cod. O., quam scripturam mireris non receptam a Dresselio. — V. 13 sq. diversarum recensionum videntur esse verba: τις ἐν Ἰουδαίᾳ, et: Ἰουδαίοις, pro quo in cod. O. et cod. Mon. Epit. alterius scriptum invenitur: Ἰουδαῖος. — V. 15 pro αὐτῶν cod. O. Epit. alterius praebet: αὐτοῦ, cod. V. et cod. Mon. Epit. alterius: αὐτῷ. Quae variae lectiones non videntur omnino esse spernendae. Clarum est autem, scripturam αὐτῶν arcte cohaerere cum scriptura Ἰουδαίοις. — V. 16 pro corrupto πνέει cod. V. Epit. Dr. praebet: ποιεῖ. Ego conjeceram: πονεῖ, quam conjecturam ne nunc quidem abjecerim. — V. 17 Tischendorfius secundum cod. Ital. edidit: — διαπράττεται κελεύσει μόνῃ, ὡς ἔχων ἐξουσίαν· κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν cett. Nobis aptissimum videtur, secundum codd. Epit. alterius scribere: διαπράττεται· κελεύσει γὰρ μόνῃ, ὡς παρὰ Θεοῦ εἰληφὼς τὴν ἐξουσίαν, κωφοὺς ποιεῖ cett. — V. 18 cod. O. Epit. Dr. pro ἀναβλέπειν porrigit: βλέπειν. Videtur haec correctio esse alicujus, qui propter antegressum ἀκούειν desideraret verbum, quod non „visum recipere", sed „videre" significaret. Sed etiam ἀναβλέπειν significare potest: „videre, visu gaudere."

P. 30, 1 ποιεῖ deest in cod. O. et cod. Mon. Epit. alter. ut in Epit. priore; neque infitiandum est, importunum esse vocabulum. At validiore opus est medicamento. Quis non intelligat, verba: κυλλοὺς ποιεῖ περι-

πατεῖν et χωλοὺς ἀνορθοῖ, vel: ὀρθοῖ, juxta posita esse non posse, quum voces κυλλοὺς et χωλοὺς eundem significatum habeant? At non satis elucet, utrum praestet scribere: κυλλοὺς περιπατεῖν, an: χωλοὺς ἀνορθοῖ vel ὀρθοῖ, quum praesertim Epit. prior lectionem exhibeat e binis illis dictionibus conflatam: χωλοὺς περιπατεῖν. — V. 2 vocem ψωροί, quae in cod. C. et cod. O. reperitur post λεπροί, omittunt Epitomarum codices. Nec dubium esse potest, quin alterutrum vocabulum furca sit expellendum. Sed non affirmaverim pro certo, scripturam λεπροὶ antiquiorem esse altera. — V. 5 cod. O. et codd. Epit. alterius ostendunt, binas exstitisse lectiones: μείζων — καὶ βεβαιοτέρα, et: μᾶλλον βεβαιοτέρα. Alterutra recipienda erat in Epit. alterius C. VI; at illa, ut videtur, praeferenda. — V. 7 pro τὸ τίς, quod etiam in cod. V. Epit. Dr. reperitur, cod. O. et cod. Mon. Epit. alterius praebent: τις. Sententiae non minus quam linguae legibus satisfactum erit, si scripseris: — σκέψεως, τίς cett. Sed ego haud scio, an reponendum sit: — σκέψεως εἰς τό, τίς cett. Favet huic conjecturae quod in Epit. prioris C. VI. scriptum legitur: — σκέψεως ἕνεκα τὸ τίς cett. — nam hoc nihil aliud est quam: ἕνεκα τοῦ, τίς cett. —, nisi quis forte credere mavult, hoc ipsum a scriptore Homiliarum positum esse. — V. 12 in verbis: ἐὰν τὰ κατὰ γνώμην τοῦ πέμψαντος αὐτὸν πατρὸς βιώσωσιν, cod. O. Epit. Dr. omittit vocabulum τὰ, quod Davisius delendum esse censuerat. Quum Epit. prior praebeat: τὰ κατὰ γνώμην — πράξωσιν, aliquis conjiciat, pro βιώσωσιν scriptum fuisse: ποιήσωσιν. Quae scriptura ut exstiterit aliquando in uno ex archetypis, at praestat, opinor, recipere illam, etiam propterea, quod paullo infra, v. 16, in omnibus libris scriptum reperitur: ἐὰν — κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν βιώσητε. — V. 17 cum codd. Epit. Dr. scribendum est: γενόμενοι.

P. 31, 14 haec edita leguntur: πέρας γοῦν συννοήσας ὧδέ ποτε τὴν τοῦ βίου φύσιν, ὅτι ἐλπίδι ἐκπλοκῶν τοὺς σπεύδοντας ἐνεδρεύει, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅν ποτε εἰσεκλάπην χρόνον ἐλπίσι δονούμενος cett. Pro scriptura cod. C. et O: ὁ δή ποτε, ex qua a Davisio correctum: ὧδέ ποτε, cod. orient. Tischendorf. et codd. Epit. Dr. praebent: ὡδήποτε. Non male Tischendorfius: ὡδίποτε, quod ipsum est in cod. Mon. Deinde ἐκπλοκῶν, ut cod. O., habent etiam codd. Epit. Dr. Contra cod. orient. Tischendorf. praebet: ἐμπλοκῶν. Lectio ἐμπλοκῶν deberi correctori videtur, qui ἐκπλοκῶν cum ἐλπίδι construi non posse intelligeret; qua ipsa de caussa Cotelerius ἐκπλέκων, quae scriptura est cod. C., mutavit in ἐμπλέκων. Atqui equidem magnopere offendo in dictione: ἐλπίδι ἐμπλέκων, vel: ἐμπλοκῶν, ut taceam, ἐμπλοκῶν, ut ἐκπλοκῶν, formas esse, quod ego quidem sciam, omnino ignotas. Procul dubio scribendum est: ἐκκλέπτων. Altera scriptura nihil aliud est quam: ἐκκλοπῶν. Quae sequuntur verba: οὐ μὴν cett., nondum esse de mendo postulata, est quod mireris. Ut de reliquis taceam, quae vix possunt probabiliter emendari, verbo εἰσκλέπτειν qui usus sit, ego nullum novi. Praeterea significatio praepositionis εἰς non est apta Ergo scribendum videtur: ἐξεκλάπην. Quadrat hoc vocabulum optime ad verbum ἐκκλέπτων, quod paullo supra de conjectura restituimus. — V. 18 etiam codd. Epit. Dr. praebent τὸν ante λιμένα, ut Epit. prior. et cod. C., quem sequi debebat Dresselius.

P. 32, 5 uterque cod. Ep. alterius καὶ ante παρὰ non habet et pro κἀκεῖθεν porrigit: ἐκεῖθεν, quae variae lectiones non sane indignae sunt, ad quas animum attendas; multo minus etiam, quod v. 10 in iisdem libris aeque atque in Epit. priore pro vocabulo Ἑβραῖος, quod vix ac ne vix quidem ferri potest, scriptum invenitur: τίμιος. — V. 12 sane mendum inest in verbis: μάρτυρας τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων θαυμασίων τε καὶ λόγων, sed non satisfacit medicina, quam attulit Davisius, pro λεγομένων legendum esse: γενομένων, arbitratus. Mendi sedes inesse videtur in verbis ὑπ' αὐτοῦ, quae mutanda censeo in: ἐπ' αὐτοῦ. — V. 19 praestare videtur scriptura cod. C.: ἡδέως οἱ ὄχλοι, quae eadem reperitur in cod. V. Epit. Dr.

P. 33, 5 codd. Epit. Dr. pro ὧν ἔλεγεν exhibent: ὧν λέγειν. Qua scriptura, si pro ἀκαταπλήκτως reposueris: ἀκατάπληκτος, linguae quidem

legibus satisfactum erit, sed sententiae non aeque bene, atque ea, quae in codd. C. et O. reperitur. — V. 5 sqq. verba: διὰ τί κώνωψ ἐγένετο, καὶ βραχύτατον ὄν, ἓξ πόδας ἔχον, ἔχει καὶ πτερά, probabilissime sic restitutum iri censeo, postquam varietatem lectionis, quam praebet utriusque Epitomes Cap. X integram accuratius cognovi: διὰ τί κώνωψ ἐγένετο, καὶ βραχύτατον ὢν ζῶον, ἓξ πόδας ἔχων, καὶ πτερὰ φέρει. Participium ὂν nihil aliud esse quam secundam syllabam vocabuli ζῶον, odoratus est etiam Uhlhornius in libro elegantissimo: „Die Homilien und Recognitionen des Clemens Romanus nach ihrem Ursprung und Inhalt dargestellt.“ Gottingae 1854 edito, p. 158, adn. 8. — V. 7 sqq. haec edita reperiuntur: ὁ δὲ μετὰ τὴν πεῦσιν τὸν ἐμποδισθέντα ἀναλαβὼν λόγον, ὡς πρὸς τὴν πεῦσιν ἀποκρινάμενος, τὸν αὐτῷ ἀπ' ἀρχῆς προκείμενον ἀνελάμβανε λόγον. Mirum est, unum ex editoribus — Schweglerum dico — offendisse in verbo ἀποκρινάμενος, quod sanissimum est; nullum vero in abundante oratione, qua hic locus laborat. Opportune cod. O. Epit. Dr. pro ἀνελάμβανε praebet: συνεπέραινε. Videntur verba ex binis recensionibus in unum esse compacta. In una recensione erat: ὁ δὲ μετὰ τὴν πεῦσιν τὸν ἐμποδισθέντα ἀναλαβὼν λόγον, ὡς πρὸς τὴν πεῦσιν ἀποκρινάμενος, συνεπέραινε, in altera: ὁ δὲ, ὡς πρὸς τὴν πεῦσιν ἀποκρινάμενος, τὸν αὐτῷ ἀπ' ἀρχῆς προκείμενον ἀνελάμβανε λόγον. Fieri etiam potest, ut in recensione, quam priore loco posui, non fuerint verba: ὡς πρὸς τὴν πεῦσιν ἀποκρινάμενος. — V. 12 sq. in verbis: μάρτυρας παρέχομεν ὑμῖν τῶν ἐξ ὑμῶν παρεστώτων πολλούς, Schweglerus pro τῶν ἐξ ὑμῶν reponendum esse opinabatur: ἐξ ὑμῶν τῶν. Mea quidem sententia verba ἐξ ὑμῶν adnotata erant ad verba τῶν παρεστώτων a lectore aliquo, significaturo, non esse cogitandum de iis, qui orationibus et miraculis Christi interfuissent, sed de iis, qui inter auditores Barnabae essent.

P. 34, 3 in codd. Epit. Dr. C. X scriptum reperitur: εἰπεῖν οὐκ ἔστιν εὔκαιρον, ut in cod. C., aptiore, ut videtur, verborum ordine, et in cod. V. Epit. Dr.: τὸν τῶν, quae varia est lectio in Epit. prior. C. XI, neque ea verisimilitudinis specie destituta. — V. 9 pro ὡς ἐκ τῶν cod. orient. Tischendorf. et codd. Epit. Dr. C. XI porrigunt: ἐξ ὧν. Haec scriptura, cujus etiam in cod. O. vestigium aliquod reperitur, praeferenda videtur. — V. 10 loco vocabuli βουλήσεως in cod. O. Epit. Dr. scriptum reperitur θεότητος, quae scriptura maximopere placet, cfr. p. 36, 10. — V. 15 post βουλομένης commate, quod vocant, incidendum erat. In sequentibus verbis pro πρὸς τῷ cod. orient. Tischendorf. et codd. Epit. Dr. praebent: πρὸς τό. Nescio an scribendum sit: πάρεστε ὑμεῖς πρὸς τό, τῷ μὴ νοεῖν τὸ ὑμῖν συμφέρον, ἐπὶ τῇ ὑμετέρᾳ βλάβῃ γελᾶν cett. — V. 16 delendum est comma post βούλεσθε.

P. 35, 1 in utraque Epit. scriptum reperitur: εἰκῇ, et: οὐκ ἀληθεῖς, quae scriptura non minus placet quam vulgata. Cfr. p. 49, 4. — V. 2 sq. Dresselius secundum cod. O. scribere debebat: πολλὰ γὰρ παρ' (sic cod. O.) ὑμῶν ῥήματα. Praepositio παρ' invenitur etiam in codd. Epit. Dr. — V. 3 sq. cod. O. Epit. Dr. pro ὑμῶν offert: ὑμῖν, quae lectio aliquam habet veritatis speciem. — V. 7 in codd. Epit. Dr. aeque atque in Epit. prior. scriptum reperitur: κόσμου προαιρέσεις εἰδώς, ἑκάστῳ cett. Varietatem lectionis qui accurate perpenderit, concedet, opinor, non patrocinari correctioni a Davisio propositae.

P. 36, 9 cod. orient. Tischendorf. et codd. Epit. Dr. genuinam porrigunt scripturam: ἀπασχολοῦντες.

P, 37, 1 cod. O. Epit. Dr. praebet βίαν. Num librarius voluit: πρὸς βίαν? — V. 2 sqq. aut βραχέα aut ὀλίγον delendum erat. Sunt haec verba ex binis diversis recensionibus deprompta. Neuter cod. Epit. Dr. porrigit ὀλίγον. — Quae in Epit. alter. C. XII versus finem et C. XIII. ab initio sunt diversa ab illis, quae in Hom. p. c. v. 4 ex codd. C. et O. edidit Dresselius, ex iis nihil recipi posse videtur, nisi forsan particula μὲν in verbis ἐμοῦ μὲν γὰρ et particula ὡς ante verba καὶ — θέλων. Contra verba Epi-

tomes: φανερῶς δή μοι ἀποκαλύψας, secundum verba Homiliarum: φανερὸς δ' ἦν μοι ἀποναρκήσας, corrigenda et ad sequentia trahenda sunt. — V. 10 sq. cod. orient. Tischendorf. praebet: τῆς ζωῆς χρόνον, ita tamen ut in margine adscriptum sit: γρ. βίον. Illud flagitabat jam Davisius, in textum recepit Tischendorfius. Summa injuria; quamquam in Homil. II, 28, p. 63, 5, et alibi invenitur testata locutio: ζωῆς χρόνος. Dictio ζωῆς βίος saepius usurpata reperitur ad vitae tempus significandum. Exempla congessit G. Dindorfius in Thesauri Stephani ed. Paris. Vol. II, p. 253, s. v. Βίος. Subinde pro ὁ δὲ Epit. prior., cod. orient. Tischendorf., codd. Epit. Dr. praebent: αὐτὸς, quo vocabulo recepto sermo non jam ἀνακόλουθος erit. At videtur id correctori deberi. — V. 13 quod Dresselius ex cod. O. recepit: τὰ ἄλλα σημεῖα, ferri nullo pacto potest. At scribendum forsan: ἀλλὰ τὰ σημεῖα. — V. 16 sq. haec leguntur e codd. C. et O. edita: εἰ μὴ ὅτι αὔριόν τι ἀπαιτῶ ὀφειλόμενόν μοι, ἐξ αὐτῆς ἄν σοι συνέπλεον. Quae quin corrupta sint, quamvis nullum adhuc offenderint, non videtur dubitari posse. E codd. Epit. Dr. nullam lectionis varietatem enotatam reperio, qua quis in loco emendando uti possit, sed Epit. prior auxilium fert, C. XIII haec praebens verba: ὡς εἰ μὴ αὔριον ἔμελλον vel ὤφειλον ἀπαιτῆσαί τι τῶν ὀφειλομένων μοι. Clarum est enim, post εἰ μὴ intercidisse: ἔμελλον; porro scribendum esse aut: τι ἀπαιτεῖν ὀφειλόμενόν μοι, aut — id quod probabilius videtur —: τι ἀπαιτῆσαι τῶν ὀφειλομένων μοι. Ambigi potest, utrum ὅτι de sede sua motum et ante εἰ μὴ collocandum sit, ita ut respondeat voci ὡς, quae est in Epit. pr., an nihil aliud sit quam extrema syllaba verbi ἔμελλον.

P. 38, 3 codd. Epit. Dr. C. XIV praebent genuinam scripturam: καὶ διαδεκαπέντε, ut cod. Reg. 804 et Epit. prior. — V. 5 in iisdem libris mscr. recte scriptum: φανέντος, pro: εἰσφανέντος. Importuna praepositio εἰς orta est forsan ex syllaba -οις supra ultimam syllabam antecedentis vocabuli Ἰουδαίᾳ scripta. — Ad v. 9 cfr. adnot. 6 ad Epit. prioris C. XIV et quae infra observabuntur ad p. 57, v. 8. — Qui v. 13 sqq. legitur locus, in hanc fere speciem redintegrandus videtur: — ἐπηγγειλάμην σοι, ὦ ἀπαύστως, ὡς εἴσῃ ἐκ ταυτομάτου, τὰ κατὰ σὲ καλὰ ὄντα ἀψευδῶς ἀντέβαλλον cett. Verba ὡς εἴσῃ ἐκ τ. significant: „ut cognosces ultro". Certe verum existimo inventum: εἴσῃ. Quod apud Dresselium de conjectura pro cod. C scriptura ὡς εἰσοὶ editum reperitur, ὡς εἴσιθι, „igitur ingredere", ferri jam propterea non potest, quod, sicuti paullo ante expressis verbis narratum est, Barnabas Clementem jam „introduxit in locum ubi erat Petrus". Postrema enuntiati verba: ὡς αὐτὸν γλίχεσθαι καὶ ἰδεῖν σε, sine caussa a Schweglero esse in suspicionem vocata, vix opus esset monere, nisi Epitome prior revera scriptum praeberet: καὶ αὐτὸν. Dicit scriptor, Petrum non acquiescere in eo, quod de Clemente illa audiverit, sed ardenter cupere hunc etiam videre.

P. 39, 1 nescio an scribendum sit: Ὁ δὲ ἀγαθὸς Πέτρος προσπηδήσας cett. Cfr. adnot. ad p. 40, 8. — V. 2 codd. Epit. Dr. praebent καθεσθῆναι, ut cod. C. Non liquet, quo jure Schweglerus illam scripturam et Dresselius scripturam ἐγκαθεσθῆναι in καθισθῆναι et ἐγκαθισθῆναι mutaverint. — V. 5 iidem libri mscr. ita scriptum exhibent: ὡς γὰρ σὺ τὸν τῆς ἀληθείας πρεσβευτὴν ὄντα ἐξένισας cett. Recte, ut videtur. — V. 7 sq. in codd. Epit. Dr. invenitur: — ὅτι βραχεῖαν νῦν δανείσας χάριν, προαίρεσιν λόγων καλῶν, ἀϊδίων cett. Et sic scribendum est, assumpto tamen ex codd. O et C vocabulo λέγω. — Iidem libri v. 9, ut Epitome prior, pro ἀντιβάλλειν porrigunt: ἀντιβάλλων, et v. 10: ἀπήγγειλλε pro ἀντέβαλε, quae variae lectiones maxime placent. Sed ἀντέβαλε ego mutare non ausim. — V. 16 sq. in verbis ὡς ἵνα simul positis novum agnoscere est dissographiae exemplum. Alterutrum vocabulum hic et Epit. pr. C. XVI est delendum.

P. 40, 1 cod. V. Epit. Dr. porrigit: ἐγὼ δὲ ἔλεγον. Hanc scripturam haustam esse ex archetypo, quod non contineret praegressa verba: Κἀγὼ ἐξεθέμην — γράφω, liquet ex Epit. prior. C. XVI. Ergo in Epit. alter. C. XVI

praeferenda erat cod. O lectio: ἔλεγον δὲ, ut in Homiliis. — V. 5 in cod. orient. Tischendorf. recte scriptum est: δίκαιον καὶ ἀρέσκον, neque displicet ejusdem libri scriptura, jure nunc etiam in Epit. prioris C. XVI recepta: γέγονεν ὁ κόσμος. — V. 8 in eodem invenitur: ὁ δὲ Πέτρος πρὸς cett., quae scriptura, veri illa similior quam vulgata, est etiam in codd. Epit. Dr. — V. 11 quae sunt verba, in cod. orient. Tischendorf. et in codd. Epit. Dr. sic scripta inveniuntur ut in cod. O., nisi quod ille praebet συντροφίᾳ πονηρᾷ, ut Epit. pr., hi autem haec duo verba plane omittunt. Et profecto ea nihil aliud videntur esse quam varia lectio ad verba συνηθείᾳ δεινῇ adscripta. — V. 12—16 in Epit. alterius prorsus ita scripti reperiuntur ut in cod. O., nam scriptura ἐπιθολῶσαν aperte nihil aliud sibi vult quam: ἐπιθολώσαντα. Lectio cod. Angelici supra p. 16 in Epit. prioris C. XVII recepta, quatenus ei praestet, quam reliqui Epit. prioris libri mscr. praebent, equidem non intelligo. Et quis, illa ipsa verba in loco Homiliarum reponenda esse, persuadere sibi possit? At scripturae, quae reperiuntur in codicibus Epitomarum, favent ei, qui Homiliarum locum censeat ita refingendum esse: ὥσπερ καπνοῦ πλῆθος εἰς ἕνα οἶκον ἥκοντα τὸν κόσμον cett.

P. 41, 3 sq. oportet verbum ὢν ante τοῦ πυρὸς collocetur, aeque atque ὄντα in verbis, quae porrigit Epit. alter. C. XVII: τὸν δὲ ἔντος τοῦ πυρὸς ὄντα ἐκβληθῆναι καπνόν. — V. 16 articulus τὰ, quem Dresselius ex cod. O. recepit, ferri omnino nequit. Videtur is ex ultima antegressi verbi ἐπιγνόντα syllaba bis scripta ortus esse.

P. 42, 6 nescio an scriptum fuerit: τῇ περὶ τοῦ προφήτου ὁμιλίᾳ, similiter atque paullo infra v. 8 scriptum est: τὸν περὶ προφήτου λόγον, et p. 43, 10: τῶν περὶ προφήτου λόγων. — V. 8 sqq. quae leguntur, eum in modum corrupta esse persuasum habeo, ut ipsa scriptoris verba restitui nequeant. Scripturam κελεύσαντα propius accedere ad id, quod verum est, quam scripturam κελεύσαντος, mihi non videtur credibile, quamvis intelligam, vocem αὐτοῦ solam stare posse, si cum antegressis verbis construatur. Veri est simile, post αὐτοῦ κελεύσαντος, quae verba cum antecedentibus conjungenda videntur, plura excidisse verba, hanc fere sententiam continentia: „collaudabar ab ipso, quod mentem ipsius aeque bene reddidissem ac si ipse scriptionem composuisset; quo facto“ cett. Ceterum cfr. quae disputavit Uhlhornius l. c. p. 101 sq. — V. 11 pro ὅμως scribendum censeo: ὁμῶς.

P. 43, 6 vix opus est ut moneam, scripturam τὸ λοιπὸν, quam exhibent codd. Epit. utriusque C. XIX pro priore τοσοῦτον, genuinam esse habendam.

P. 44, 3 offendebat jam Davisius in verbis καὶ ταχέως λαβεῖν et καὶ βραδέως μὴ τυχεῖν simul positis. Is corrigenda esse verba: καὶ βραδέως μὴ τυχεῖν, censebat. Schweglero contra eadem transferenda videbantur in sequentem versum. Ego non dubito, quin illarum dictionum idem significantium una ex alio quo exemplari ad alteram adscripta atque sic temere verborum in ordinem illata sit. — De v. 2 cfr. adn. ad p. 231, 2.

P. 45, 8 codd. Epit. Dr. et cod. or. Tischendorf. offerunt formam Αἰνέας, ut cod. O., pro qua nollem scriptum esset: Αἰνείας. Cfr. etiam adnot. 6 ad Epit. prioris C. XX. — V. 10 scribendum est: μήν γε, et cum Epit. pr. et cod. O. omittenda copula καὶ, quae est ante ὁ τοῦ Σαφρᾶ, jam propterea, quod sic demum sedecim enumerantur personae. — V. 13 reponendum est: τὸν προκείμενον ἐγκόψας λόγον, aeque atque infra p. 163, 4 scriptum invenitur: τὸν λόγον ἐγκόψας. Etiam p. 371, 6 confusa sunt verba ἐκκόπτειν et ἐγκόπτειν, neque enim dubito, quin pro ἐκκόψας scribendum sit: ἐγκόψας. Vocabulo ἐγκοπὴ usus est hic scriptor p. 33, 10. His dudum scriptis cognovi, codd. Epit. alterius et binos codd. Epit. prioris hoc loco revera praebere ipsam scripturam: τὸν προκείμενον ἐγκόψας λόγον.

P. 46, 7 nescio an reponendum sit: εἰ μὲν ἀνύει τίς τι, vel: ἀνύει τι, et v. 19: τοῦτο χαρίζου — τὸ τὸν περὶ cett., cfr. p. 47, 17.

P. 47, 9 interpungendum est: δύναται — τοῦτο οὐκ cett. — V. 16 sq. Schweglero ἐνεδρευθῆναι, vel simile aliquid post νομίσαντας, mihi participium tale, quale ἐνεδρευθέντας, post εὑρήσεις intercidisse videtur.

P. 48, 14 sq. Dresselius minus recte ex cod. O. recepit: ἃς μὲν, et: ἃς δέ, non mutatis simul verbis: ποῖα μὲν, et: ποῖα δέ. Fieri potest, ut duplex exstiterit scriptura haecce: τῶν παρισταμένων αὐτοῖς ὑπολήψεων ἃς μὲν et ἃ μὲν ἀποδοκιμάζουσιν, ἃς δὲ et ἃ δὲ κρατύνουσιν, ὥσπερ εἰδότες, μὴ εἰδότες, ποία μέν ἐστιν ἀληθής, et ποῖα μέν ἐστιν ἀληθῆ, ποία δὲ ψευδὴς et ποῖα δὲ ψευδῆ.

P. 50, 7 scribendum: θέλῃ.

P. 51, 6 codd. Epit. alterius et plurimi codd. Epit. prioris habent: Ἀνάγκη γὰρ πᾶσα, φύσει cett., ut cod. C. Summa injuria Dresselius e cod. O. recepit scripturam πάσῃ φύσει. Non muto hanc sententiam, quamquam supra p. 20, adnot. 3 ad Epit. pr. C. XXIII secus statutum reperio. Illud ipsum reperitur etiam paullo infra p. 52, 2, et Epit. alter. C. XXIII. — V. 7 codd. Epit. praebent genuinam scripturam ποῦ τὸ, v. 8 apte omittunt ἐνίοτε, et v. 10 recte post ἐτελεύτησαν interpunctionis signum habent. — V. 11 cod. V. Epit. Dr. praebet: οὐκ ἄλλως δίκαιος, cod. O. Epit. Dr. pro particula δὲ, quae in codd. C. et O. et in Epit. pr. invenitur, praebet γε. Prior scriptura praeferenda videtur. Etenim quum appareat, quam facile vox δὲ e prima vocabuli δίκαιος syllaba bis scripta oriri potuerit, facile aliquis conjiciat, vocem γε deberi correctori alicui, qui particulam δὲ ineptam esse sensisset. Accedit quod hic scriptor alibi ad dictionem οὐκ ἄλλως non solet addere particulam γέ. — V. 15 codd. Epit. habent τῶν ἀγαθῶν, quod magis placet quam id, quod editum est. Facile alicui in mentem veniat, vocem ὧν, quae in cod. O. reperitur ante ἀγαθῶν, corruptam esse ex ipso illo τῶν. Sed fieri potest, ut novae lectionis indicium contineat. Conjicere enim licet, scriptum fuisse: ὧν ἄξιός ἐστιν ἀγαθῶν, vel similiter. — V. 16 sq. in cod. O. Epit. Dr. scriptum est: καὶ ὅτι κρίσις γίνεται καὶ ὅτι αἱ ψυχαί. Quae scriptura minime est probanda, nisi quod articulus αἱ, qui etiam in Epit. pr. reperitur, non displicet. Debetur ea alicui, qui vocabulum ὅτι in initio enuntiati positum non recte interpretaretur, id quod etiam Schweglero videtur accidisse Is enim haec adnotavit: „Tum ἐπεὶ, τοίνυν p. ὅτι τοίνυν Epit. c. 23, quod unice rectum; ἐπεὶ protasin resumit“. At quis non intelligat, delendum esse comma, quod est post ἐπεὶ, hanc autem vocem esse interpretationem vocis ὅτι, idem quod διότι, „quoniam“, significantis? — V. 18 codd. Epit. Dr. praebent: δίκαιον. Nollem Dresselius oblitus esset adnotare, utrum hanc scripturam in cod. O. repperisset, an eam, quam verborum in perpetuitatem recepit.

P. 52, 3 post ὅτι aut ἐν excidit (quod sine dubio factum esse nimis confidenter contendit Schweglerus, et post eum Dresselius adnot. 11 ad Epit alt. C. XXIII; nihil enim demonstrat quod mox subsequitur: ἐν ἀνθρώποις), aut ἐπί. — V. 5 scribendum erat ἔστιν. — V. 9 sq. commatis signum non post ἀλήθειαν, sed post ἀνθρώπους locandum erat. — V. 11 delenda esse existimo verba: ἀπαρχῆς αὐτὸς εἷς ὢν καὶ μόνος Θεός. Videntur enim ea, non verba εἷς ὢν αὐτὸς v. 10 posita, a seriore manu addita esse. Ambae autem dictiones in uno eodemque enuntiato tolerari nequeunt.

P. 53, 3 sqq. in verbis: διὰ τοῦτο — ἐπέρχονται, lacunam esse post ἑπομένως vel ἑπόμενοι statuendam persuasum habeo.

P. 54, 3 sane quam mirum est, in verbis: καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ — Ἀβραὰμ δύο πρῶτοι γεγόνασιν, πρῶτος Ἰσμαήλ, εἶτα Ἰσαὰκ ὁ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εὐλογημένος, homines doctos patienter tulisse vocabulum πρῶτοι. Scribendum opinor: δύο διάφοροι. Ceterum post Ἰσμαὴλ aliqua verba videntur excidisse hujus viri fortunam indicantia. — V. 7 sqq. haec reperiuntur: Ὁμοίως ἡ γὰρ πρὸς Ἡλίαν (sic) συζυγία ὀφ εἴλουσα ἐλθεῖν ἑκοῦσα ἀπελείφθη εἰς ἕτερον καιρόν, ἄλλοτε εὐκαίρως αὐτὴν ἀπολαύειν βουλευσαμένη. In quibus bina inesse menda perspicuum est. Conjiciat aliquis, pro γὰρ scribendum esse: γε, et pro αὐτὴν aut: αὐτῆς, aut: αὐτῇ τι.

P. 55, 1 praestare censeo cod. C. scripturam: μετὰ τοῦτο. Quippe accurate locuturo dicendum erat: „post Christi adventum“, non: „post

Christum". — V. 5. Dresselio lectionem πιστεύεται lectioni πεπίστευται praeferendam esse judicanti ut adstipuler, tantum abest, ut etiam v. 8 perfectum ἤκουσται pro praesenti ἀκούεται reponendum esse censeam. — V. 16 Dunckerus monet pro διαφόροις scribendum esse: ἀδιαφόροις, comparans Pseudoorig. Ref. haeres. 7, 36, p. 258, 94 ed Miller.: ἀδιαφορίαν βίου τε καὶ γνώσεως, ubi postremum vocabulum corruptum esse arbitratur ex: βρώσεως. Cfr. adn. ad p. 283, 12. — V. 18 post συμμεταλαμβάνειν intercidisse: δεομένη, ut Davisio, sic etiam mihi in mentem venit.

P. 56, 3 corrupta esse verba: ὁ τὴν ἀρχὴν διὰ τὸ μὴ ἐξεῖναι θεραπεύειν ὡς ἐθνικὴν μείνασαν ἐθεράπευσεν, in promptu est; non item, quomodo emendanda sint. Scribendumne: μὴ ἀνύσας (sc. τὸ θεραπεύειν) pro: μείνασαν? — V. 5 recipienda erat cod. O. scriptura: Αὕτη. — V. 10 pro παῖδας reponendum: παιδία, vel: παιδάρια.

P. 57, 6 scribendum esse: Ὧν, pro: Ὡς, primo obtutu intellexi. Illud ipsum invenitur in cod. orient. Tischendorf. et in codd. Epit. Dr. — V. 8 codd. Epitomarum pro τίνα τε praebent: καί τίνα. Ante haec vocabula excidit verbum aliquod finitum ad antegressa pertinens. Forsan locus ita restituendus: τίνος τε ὢν καὶ τίς πόθεν ἥκει, τίνα τε ἐστὶν cett. Probatur haec conjectura, ut nunc ipsum video, simili loco qui est in utriusque Epit. C. XIV. Quippe in Epit. priore scriptum legitur: — ἀντιβάλλοντες ἦσαν, τίς τέ εἰμι καὶ πόθεν ἥκω, in altera: τίς τε ὢν καὶ πόθεν ἥκω, ita tamen, ut cod. O. particulam καὶ omittat. At potius scribendum erat: καὶ τίνος πόθεν ἥκω. — V. 13 propono scribendum: καὶ κρείσσων αὐτοῦ cett. Mira sunt quae edita leguntur in Epit. prioris C. XXV. — V. 15 sq. codd. Epit. Dr. habent: προσηγορίᾳ, ut C. et codd. Epit. pr., quae forma praeferenda videtur. In sequentibus Epit. alterius verbis supra p. 140, C. XXV editis pro ζῆν scribendum erit: ζῶν, et post φθορᾶς inserendum: ὥστε, quod praebet Epit. prior. Versus finem ejusdem cap. in utraque Epit. pro προσλήψει reponendum erat: προλήψει.

P. 58, 4 corrupta esse verba: μέχρι αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ ἀσεβεῖν, ego persuasum habeo. Scribendum videtur: μ. ἀ. τὸν Θεὸν ἀ. Dictio ἀσεβεῖν τινα nota est. Μέχρι αὐτοῦ significat: „usque eo, in tantum". — V. 8 codd. Epit. Dr. et plurimi Epit. prioris codices habent: Τὸ δὲ παρεισελθεῖν αὐτὸν εἰς τὸν τῆς θεοσεβείας λόγον. Scripturam θεοσεβείας, quae reperitur etiam in cod. C., veram esse, demonstrat tam v. 5, ubi Simon τῇ θεοσεβείᾳ κεχρημένος dicitur, quam usus verbi παρεισελθεῖν. Non obstant loci, qui sunt p. 60, 16 sq. et p. 62, 10. Aliter judicatum est in adnot. 2 ad Epit. prioris C. XXVI. — V. 16 speciose Dunckerus monet, pro τῆς σελήνης, ἧς ἡ legendum esse: τῆς σελήνης ἡ. Est ea Davisii conjectura, commemorata a Dresselio adnot. 3 ad Epit. alterius C. XXVI. Mihi in mentem venerat, scriptum fuisse: τὰ τῆς σελήνης, quae dictio idem significare potest atque ἡ σελήνη.

P. 61, 1 aeque atque in C. XXVII Epit. alterius Dresselius recipere debebat scripturam: πολὺ μανείς, etiam a quibusdam Epit. pr. codicibus oblatam, vid. adnot. 5 ad Epit. pr. C. XXVII. — V. 3 sqq. codd. Epit. Dr. habent idem, quod codd. C. et O: ὡς αὐτὸς ἔτι ὡς φίλος φίλοις ἐξέφανεν. Quae verba quum corrupta esse intelligeret Schweglerus, ὢν φίλος scribendum esse censebat ex Epit. pr. C. XXVII: ὡς αὐτὸς ἔτι φίλοις οὖσιν ὑμῖν οἷα φίλος ἐξέφανεν. Sed omnino non-liquet, quomodo illa conjectura capi possit ex his verbis. Potius duce Epit. pr. reponendum erit: ὡς αὐτὸς ἔτι φίλοις οὖσιν ὡς φίλος ἐξέφηνεν. — V. 6 in cod. O. Epit. Dr. reperitur ἐν ante ἐνδοτέρῳ οἴκῳ, quam ego genuinam esse scripturam arbitror. Videtur autem secundum Epit. priorem scribendum esse: ἔν τινι ἐνδ. οἴκ. — Subinde in utraque Epit. desunt verba, quae leguntur v. 7 sqq. inde a φάσκων usque ad διὸ ἀσεβείας, p. 62, 3. E quibus verbis hominibus doctis molestias creaverunt ea, quae sunt v. 9 sqq., nuper etiam ab Uhlhornio tractata, l. c., p. 282, adn. 1, qui, si non ea, quae vera sunt, at tamen similia veris videtur invenisse, quamquam non vidit, pro πῆξαν reponendum esse: πήξας.

P. 62, 9 codd. utriusque Epit. omittunt particulam *καὶ*, ut cod. O., quem sequi debebat Dresselius. — V. 15 neque *τὰ τούτοις νομιζόμενα* neque *τὰ τούτοις μείζονα νομιζόμενα* verum esse posse, clarum est. Variarum lectionum recensum praebet adnot. 1 ad Epit. prioris C. XXIX; cfr. etiam adn. 1 ad Epit. alterius C. XXIX. Quibus accurate perpensis censeo a principio scriptum fuisse: *τὰ τούτοις ὅμοια ἢ καὶ μείζονα.* —V. 17. pro *αὐτὸν* scriptum fuisse videtur: *αὐτοί.*

P. 63, 5 codd. utriusque Epit. habent: *πλουτήσῃς*, quam scripturam veram esse existimo. — V. 6. in cod. O. Epit. Dr. invenitur scriptum: *καὶ τὰ ἀσεβῶς.* Forsan recte.

P. 64, 2 scribendum est: *σὲ μέν.* — V. 13 legendum esse: *ἐξορκίζοντος*, olim censebam. Nunc video, hanc ipsam esse lectionem Epit. prioris.

P. 65, 7 pro *φῇς*, quod Schweglerus ex Epit. recepit, in cod. O. Epit. Dr. invenitur: *ὡς λέγεις*, in cod. V. Epit. Dr.: *λέγεις.* Ergo v. 6 sq. scribendum: *ὥστε ἐὰν* (vel *ὥστ᾽ ἄν*, quam ipsam scripturam praebet cod. C.) — *φῇς* vel *λέγῃς*, aut: *ὥστε εἰ — φῇς* vel *λέγεις.* Cfr. Epit. prioris C. XXXIII. — V. 12. reponendum est: *ἀπειλήσας*, quod, ut nunc ipsam sentio, revera praebet utraque Epitome.

P. 66, 4 valde mirum est, Davisium et Schweglerum offendisse in dictione: *αὐτοὶ παρόντες*, qua quam saepe usi sint scriptores graeci, notum est in vulgus; neque ullam caussam idoneam video, cur verba ita transponamus, ut placuit auctori adnotationis 7 ad Epit. prioris C. XXXIII.

P. 67, 4 scripserim: *Τὰ μὲν οὖν ἀνωφελῆ σημεῖά ἐστι.* — V. 9 verbum *προσαπατᾶν*, „insuper decipere", non est aptum ad sententiam. Quum praesertim cod. C. scriptum habeat: *πρὸς ἀπατᾶν*, reponendum esse censeo: — *μὴ γινόμενά πως, ἀπατᾶν* cett. — V. 10 sqq. quae leguntur verba, quamvis pro sanis habeantur, binis vitiis laborare certum est. Videntur mihi in hanc speciem refingenda esse: — *ἀληθείας σημεῖά ἐστι τὰ φιλάνθρωπα, ἅτινα ἠκούσατε τὸν κύριον πεποιηκότα, κἀμὲ μετ᾽ ἐκεῖνον εὐχαῖς κατορθοῦντα, ᾧ* (codd.: *ὧν*) *οἱ πλεῖστοι παρεστήκατε, οἱ μὲν — ἀκοάς, καὶ ἄλλα, ὅσα* cett.

P. 68, 1 sq. haec edita habentur verba aperte corrupta: *ἐπεὶ τελείως θέλεις, μετὰ τοῦ γινώσκειν, ὅτι σοι ἡμεῖς — ἑτοίμως ἔχομεν.* Cod. O. praebet: *ἐπιτελειὼς θέλεις.* Scribendum videtur: *ἐπιτελειώσας ἃ θέλεις, μετάδος τοῦ γινώσκειν* cett. — V. 14. interpungendum videtur: *διό* (sc. *ἴσως εἰς τὴν σὴν γέγονεν ὠφέλειαν*), *ὡς ἰδίῳ σοι ὄντι οὐκ ὀκνήσω λέγειν.*

P. 69, 4 verisimilius est, scripturam: *τῶν γὰρ μελλόντων*, e scriptura: *τῶν μελλόντων γάρ*, quam hanc ex illa natam esse.

P. 70, 4 nollem Dresselius recepisset vocem *αὐτοῦ* ab utroque cod. praebitam. — V. 18 credibile est, vocabulum *θεοῦ* primo locatum fuisse post *ἀγαθοῦ.*

P. 71, 3 nescio an praestet cod. C. scriptura: *παραλείποντες.* — V. 10. recipienda est cod. O. scriptura ad sententiam aptissima. — V. 11. pro *ὑπὸ* scribendum est aut: *ἐπί*, aut: *ὑπέρ.* Hoc alterum versimilius esse credat aliquis propterea, quod paullo ante, v. 2, positum invenitur: *τῶν ὑπὲρ Θεοῦ εἰρημένων.* — V. 14, post *πῶς* aut excidit verbum tale, quale est *γινώσκω*, aut delendum est vel mutandum, e. c. in *ποτε*, vocabulum *ὅτι.*

P. 72, 5 non adstipulor Dresselio, existimanti, si tribuendum sit aliquid scripturae cod. O.: *αὐτὸν τίς, οὐχ ὅσιος*, legendum esse: *αὐτόν, οὔτις ὅσιος.* Nulla omnino mutatione opus habebimus, modo scribatur: *αὐτόν τις οὐχ ὅσιος* cett., et in fine enuntiati pro signo interrogationis punctum collocetur. — V. 8. corruptae cod. O. scripturae: *εἰ μὲν*, nihil aliud videtur subesse quam: *ἡμῖν.* — Quae inde a v. 10 in cap. XLIII et quae in cap. XLIV leguntur, ea haud scio an probabilissimum sit e duabus diversis recensionibus petita esse statuere, ad quarum alteram pertinuerit ea verborum pars, quae inde a verbis: *εἰ ψεύδεται, καί τις ἀληθεύει;* v. 18 sqq., reperitur. Minus verisimile videtur, esse ea, quae verbis iisdem, vel

tantum non iisdem, vel sententia simillima repetuntur, omnino delenda. Quamquam vel sic uni saltem loco hanc medicinam facere oportebit. Nemo enim credibile esse censebit, unum eundemque scriptorem posuisse verba, quae v. 16 sq. leguntur: εἰ δὲ κακὰ κτίζει, καὶ τίς ἀγαθὰ πράξει; εἰ δὲ καὶ κακὰ ποιεῖ, καὶ τίς ἀγαθά; Immo vero luce clarius est, alterutram horum verborum partem ex alia qua recensione haustam esse. Praeterea posterius enuntiatum labeculam habet adspersam. Neque enim ferri potest particula καὶ, quae aut originem traxit e priori vocabuli κακὰ syllaba errore iterata, aut ex articulo τὰ corrupta est, quo de cfr. p. 73, 3: εἰ δὲ τὰ κακὰ αὐτὸς κτίζει, καὶ τίς ἀγαθὰ δημιουργεῖ; — Contra v. 10 excidisse aliquid videtur. Scribendum existimo: ἢ ὅτι πειράζει ὡς ἀγνοῶν· εἰ γὰρ ἀγνοεῖ, καὶ τίς cett. — Ridiculum in modum corruptus est v. 18: Εἰ δὲ τὸ πῖον ὄρος ἐπιθυμεῖ, καί τίνος τὰ πάντα; Quis non miretur, homines doctos talia de Deo dicta concoquere potuisse, etiam si linguae legibus satisfactum esset? Tu ocius corrige: εἰ δὲ τοῦ πλείονος ἐπ. cett.

P. 73, 3 sq. ferri possunt verba: εἰ ἐν γνόφῳ — σύνεστιν, si statuitur, σύνεστιν significare „conversatur", non „versatur", ut interpretati sunt. — V. 16 verba ἀχώρητος καὶ χωρούμενος, inepte interpretantur: „imperceptus et perceptus". Significat locutio χωρεῖν τὸν Θεὸν „deum recipere, capere"; cfr. e. gr. Jamblich. de Myster. p. 125, 6 et 233, 9 Parthey. Cohaerent autem illa verba arctissime cum antegressis: ταῖς τῶν ἀγαθῶν ψυχαῖς οἰκιζόμενος. Aliud quid est ἀχώρητος apud Theophil. ad Autol. I, 7. Nec tamen ideo probabile, positum fuisse: ἀχώριστος, ea vi qua praeditum est apud Xenophontem Rep. Lac. IX, 5. Cfr. Hom. XVII, 10.

P. 74, 11 propter cod. O. scripturam: τι τὸ λεγόμενον, facile adducor, ut credam positum fuisse: τι τῶν λεγομένων.

P. 75, 1 nihil mutandum videtur, modo commatis signum post Θεοῦ locatum tollatur. Construenda sunt verba πολλὰ et πρὸς: „multa respectu habito ad, multa pro". — V. 2 scribendum: οὐ μόνον ὅτι, nisi gravius quod mendum subest. — V 5 sq. in verbis: εὐκόπως ἐλεγχθῆναι δυνάμενον προέτεινας ἡμῖν, excidisse aliquid certum videtur. Fortassis sufficiet ante προέτεινας inseruisse: τι, quae vox propter sequentis literae π similitudinem facillime intercidere potuit.

P. 76, 5 quum codd. scriptura ἐξέφανε aperte corrupta sit, Schweglerus scripsit ἐξέφηνε, quem secutus est Dresselius. Et revera hae voces saepissime confusae reperiuntur apud hunc scriptorem. Sed quum aeque facile sit pro ἐξέφανε scribere: ἐξέφαινε, et scriptor paullo ante v. 2 usus sit imperfecto ἔλεγεν, haud scio an haec correctio sit praeferenda. — V. 12 error manifestus est in verbis οὔτε δὲ. Quamvis plures emendandi viae pateant, simplicissimum tamen videtur delere particulam δὲ.

P. 78, 1 sq. in verbis: μὴ τοῦτον εἶναι θεὸν ἀνώτατον, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ ἄλλον τινὰ ἄγνωστον καὶ ἀνώτατον, ὡς ἐν ἀπορρήτοις ὄντα θεὸν θεῶν, mendum inesse, facile est ad intelligendum. Sed quod in cod. O. verba ἄγνωστον καὶ omissa sunt, aut casu accidit aut, si correctori debetur, perperam factum est; nam vocabula καὶ ἀνώτατον si abessent nemo desideraret, at vocabulo ἄγνωστον omnino opus est. Conjicio equidem pro ἀνώτατον fuisse scriptum: ἀνόητον, quod vocabulum eadem fere vi, qua ἄγνωστον, praeditum esse posse constat.

P. 79, 3 sq. persuasum habeo, dissoluta sic, ut edita sunt, scripta non fuisse verba: πολὺ δυνήσεται· οὐ μόνον αὐτός cett. Videtur, puncto maximo post δυνήσεται locato, scribendum esse: καὶ οὐ μόνον cett. — V. 7 sq. male me habent verba: σπάνιοι δέ τινες οἱ μὲν αὐτῶν ἔσονται, ὡς ἐκ πλήθους ὀλίγοι, οἵτινες cett. Fieri potest, ut vocabulum ὀλίγοι nihil sit nisi vel interpretatio vel varia lectio ad vocem σπάνιοι spectans. At probabilius, opinor, conjiciat aliquis, scriptum fuisse: πλήθους οὐκ ὀλίγου.

P. 80, 1. delenda esse existimo verba τῶν ἀσεβούντων. Sunt enim superflua, quum verba τῶν ἀγνοίας αἰτίᾳ ἀσεβούντων, quae sunt p. 79, 17 sq. cum verbis τὸν ὄλεθρον construi oporteat. Porro recipienda videtur cod. O,

scriptura: οὐδὲ — προσφέρων. — V. 3 offendo equidem in verbo ἴαται. Exspectabam: σώζει. Fieri tamen potest, ut scriptum fuerit: τοὺς δὲ ἀγνοοῦντας οὔκ (sc. σώζει), atque librarius quis, cui aliquid deesse videretur, perperam addiderit verbum ἴαται. — V 11 scribendum est: κολασθῆναι ἐφ' ὧν ἔπραξε, cfr. v. 13. — V. 12 post ἔπειτα inserenda videtur particula δὲ. — V. 14 sqq. quae leguntur verba admodum corrupta si fas sit tentare, ego scripserim: ἴσως δὲ ἡ τῆς εὐσεβείας ὑπερβολῇ ἢ καὶ τῆς ἱκεσίας (sc. ὑπερβολῇ) καὶ τοῦ κολασθῆναι ἀπολυθήσεται, συγγνώμην τῆς ἁμαρτίας μετὰ τῆς μετανοίας δεδωκυίας τῆς ἀγνοίας. Postremos genitivos absolutos, quos vocant, esse statuo. Dunckero in mentem venit, pro ἁμαρτίας scribendum esse: τὴν αἰτίαν.

P. 81, 3 nescio an reponendum sit περιττὸν ex marg. cod. C. Certe πέμπτον nullo pacto videtur ferri neque alio quo modo probabiliore corrigi posse. — V. 13 scribendum videtur τῆς pro αὐτῆς. — V. 17: τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου θεοῦ. — V. 18 ego quidem haud aegre carebo voce ἀνθρώπων, quae quam facile ex v. 15 in hunc versum transferri potuerit, neminem latebit.

P. 82, 12 sq. secundum cod. O. scribendum est: — κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ μοναρχίας τολμᾶν θέλων, πολλὰς — φωνὰς ἐνεγκεῖν ἔχει, ὅτι cett. Verbo ἔχειν hic scriptor similiter usus est etiam v. 14 et v. 17.

P. 83, 2 reponendum est: εὕρῃ.

P. 84, 4 in verbis: πάθη, τόπους, ὅρους, post vocabulum τόπους excidisse: ἐμπροθέσμους, τρόπους, ostendit locus, qui est p. 85, 3 sq. — V. 9 recipienda est Davisii emendatio: πνευμάτων.

P. 85, 3 haec edita leguntur: ἐπιστάμενα τεθαρρηκὼς ἐξετίθετο, ὡς προέλεγον, σαφῶς, πάθη, τόπους. At primum quidem pro ἐπιστάμενα, quae cod. O. scriptura corrupta est, recipienda erat cod. C. lectio: ἐπιστάμενος. Deinde quod recentiores editores, Davisio obsecuti, pro utriusque codicis scriptura προέλεγεν scripserunt: προέλεγον, male est factum, id quod jam ex eo apparet, quod προλέγειν profecto non significat „antea dicere", sed: „futura praedicere", cfr. v. 4 sq. Jam, quum cod. O offerat: ὧν προέλεγεν, ei, qui comparaverit verba simillima paullo supra, p. 84, 3 posita: Διὸ τεθαρρηκότως ἐξετίθετο περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι, λέγω δὲ πάθη, τόπους cett., consentaneum videbitur esse, hoc loco scriptum fuisse: ἐξετίθετο περὶ ὧν προέλεγεν. Quae si recte sunt disputata, necesse est in postremis verbis inesse mendum sumamus. Sunt ea sic restituenda, ut aut pro σαφῶς scribatur: σαφηνίζων, aut post σαφῶς inseratur verbum tale, quale est δηλῶν. Sic verba: πάθη cett. habent, unde pendeant. — V. 9 scribendum esse: ὁμῶς, Dunckerus monet. Jam Cotelerius interpretatus erat: „pariter".

P. 86, 1 sqq. in verbis: Θεοῦ τοῦ τὰ πάντα πεποιηκότος τὸ μέγα καὶ ἅγιον τῆς προγνώσεως αὐτοῦ πνεῦμα εἰ μὴ τῷ ὑπὸ χειρῶν αὐτοῦ κυοφορηθέντι ἀνθρώπῳ δῴη τις ἐσχηκέναι, cett., ferri non posse vocabulum αὐτοῦ, quod est ante πνεῦμα, certum videtur. Posueratne scriptor: — τῆς προγνώσεως πνεῦμα εἰ μὴ αὐτῷ τῷ cett.? — V. 6 scribendum est: ἀπατηθῇ. — V. 16 variae lectiones τοὺς ἀληθείας et τῆς ἀλ. eo ducere videntur, ut scriptum fuisse existimemus: τοὺς τῆς ἀλ.

P. 88, 6 sqq. haec reperiuntur verba: ἐὰν τῷ ὑπὸ χειρῶν Θεοῦ κυοφορηθέντι ἀνθρώπῳ τὸ ἅγιον Χριστοῦ μὴ δῷ τις ἔχειν πνεῦμα. Nullumdum offendisse in vocabulo Χριστοῦ, est quod mireris. Reponendum est: κτίστου, h. e. Θεοῦ τοῦ κτίσαντος αὐτόν, ut ipsis utar hujus scriptoris verbis, p. 89, 3 positis. — V. 9 sqq. editum est: ἐὰν ἑτέρῳ μὲν μὴ δῴη ἔχειν, ἐκεῖνον δὲ μόνον ἔχειν λέγοι, ὃς ἀπ' ἀρχῆς αἰῶνος ἅμα τοῖς ὀνόμασι μορφὰς ἀλλάσσων τὸν αἰῶνα τρέχει, cett. Quum praesertim cod. O. pro δῴη praebeat: δῷ, mireris, Dresselium non scripsisse: δῷ — λέγῃ. Omnino forma δῴη corrigenda est ubicunque invenitur apud hunc scriptorem, e. gr. supra p. 44, 15 et p. 86, 3, quibus locis scribendum est: δοίη. Infra p. 238, 6, ubi Dresselius secundum cod. O. scripsit, vel potius scribere voluit: ἀποδῴη,

ambigere licet, utrum ἀποδοίη an ἀποδῷ, quae est cod. C. lectio, genuina habenda sit scriptoris manus. Cfr. Lobeck. ad Phrynich. p. 346 sq. — Gravius mendum inest in postremis verbis. Quid enim, quaeso, sibi vult dictio: τὸν αἰῶνα τρέχει, quam interpretantur: „percurrit saeculum"? Procul dubio reponendum est: τὸν ἀγῶνα τρέχει. Cfr. p. 276, 10 sq.

P. 89, 9 Dunckerus scriptum fuisse existimat: τὰ τῷ Θεῷ διαφέροντα, ut p. 50, 18. — V. 14 sqq. quae leguntur verba: ἡ μὲν οὖν ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὖσα, ὡς θήλεια τοῦ νῦν κόσμου ἐπαγγελλομένη, ἀρσενικὴ εἶναι πιστεύεσθαι θέλει, corrigenda esse videntur ex his paullo ante, v. 6 sqq., positis: αὕτη τοῦ νῦν κόσμου ὡς θήλεια ὁμοίου ἄρχουσα πρώτη προφῆτις εἶναι πεπίστευται, μετὰ πάντων τῶν ἐν γεννητοῖς γυναικῶν προφητείαν ἐπαγγελλομένη. Neque enim satisfacit conjectura Davisii, scribendum esse censentis: τῷ νῦν κόσμῳ. Videtur autem post ἐπαγγελλομένη intercidisse vocabulum aliquod, ex quo penderet genitivus τοῦ κόσμου. Opinor: ἄρχειν, quod verbum facillime excidere potuit propter sequens: ἀρσενικὴ.

P. 90, 5 in libris mscr. reperitur; ὡς θήλεια ἐμμηνίοις et ἐν μηνίοις. Scribendum esse: ἐν ἐμμηνίοις, praeter me vidit etiam Dunckerus. — V. 13 sq., manifestus error est in scriptura cod. O. a Dresselio exhibita.

P. 91, 3 Dunckerus verba ἐπὶ τῷ de mendo suspecta habet, secundum Genes. 4, 7 corrigenda esse censens.

V. 92, 5 praestat cod. O. scriptura ὅλος. — V. 15 Dunckerus animadvertit pro λόγος legendum esse: λόγῳ. Recte, cfr. p. 92, 11. — V. 17 post ὁπόταν intercidisse videtur: γάρ.

P. 93, 2 fieri potest, ut τά, quod praebet cod. O, corruptum sit ex: εἶτα.

P. 94, 8 ego formam βαστάξαντες (de qua cfr. G. Dindorfius in Thesaur. Stephan. ed Paris.) repudiaverim et βαστάσαντες, quod est in cod. O, in textum receperim. — V. 19 inter verba ὅτι et ἀδικουμένους excidisse videtur articulus: τούς.

P. 95, 14 certam existimo Davisii conjecturam, pro ἐν ἀνυδροβίοις scribendum esse censentis: ἐνυδροβίοις.

P. 96, 5 sqq. legendum propono: πόσα δὲ τῆς χέρσου ζῶα, καὶ τῶν ἐν ὕδασιν ὡς ἀδύνατον εἰπεῖν — ὄχλον! — V. 16 verbum κενοῦνται, quod Dresselius ex cod. O. recepit, ferri omnino non potest. Aut servanda codicis C scriptura κινοῦται, aut scribendum: κενοῦσιν.

P. 97, 3 pro πλάσσει scribendum est: πλάσσεται. — V. 17 reponendum erat εὐγνωμόνεις e cod. O.

P. 98, 2 in verbis: ἐὰν ἐπιγνῷς ὃν ἔλαθες, aperte mendum inest, cujus corrigendi ratio facillima haec est, ut pro ὃν ἔλαθες reponatur: ὅς ἔλαθέ σε. — V. 3 magis placet verborum collocatio, quam sistit cod. O. — V. 14 recipienda erat Epitomes prioris scriptura: τὴν ἀνωτάτω καὶ πάντα δυναμένην πρόνοιαν, cui etiam codd. C et O favent. Reperitur ea ipsa in Epit. alter. C. XXXVI. — V. 15 Dresselius exhibuit codicis C scripturam: καὶ πολλοῖς μυρίοις χαλεποῖς ὑποκείμενος πάθεσιν, non magis eam ferendam quam quod in cod. C et in codd. Epit. Dr. reperitur: καὶ πολλοῖς καὶ μυρίοις. Equidem non dubito, quin scripturae καὶ πολλοῖς et καὶ μυρίοις ex binis diversis libris manuscriptis sumtae et temere conjunctae sint. Ergo alterutra transmittenda erit. — V. 16 sq. quae leguntur verba: ὅθεν τούτου δειχθέντος ἀπὸ τῶν γραφῶν, ὡς ἐγὼ λέγω, ἕτερος ἀγράφως περιλείπεται εἶναι, προγνωστικὸς cett., non esse sana apparet. Dubito autem, num Schwegleri conjectura: ἄγραφος, admittenda sit. Sed quum cod. O. Epit. Dr. pro περιλείπεται porrigat: περίληπται, vide an scriptum fuerit: περιληπτός ἐστι, „percipi potest."

P. 99, 1 sq. quod editum est: τοῖς ἐναντίοις ἀντικείμενος, sententiam perversam praebet. Jam quum cod. O Homil. et cod. O Epit. alterius pro ἀντικείμενος habeant: ὑποκείμενος, ego conjicio binas exstitisse scripturas: ἀντικείμενος, et: τοῖς ἐναντίοις ὑποκείμενος.

P. 100, 9 recipienda esse videtur utriusque Epitomes scriptura: προετέθη. — V. 12 digna non est, quae spernatur omnino, varia lectio: σὺ ὡμο-

λόγησας, quam utraque Epit. praebet pro: συνωμολόγησας. — V. 14: verba: ἐπὶ πᾶσι τοῖς κακοῖς ὑπέβαλεν, significare non possunt: „omnibus malis subjecerit.“ Genuinam scripturam porrigit cod. O Epit. alterius hancce: κακὸν ἐπὶ πᾶσι τοῖς κακοῖς ὑπέλαβεν, quam etiam Dresselius in huius Epit. C. XXXVIII recepit. Sunt autem haec verba ita explicanda: „malum juxta omnes malos habuerit, existimaverit.“

P. 101, 5 sq. quum codd. Epit. Dr. pro μὴ θέλων vel θέλειν praebeant: μηδὲ θέλειν, ita videtur scribendum: ἵνα μὴ δόξω μὴ ἀντιλέγειν σου τῇ ἀταξίᾳ μηδὲ θέλειν ζητεῖν. Verbum θέλειν etiam cum ἀντιλέγειν construendum est. Non adstipulor iis, quae tentata sunt in adnot. 6 ad Epist. prioris C. XXXIX. — V. 18 pro ἔλεγε scribendum: ἐγὼ λέγω, aut: λέγω.

P. 103, 7 aeque atque p. 184, 7, 8, 10 secundum codicem O pro Μωϋσεῖ scribendum erat: Μωϋσῇ, quae forma p. 336, 1 et p. 350, 14 in utroque Homiliarum codice reperitur. — Similiter p. 104, 17 recipienda erat codicis O scriptura Μωϋσῆν, quam reliquis locis omnibus uterque codex porrigit. — 14 sq. mirum est, nullumdum offendisse in verbis: καὶ χωσθέντας ἐπὶ τῷ τάφῳ βουνὸν ἐπιθυμιῶν προσαγορευθῆναι. Scribendum videtur: καὶ χωσθέντων ἔπειτα τὸν τάφον cett. Χωσθέντων (αὐτῶν) significat: „postquam sepulti erant“. — V. 18 sq. recipienda erat cod. O scriptura: πῶς δὲ σκότος καὶ γνόφος καὶ θύελλα συνεῖναι ἐδύνατο. Verbi singularis idem usus est p. 249, 12, similis p. 108, 13 et locis in adn. ad p. 108, 13 citandis.

P. 106, 17 scribendum: τῷ δὲ καὶ εἰπεῖν.

P. 107, 9 codex O praebet: τὰ ἐμὰ πρόβατα ἀκούουσι τῆς ἐμῆς φωνῆς. Verbum plurale non solum non recepit, verum etiam ineptum judicavit Dresselius. Injuria quidem. Apud Ioannem X, 27 sane scriptum legitur: τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, at pergitur: καὶ ἀκολουθοῦσίν μοι, et paullo ante, v. 15, haec habentur: κἀκεῖνα (τὰ πρόβατα) δεῖ με ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσιν. Nec vero sibi constitit Dresselius, nisi quod etiam p. 171, 12 — et probabilius quidem — codicis O scripturam δύνανται posthabuit lectioni δύναται, quae est in cod. C, et p. 172, 1 non συνῆπτον ex codice O, sed συνῆπτε ex cod. C verborum in perpetuitatem recepit. P. 40, 13 sqq. editum legimus: μυρία κακὰ — ἐπεθόλωσαν — καὶ οὐκ εἴασαν, quamvis cod. O. praebeat: εἴασεν, p. 56, 11 sq: ἅτινα — ἐκμεμαθήκασιν, p. 130, 18 sq.: πῶς γὰρ οὐχ ἁμαρτήματά εἰσι τὰ θορύβων — αἴτια; p. 240, 16 sqq.: τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα, ἅτινα — ποιοῦσιν, καὶ — περιβάλλουσιν, καὶ — τιμωροῦσιν, p. 400, 16 sq.: τὰ σπέρματα ἀποκρίνονται. Cfr. etiam p. 329, 5.

P. 108, 13 utriusque codicis scriptura ἀπέθανεν ferri potest aeque bene atque p. 142, 5 utriusque libri mscr. lectio: ἐγένετο, et p. 143, 8 codicis O scriptura: ἐξέφυ.

P. 110, 1 scr. ὁμῶς pro: ὅμως. — V. 2 non erat audiendus Schweglerus. Codicum enim C et O lectio sanissima. — V. 5 nec vocabulum νύχιος ferri potest et opus est ut Simonis mentio injiciatur. Genuinam scripturam monstrant codd. Epit. Dr., in quibus pro: νύχιος ὡς ἐπὶ Τύρον τῆς Φοινίκης ἐξώρμησεν, scriptum reperitur: φυγὰς ὁ Σίμων εἰς Τύρον ᾤχετο. Reponendum igitur: φυγὰς aut φυγῇ ὁ Σίμων ἐπὶ cett.

P. 111, 12 sqq. quae leguntur verba: καὶ ἄρξηται — θήσει, maximam partem ex Evang. Matth. XXIV, 49 sqq. deprompta, ab alia manu ad marginem adscripta et subinde temere verborum in perpetuitatem illata sunt. Transmissa autem sunt verba, quae in Ev. Matth. XXIV, 48 et in Ev. Luc. XII, 45 ante illa reperiuntur posita. Certe necessarium erat ante καὶ ἄρξηται inserere: ἐὰν δὲ εἴπῃ. Praeterea inepta est particula καὶ ante ἥξει collocata.

P. 112, 7 sq. tentet aliquis: τὸ δὲ πάντας φιλαρχοῦντας ἑνὶ μόνῳ ὑπεῖξαι μὴ θέλειν, αἰτίαν καὶ διαιρέσεως πάντως καὶ τοῦ περιπεσεῖν ἔχουσιν.

P. 113, 16 sq. censebam scribendum: ὡς πατὴρ ἀποδεχόμενος (pro ἀδικουμένοις), jam antequam memineram loci, qui est Hom. II, 15, p. 53, 2 sq.: ὡς πατὴρ ἀποδεχόμενος τὰ αὐτοῦ τέκνα. — V. 18 reponendum videtur: ἤ τι οἴει cett.

P. 114, 7 post δανείζειν intercidit: σε, forsan etiam τάς. — V. 16 magis placet codicis C. scriptura: τοῦ κυρίου.

P. 116, 10 sq. sine ulla mendi suspicione edita sunt verba: συνεχέστερον συνέρχεσθε, εἴθε καθ' ὥραν, ἐπεί γε ἐν ταῖς νενομισμέναις τῆς συνόδου ἡμέραις. Cotelerius interpretabatur: „frequenter convenite, utinam singulis horis, alioquin conventus statis diebus. At enim vero neque ἐπεί γε significare potest „alioquin", neque sententiam aptam praestat haec interpretatio, quum mens scriptoris aperte haec sit, ut frequentius quam conventus statis diebus convenire jubeat. Videntur ergo post ἡμέραις nonnulla verba intercidisse, quae hanc fere efficerent sententiam: „quando quidem conventus statis diebus convenire non sufficit". — V. 13 scribendum: μή τι οὖν. — V. 15 sq. nollem Dresselius recepisset verba: ὡς τῶν κατὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν ὑπάρξας κολασθήσεται, quippe quae nihil aliud videantur esse quam varia lectio ex alio quo exemplari temere in textum illata.

P. 117, 4 sqq. conjicio scribendum: εἰδότες ὅτι προφάνσει τῇ πρὸς αὐτὸν εἰς Χριστὸν φέρεται, ἀπὸ δὲ Χριστοῦ εἰς Θεὸν ἀναφέρεται· καὶ τῷ προσενέγκαντι πολυπλασίως ἀνταποδίδοται. Verba προφάνσει τῇ πρὸς αὐτὸν interpretor: „eo quod erga ipsum conspicuus fit (honor)". Conjecturae ab Uhlhornio (l. c. p. 86, adn. 6) propositae, nullo possunt pacto ferri. — V. 12 vocabulum μόνος mutandum videtur in: μόνως, construenda autem verba μόνως ὅλως ἑαυτὸν ἀποδεδωκώς. Cfr. p. 250, 7 sq.: μόνον καὶ ὅλον.

P. 118, 7 quod in libris mscr. reperitur vocabulum: κατηχητάς, corruptum esse, probabiliter judicavit Uhlhornius l. c. p. 90, adn. 9, et p. 223, adn. 105. Legendum propono: πρεσβυτέρους οὐ καχέκτας. Constat autem, verbum καχεκτεῖν etiam de vitiis animi morumque usurpari.

P. 119, 1 sq. non intelligo, cur Dresselius spreverit scripturam cod. O: πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. — V. 15 sq. scribendum aut: ἅμα Νικήτῃ καὶ Ἀκύλᾳ — εἰσέβαλλον, aut ἅμα Νικήτης καὶ Ἀκύλας — εἰσεβάλλομεν. Utraque scriptura olim revera in libris fuisse videtur.

P. 120, 6 scribendum aut: ἐπέτρεπεν ὁ Πέτρος, aut: ἐπέτρεπε Πέτρος. Petri enim, cuius nomen facillime intercidere potuit, ut expresso verbo mentio fiat, omnino est opus.

P. 121, 2 Dresselius pro ἐξελέγξῃ debebat scribere: ἐξελέγξαι.

P. 122, 10 scr.: ὁμῶς.

P. 124, 2 inepta est codicis O scriptura a Dresselio recepta. Propius ad id quod verum est accedit scriptura codicis C, in hanc speciem, ut videtur, refingenda: μὴ θέλειν τῷ τοῦ πατρὸς ἀκολουθεῖν ἔθει vel σεβάσματι. Verbum θέλειν sive ἐθέλειν praebet etiam utraque Epit. C. XLVII. Ἔθει, praeterquam quod facillime intercidere potuit post ἀκολουθεῖν, commendatur scriptura ἔθη, quae est in nonnullis Epitomes prioris codicibus. Singulari σέβασμα usus est hic scriptor etiam p. 209, 5 sq. — V. 14 non video cur Dresselius non receperit codicis O lectionem: μέγα φρονούντων.

P. 125, 1 pro corrupta voce παμμιούσων vel παμμούσων equidem reponendum arbitror: πάμμεστον.

P. 126, 6 sq. scribendum est: παρ' ἣν μηδένα πάσχειν τι (sic uterque Homil. et Epit. alterius cod.) ἢ ποιεῖν δύνασθαι (sic uterque cod.). Cfr. verba, quae proxime sequuntur v. 8 sq.: νομίσας γάρ τις ὅτι παρὰ γένεσιν οὐδεὶς οὔτε πάσχειν οὔτε ποιεῖν τι δύναται. Minus placet quod Dresselius de conjectura edidit Epit. alter. C. XLIX.

P. 127, 1 quae in codd. O et C reperiuntur lectiones eo ducunt, ut scriptum fuisse censeamus: πᾶν ὅτι δύναταί τις διὰ τὴν ἀφοβίαν εὐκόλως δράσει.

P. 128, 8 sq. secundum libros editum est: αὐτὸς δὲ ὁ Ζεὺς τὸν αὐτοῦ πατέρα δήσας καθεῖρξεν εἰς Τάρταρον, καὶ τοὺς ἄλλους κολάζει θεούς. Horum verborum quod postremum est dubito an non sit sanum. Scribendum videtur: θείους. Cfr. p. 156, 2 sq.: οὔδε γε — ὁ Ζεύς — τὸν πατέρα τῆς

βασιλείας καθεῖλεν. οὐ πατρὸς ἀδελφοὺς ἐκόλασεν, et imprimis p. 170, 1 sq.: — Ζεὺς — τὸν πατέρα σὺν τοῖς θείοις κολάζει, ubi codd. C et O praebent: θεοῖς. De noto vocabulorum τοὺς ἄλλους usu non est quod expressis verbis moneam. — V. 14 vocem Δωδώνην, quamvis etiam infra p. 142, 8 et in utriusque Epit. C. LI reperiatur, corruptam esse, certum est. Posuerat hic scriptor, vel, si mavis, ponere debebat: Διδώνην. Cfr. imprimis Io. Lydus de Mens. IV, 44, p. 78, 5 sqq. Bekker.: ὁ δὲ Χρύσιππος οὐ Διώνην ἀλλὰ Διδώνην αὐτὴν ὀνομάζεσθαι ἀξιοῖ παρὰ τὸ ἐπιδιδόναι τὰς τῆς γενέσεως ἡδονάς. Vid. etiam Zonarae Lex. s. v. Διώνη, ubi haec hujus vocis originatio profertur: ἢ ἀπὸ τοῦ διδῶ Διδώνη, καὶ Διώνη, ἡ διδοῦσα τὰς τῆς γεννήσεως ἡδονάς. Dodonen unam ex Oceanidibus fuisse tradunt Stephanus Byzant. s. v. Δωδώνη et Eudocia Violar. p. 127. Meminit hujus conjecturae jam Dresselius adnot. 3 ad Epit. alterius C. LI.

P. 129, 1 sq. scribendum existimo: ἄλλα τε μυρία ἠσέβηκεν, ἵνα ὑπὸ τῶν δυσσεβῶν διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀκρασίαν θεὸς εἶναι, ὁ μυθικός (sc. ὤν), δογματισθῇ. Libri: ὁ μῦθος, excepto cod. O. Epit. Dr., in quo haec verba desunt. Cfr. p. 150, 5: τοῦ ἀσελγοῦς Διός, τοῦ μυθικοῦ, ubi cod. O.: μυθοῦ, et V. 12: Ζεὺς λέγω ὁ μυθικός. — V. 129, 12 sq. scribendum videtur: ἔτι ἀπάλης οὔσης τῆς ψυχῆς (sic codd. Epit. Dr.) — εἰς τὸν αὐτῶν συμφοροῦσι (cod. C. et O: συμφύουσι, cod. O. Epit. Dr., συμφωνοῦσι, cod. V Epit. Dr.: συμφωροῦσι) νοῦν.

P. 130, 7 sq. quae leguntur verba: κακῶν γὰρ μαθημάτων γέμοντες καὶ πνέοντες τοῖς συναμιλλωμένοις ὥσπερ λύσσαν τοῖς πλησίον μεταδιδόασιν ὧν πεπόνθασιν αὐτοί, difficile est restituere in integrum. Non videtur dubitandum esse, quin post vocabulum λύσσαν canum facta sit mentio; cfr. p. 131, 16 sqq. Quod ad dictiones fere idem significantes: τοῖς συναμιλλωμένοις et τοῖς πλησίον, attinet, fieri potest, ut ex diversis recensionibus petitae sint; qua sententia probata, alterutra eliminanda erit. — Sequentia verba sic emendanda censeo: τὸ δὲ χαλεπώτατον, ὅστις παρ' αὐτοῖς πλεῖον πεπαίδευται, πολλῷ μᾶλλον τοῦ κατὰ φύσιν οὗτος τοῦ φρονεῖν ἐκτέτραπται.

P. 132, 18 verba: ὁ μὲν γὰρ πρὸς ἄνθρωπον ἔχων τὸν σκοπόν, procul dubio corrupta sunt. Num scriptum erat: πρὸς ἄνθρωπον ἔχων τὴν σκοπὴν vel σκοπιάν? Non dubitamus, quin ἔχων τ. σκ. πρός τινα eodem sensu dici potuerit quo σκοπῶν πρός τινα.

P. 135, 10 scribendum: προσέμενον, quod etiam propius accedit ad codd. C et O scripturam προσέμενεν. — V. 12 reponendum erat: προσῳκειώσατο, aeque atque p. 208, 2 recipienda cod. O scriptura: προσῳκειωμένα. Magis dubium est, sitne supra p. 127 forma προσευηργέτηκε, quam hic idem liber mscr. praebet, praeferenda formae προσευεργέτηκε, quae est in cod. C.

P. 136, 4 scribendum: ὑφεστάναι, quod ipsum cod. O p. 137, 16 praebet; cfr. Godofr. Hermann. adnot. ad Aeschyl. Agam. v. 517.

P. 138, 10 sq. legendum existimo: — κρίνεται, καὶ τὸ τί γέγονεν, οὐ τὸ πῶς γέγονε δοκιμάζεται.

P. 139, 17 pro παιδὸς χάριν, quorum vocabulorum posterius Schweglerus non male in χαίρειν mutari iussit, ego scribendum censeo: παιδείας χάριν.

P. 140, 7 verba: Ἔρως δέ ἐστιν ὁ πάντων θεῶν πρεσβύτατος, num genuina sint, dubitandum videtur. Neque enim aptum est, deos solos commemorari. Potest autem ut vocabulum θεῶν ex altera antegressae vocis πάντων syllaba casu iterata ortum sit, aut fieri potest ut post illud vocabulum aliquid interciderit. — V. 13 sqq. scribendum opinor: εἰ δὲ ἐκείνου βουλῇ ἐπιθυμοῦντες — ἐπιχειρήσομεν (sic cod. O), πῶς — οὐ τὰ μέγιστα ἀσεβήσομεν;

P. 141, 7 sq. ex mea sententia scriptum erat: εὐεργέτης πρὸς τεκνοποιΐαν νενόηται (pro ἐνίοτε), τὴν αὐτοῦ cett. — V. 8 sq. interpungendum est ita: παρ' οἷς δὲ ἐπὶ τῇ χάριτι ἠπίστατο ἀγνοούμενος, μετεμορφοῦτο cett.

In universo, qui jam sequitur, loco de Jovis concubitibus maxime turbatum est. Ex verbis, quae Hom. V, 12, p. 141, 16 sqq. posita sunt, hisce: *ἄκουε τοίνυν αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Διὸς διὰ τὴν τῶν ἀνοήτων ἀνδρῶν ζηλοτυπίαν τὰς διὰ τῆς μεταμορφώσεως λανθανούσας κοινωνίας*, ne exspectaveris quidem, de Jovis cum Junone concubitu sermonem futurum esse; multo autem minus, mentionem Veneris vitiatae injectum iri, quacum Juppiter omnino non concubuerit mutata forma. Jam compara quae leguntur in Recognit. X, 20 sqq. C. 20 haec scripta reperiuntur: „Hactenus anilis gentilium fabula et genealogia processerit; sine fine enim est, si velim omnes generationes eorum, quos deos appellant, et impia gesta proferre. Sed exempli gratia omissis caeteris, unius quem maximum et praecipuum habent, quemque Jovem nominant, flagitiosa gesta replicabo. Hunc enim coelum dicunt tenere tanquam caeteris meliorem, qui statim ut adolevit, sororem propriam, quam Junonem dicunt, duxit uxorem, in quo utique statim fit similis pecudi. Juno Vulcanum parit, sed, ut tradunt, non ex Jove conceptum. Ex ipso autem Jovis*) Medeam**) genuit, quam responso accepto, quod qui ex ea nasceretur fortior ipso esset et regno eum depelleret, assumens etiam ipse devorat; et rursum genuit de cerebro quidem Minervam, de femore vero Liberum. Post haec Thetidem cum adamasset, ajunt Prometheum pronunciasse ei, quod si concubuisset cum ea, qui ex ea nasceretur fortior esset patre, et ob hoc veritus Peleo cuidam dat eam in matrimonium; dehinc Persephonae, quae ei ex Cerere fuerat suscepta, miscetur, ex qua Dionysium***) genuit qui a Titanis discerptus est. Sed recordatus, inquit, ne forte pater suus Saturnus alium filium generaret, qui etiam se fortior nasceretur regnoque depelleret, oppugnare adgreditur patrem una cum fratribus ejus Titanis; quibus oppressis, ad ultimum etiam patrem in vincula conjecit, desectaque eius genitalia in mare projecit. Sed cruor qui defluxit ex vulnere, susceptus fluctibus et frequenti collisione in spumam versus, procreavit eam quam dicunt Aphroditen, quamque apud nos Venerem appellant. Ex hujus concubitu quae erat utique soror, hunc ipsum Jovem ferunt genuisse Cyprin, ex qua ajunt et Cupidinem natum." Post haec C. 21 ita pergitur: „Haec quidem de incestis eius; audi nunc et de adulteriis," atque proferuntur plurima exempla, diversa ab iis, quae Hom. V, 13 habentur, excepto uno hocce: „Callisto Lycaonis (vitiat), ex quo nascitur Orcas (sic)". Denique C. 22 haec scripta reperiuntur: „Sed et alia sunt plurima ejus adulteria, ex quibus nec progeniem suscepit, quae enumerare satis longum est. Verum ex his omnibus quas enumeravimus, nonnullas transformatus, utpote magus vitiavit. Denique Antiopen Myctei (sic) versus in Satyrum corrupit," et subinde reliqua recensentur exempla, quae Hom. V, 13 et 14 commemorantur, nisi quod unum novum additur his verbis, post ea, quibus de Aegina agitur, positis: „Sed et Ganymedam Dardani, mutatus nihilominus in aquilam, stuprat",†) Callistonis autem nulla fit

---

*) Sic scribendum pro: „Jove". Nominativi forma „Jovis" non solum apud vetustiores scriptores et poetas, sed etiam apud rerum mythicarum scriptores reperitur, cfr. Hygin. Fab. LIV et Scriptor. Rer. mythic. lat. tr. Romae nuper repert., p. 152, 25 et p. 164, 34 ed. Bod.

**) Vix opus est monere, Rufinum nominare debuisse Metin; nisi forte revera ipse scripserat: Metidem.

***) Sic Rufino audit etiam Semeles filius C. 22 commemoratus.

†) Non dubium, quin haec verba serius demum addita sint. Videntur ea primitus ad marginem fuisse adnotata. Rufinum autem hoc loco posita adeo duxerunt in errorem, ut *Γανυμήδην* feminam esse putaret. Certe toto coelo erraret, si quis ex his verbis speciem aliquam conciliari posse censeret conjecturae a viro docto Panofka propositae in dissertatione de Jove et Aegina Actis Acad. Boruss. anno MDCCCXXXVI editis inserta, qua Ganymedam a Phliasiis cultam secundum

mentio*). Saepissime interpres latinus eadem ipsa verba prae oculis habuit, quae in Homiliis inveniuntur; nonnumquam in exemplari graece scripto, quo utebatur, aliquid aut exciderat aut alio positum loco aut verbis paullo diversis expressum erat. Fuisse autem saltem partem eorum, quae leguntur in Recognit. X, 21, etiam Homiliarum in archetypo, elucet ex verbis Hom. V, 14 positis hisce: *καὶ ἄλλαις πολλαῖς καὶ δίχα μεταμορφώσεως μίγνυται, ζῆλον τῶν ἀνδρῶν οὐκ ἐχόντων ὡς ἐφ' ἁμαρτίᾳ, ἀλλ' εὖ εἰδότων ὅτι ἀφθόνως ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν κοινωνῶν γεννᾷ, χαριζόμενος αὐτοῖς Ἑρμεῖς, Ἀπόλλωνας, Διονύσους, Ἐνδυμίωνας καὶ ὅσους ἄλλους εἰρήκαμεν, ἐκ μίξεως αὐτοῦ κάλλει διαπρεπεστάτους.* Matres Mercurii, Apollinis, Endymionis a Jove vitiatae dum in Homiliis non commemorantur, haec legere est in Rec. C. c.: „Phoenissam Alphionis**) [Juppiter vitiat], ex qua nascitur Endymion" et „Latonam, ex qua nascitur Apollo et Diana" et „Taygeten, Electram, Majam, Plutiden, Atlantis filias, ex quibus genuit ex Taygete quidem Lacedaemonem, ex Electra Dardanum, ex Maja Mercurium, ex Plutide Tantalum". Contra ea, quae Recognit. C. 21 et 22 continentur, ex alia vel ex aliis recensionibus hausta videntur atque ea, quae sunt C. 20 et 23. Haec capita primitus fuisse in uno eodemque exemplo censeo, in quo postrema capitis 20 verba excipiebantur his, quae sunt C. 23: „Sed et Europam patrui sui Oceani uxorem et sororem ejus Eurynomen adulterat, et patrem punit, et Pluten Atlantis filii sui adulterat filiam, ex qua natum sibi filium Tantalum damnat". Hac conjectura probata non jam mirum erit, quod Pluten vel potius Plutiden***) etiam C. 21 commemoratam videmus, porro quod de Europa eodem capite sermo est his verbis: „Europam Oceani conjugem†) vitiat, ex qua nascitur Dodonaeus", denique quod, quamquam jam C. 20 mentio facta est „Persephonae, quae ei (Jovi) ex Cerere fuerat suscepta," tamen C. 22 de eodem Jove scriptum legitur: „Ex filia autem sua Cerere genuit Persephonen, quam et ipsam corrupit, mutatus in draconem." Verba in initio capitis 21 posita: „Haec quidem de incestis eius; audi nunc et de adulteriis", si quid video, debentur ei homini, qui diversos personarum recensus composuit, parum illi intelligenti. Ut enim taceam de Europa Oceani uxore a Jove vitiata, at Jovis cum Themide sorore concubitus incestis adnumerandus erat. Haec de Recognitionibus. Redeamus iam ad Homilias. Ea quae sunt in Recognit. C. 20 in universum respondent iis quae habentur Hom. IV, 16. Transmittenda ergo erant, ne bis proferrentur, aut mutanda ita, ut apta essent vel esse videri possent ad locum, quo scriptor „clancularios per transformationem coitus" Jovis se tractaturum professus erat. Hoc posterius factum videmus in verbis ad Jovem cum Junone concumbentem spectan-

---

Strabon. VIII, p. 382 et Pausan. II, 13, 3 eandem Aeginam esse demonstrare studuit. Ceterum etiam is, cui debentur graeca de Ganymede verba, lapsus esse videtur Jovis amasium appellans Dardani filium, nisi forte scripserat: *Δαρδανίδην*.

*) Contra „Callisto Lycaonis, ex qua nascitur Orcas (sic)" commemoratur in Cap. 21, ubi aut ejus mentio transmittenda erat, aut illius, quae paullo ante recensetur his verbis: „Themisto Inachi, ex qua nascitur Arcas". Est enim idem Arcas intelligendus, ut etiam Themistonem sive Megistonem pariter atque Callistonem in stellam, quae Ursa appellabatur, mutatam esse fabulae ferebant, cfr. Hygin. Poët. astron. II, 1, Stephan. Byzant. s. v. *Ἀρκάς*, Eustath. ad Homer. p. 300, 30.

**) Hanc Endymionis matrem nisi ex hoc loco non cognovimus. Neque Alphionis ulla apud veteres scriptores reperitur mentio; dubitare licet, num genuina sit scriptura.

***) Ceterum utraque haec nominis forma apud Rufinum solum, quod ego quidem sciam, reperitur. Vulgo Tantali mater appellatur *Πλουτώ*.

†) Europam patrui Jovis Oceani uxorem scriptor Recognitionum appellat etiam X, 23. Constat autem, potius filiam habitam esse Oceani. Jovem et Europam Dodonis, non Dodonaei, parentes agnoscit etiam Stephanus Byzant. s. v. *Δωδώνη*.

tibus, quibus addita transformationis significatio; nam verba in Recognit. C. 20 posita: „in quo utique statim fit similis pecudi", nihil tale sibi velle, certum est. Ex reliquis, quae omissa sunt, nonnulla forsan non inerant in eo exemplari, quo utebatur is, cui debetur hujus loci constitutio, alia vero ipsi videbantur aut superflua, ut Proserpinae a Jove compressae commemoratio, quippe cujus infra simul cum transformationis significatione mentio esset facta, aut inepta omnino; qua eadem de caussa quod non etiam ea transmisit, quae sunt de Metide et de Venere, homo minime peritus aut circumspectus, non subit mirari. Pariter ea sprevit, quae in Recognit. C. 21 reperiuntur, utpote ad Jovem transformatum non spectantia, exceptis iis, quae sunt de Callistone; quam quum a Jove sub specie leonis vitiatam esse sciret, hoc exemplum addidit iis, quae in Recognit. C. 22 recensentur; at non cavit ut etiam Homil. V, 14 versus finem Mercurius, Apollo, Endymion tacerentur.

His praemissis ad singulos quosdam locos tractandos transeamus.

P. 142, 4 ut sententiae et linguae legibus satisfieret, scribendum erat: *ὁμοιωθεὶς κόκκυγι πτερῷ*. Vocem *πτερῷ* (h. e. „avi", cfr. Schaefer. adnot. ad Long. Pastor. p. 376) ne quis plane superfluam esse opinetur, moneo, etiam piscem marinum *κόκκυγα* esse appellatum. An quis existimat, huic loco medicinam afferri posse e schol. in Gregor. Naz. p. 35 Gaisf., ubi Juppiter dicitur factus esse *κεραυνὸς διὰ τὴν ἥραν* (sic), ita ut haec fere verba fuisse sumamus: *ὁμοιωθεὶς κεραυνῷ ἢ καλυφθεὶς κόκκυγος πτερῷ*? Video quidem, Robertum Ungerum, Theban. Paradox. p. 422 sq., illa Scholiastae verba lacunosa esse opinari. Sed non plane mihi persuasit vir doctissimus. — Magis etiam corrupta sunt verba v. 7 sqq. posita. Videbantur autem mihi aliquando et videntur ex parte etiamnunc in hanc fere speciem refingenda esse: *Ἔτι δὲ μίγνυται ἀδελφῇ τῇ ἐξ Οὐρανοῦ καὶ Θαλάσσης αὐτῷ γενομένῃ, ἢ ἀπὸ τῆς Κρόνου ἐκτομῆς, Ἀφροδίτῃ, ἣν καὶ Δωδώνην λέγουσιν, ἐξ ἧς Ἔρως καὶ Κύπρις γεγόνασιν* vel *ἐγένοντο* vel *ἐξέφυσαν* cett. Verba *ἡ Κρόνου ἐκτομὴ* non esse intelligenda de exsectione, quam fecit, sed de ea, quam passus est Saturnus, certum est. Rufinus eandem dixit abscissionem Saturni, Recognit. X, 37. Ergo addideram particulam *ἢ*, quae facillime intercidere potuit. Post vidi, jam Cotelerium in eadem fuisse sententia, qui verba graeca sic esset interpretatus: „Adhuc vero cum sorore miscetur, progenita ex Coelo et Mari, v e l ex Saturni virilibus exsectis." Scilicet ex vulgari sententia, quam etiam Homiliarum scriptor secutus est VI, 2, orta erat Venus ex Coeli virilitate a Saturno demessa et in mare projecta. Secundum illam sententiam Venus Jovis non soror, sed amita habenda erat. Jovis autem soror haberi poterat secundum eos, qui Jovem Saturni genitalia desecuisse et in mare projecisse statuerent, quam sententiam, juxta alteram illam, a Timaeo prolatam esse Scholiastes ad Apollon. Rhod. Arg. IV, 985 memoriae prodidit. Praeterea apud Mythogr. Vatic. I, 105 scriptum exstat: „Juppiter adultus, quum Saturnus quodam die ad usum corporis exiret, illato cultro amputavit naturalia ejus, quae in mare projecit, ex quibus Venus nata est", et apud Mythogr. Vat. I, 204, p. 64, 25 sq. ed. Bod.: „Venus de naturalibus Saturni, a Jove de regno expulsi." Hanc ipsam fabulam tradunt Recognitiones X, 20, cfr. etiam X, 34 et 37. Jam quum ultro appareat, quanta similitudo intercedat inter verba graeca, quae latine reddita sunt a Rufino in primo illo Recognitionum loco, supra plene exscripto, et inter ea quae posita sunt Homil. V, 12 versus finem et V, 13 initio, veri videri simile possit, etiam hic solius exsectionis, quam passus est Saturnus, mentionem esse factam. Et revera jam Davisius scribendum esse censuit: *τῇ ἐκ Κρόνου καὶ Θαλάσσης αὐτῷ γενομένῃ ἀπὸ τῆς Κρόνου ἐκτόμης*. At enim vero, quanquam et ipse persuasum habeo, eum, a quo profectus est hic locus, haudquaquam injecisse Caeli mentionem, illi Davisii conjecturae adstipulari non possum. Ut enim taceam, non magnopere placere illud *ἐκ Κρόνου*, quum jam sufficiat locutio: *ἀπὸ τῆς Κρόνου ἐκτομῆς*, — ei, qui animadverterit,

tam Homil. IV, 16 quam Hom. VI, 2 Caelum a Saturno, non Saturnum a Jove castratum commemorari atque altero loco etiam Venerem Caeli e sanguine ortam, quin priore loco Venerem, quamvis Jovis soror esse et Didone vocata feratur, aeque atque hoc, de quo jam agitur loco, tamen caelestem, *οὐρανίαν* appellari, non placebit, opinor, mutare verba *ἐξ Οὐρανοῦ.* Potius sic judicandum erit, aliquem, quum in ea, quam sequebatur, recensione scriptum repperisset: *ἔτι δὲ μίγνυται ἀδελφῇ τῇ αὐτῷ γενομένῃ ἀπὸ τῆς Κρόνου ἐκτομῆς,* illorum aliorum locorum memorem, adnotasse: *ἐξ Οὐρανοῦ καὶ Θαλάσσης,* atque ita haec verba in textum, quem appellant, esse illata. Is vero fieri potest ut idem fuerit qui Hom. IV, 16 addidit verba: *καὶ τῇ οὐρανίᾳ Ἀφροδίτῃ, ἥν τινες Δωδώνην λέγουσι,* illis simillima. Esse autem haec verba serius addita ab alia manu, luce, opinor, clarius est. Neque enim audiendus foret, si quis id, quod Venus Hom. IV, 16 soror Jovis appellatur, inde explicandum censeret, quod Juppiter secundum quosdam mythologos Caeli filius erat (cfr. Cicer. de Nat. Deor. III, 21). Nam Homiliarum scriptor nullum praeter Saturnum Jovis patrem novit. Potius homo, quem dicimus, quum *τὴν οὐρανίαν Ἀφροδίτην* Jovis sororem esse velit, Venerem simul ex Coelo et Saturno originem duxisse statuerit necesse est, quae eadem sententia extricari potest ex verbis in Homil. V, 13 positis, si locutio *ἡ Κρόνου ἐκτομὴ* intelligitur de castratione, quam fecit Saturnus. Saturnus enim castrans Caelum atque ita efficiens ut Venus nasceretur, quodammodo et ipse pro patre Veneris haberi potest. — Denique etiam hoc dignum, ad quod attendatur, hunc locum et eum, qui huic respondet in Recognit. X, 20, unicos esse videri, in quibus Jovem ex Venere Cyprin sustulisse cognoscamus. Amorem Jovis et Veneris filium agnoscit etiam Rufinus in Recogn. X, 34: „Nam de Venere hoc modo allegoriam tradunt: ubi, ajunt, aetheri subjectum est pelagus, cum repercussus aquis splendor coeli gratior refulsisset, venustas rerum, quae ex aquis pulcrior apparuerat, Venus nominata est, quae aetheri tanquam fratri suo sociata, quod concupiscibile decus effecerit, Cupidinem genuisse memorata est.“ Eandem genealogiam sequitur personatus Vergilius Cir. v. 134, ita tamen, ut Venerem secundum Homerum filiam esse Jovis statuat. Dubium esse nequit, quin iis, quae in Homiliis et priore Recognitionum loco de Cypride proferuntur, error subsit. Qui unde natus sit, non difficile dictu. *Κούραν Διώνης Κύπριν* appellat Euripides Helen. v. 1098, sed procul dubio Dionen intelligens eandem, quam primus Homerus et plurimi post Homerum Veneris matrem vocant; is vero, cui debetur Cypridis mentio in Homil. et in Recogn. facta, perperam cogitavit de Venere ipsa. Ceterum ista de Cypride verba serius demum esse addita, nobis quidem ex eo videtur apparere, quod Cypris in altero Recognit. loco modo exscripto omnino non commemoratur.

P. 143, 4 sqq. haec edita reperiuntur: *Ἀμαλθείᾳ δὲ τῇ Φώκου ὁμοιωθεὶς ἄρκτῳ συνευνάζεται. καὶ Δανάῃ τῇ Ἀκρισίου χρυσὸς ἐπερρύη, ἐξ ἧς Περσεὺς ἀνέπτη. Καλλιστοῖ τῇ Λυκάονος ἠγριώθη λέων, καὶ ἄλλον τίκτει Ἀρκάδα.* Post *συνευνάζεται* excidisse verba, quibus de filio significatum erat, jam ex eo elucet, quod Homiliarum scriptor commemorare solet, qui ex Jove atque feminis, quibuscum concubuit, orti sint. Revera in Recognit. X, 22 legere est: „Mantheam (sic) Phoci (stuprat), mutatus in ursum, ex qua nascitur Arctos.“ Ergo lacuna ita explenda: *ἐξ ἧς Ἄρκτος γίγνεται.* — Verbum *ἀνέπτη* si a scriptore Homiliarum profectum esset, hanc sententiam haberemus: „ex qua Perseus sursum volavit.“ Quasi vero Perseus, a principio alatus, tanquam alter Pegasus e corpore Danaës evolasset! Scribendum aut: *ἀνεδόθη,* aut: *ἀνεῖται,* quod posterius vocabulum etiam propius accedit ad codicis C scripturam *ἀνείπη.* Praeterea facile alicui in mentem veniat, inter *ἀνείπη* vel *ἀνέπτη* et *Καλλιστοῖ* excidisse: *ἐπί τε.* Et revera, ut nunc ipsum video, Schweglerus conjecit: — *Περσεύς. καὶ ἐπὶ* cett. Sed ea conjectura non videtur opus. — Etiam in postremis verbis non dubito quin aliquid turbatum sit. Sunt ea sic fere

redintegranda: καὶ ἄλλον τίκτει Ἄρκτον τὸν καὶ Ἀρκάδα. Vocabulum ἄλλον referendum est ad Ἄρκτον, Amaltheae filium, et novo argumento probat hujus mentionem antea esse factam. Arctos nominatur Callistus filius, qui vulgo audit Arcas, etiam a Mythogr. Vat. II, 58. Dubito autem num hoc loco sufficiat solum vocabulum Ἀρκάδα, quamvis probe sciam, veteres Ἀρκάδα ab eo quod est ἄρκτος dictum statuisse, cfr. Eratosthenis qui feruntur Catasterism. I, p. 239, 6 sqq. Westermann: ἐφ' ᾧ ὀργισθεῖσαν τὴν θεὸν (Ἀρτέμιδα) ἀποθηριῶσαι αὐτὴν (Ἄρκτον τὴν μεγάλην), καὶ οὕτως τεκεῖν ἄρκτον γενομένην τὸν κληθέντα Ἀρκάδα. — Ceterum verbis, quae modo tractavimus, plures res aliunde non notae continentur. Jovem se in ursum mutavisse, etiam alii prodiderunt memoriae, cfr. R. Ungeri Theb. Paradox. p. 422, sed ideo eum hoc fecisse, ut cum Amalthea Phoci filia concumberet, praeter scriptores Homiliarnm et Recognitionum, nemo, quod ego quidem sciam. Fieri tamen potest, ut ii, qui Jovem in ursum mutatum noverunt, de hoc ipso concubitu cogitaverint. Jovis propter Callistonem in leonem mutati nullus alius mentionem fecit. Immo Nonnus Semelen Jovem leonem expertam esse scit, cfr. Unger. l. c. p. 426. Vel sic tamen nulla est caussa, cur etiam illud in fabulis fuisse praefracte negemus. — V. 8 quam cod. O. praebet variam lectionem ἐξέφυ, jam supra attigimus ad p. 108, 13. Cum cod. O. consentiebat exemplar Graecum, quo utebatur Rufinus: is enim sic est interpretatus: „ex qua nascitur Minos et Rhadamantus (sic) Sarpedonque.“ — V. 9 sq. haec habentur: Ἑρσαίου νύμφῃ, γενόμενος γύψ, ἐξ ἧς οἱ ἐν Σικελίᾳ πάλαι σοφοί. Recognitiones praebent X, 22: „Thaliam et (sic recte Ungerus l. c. p. 247) Aetnam Nympham, mutatus in vulturem, ex qua nascuntur apud Siciliam Palisci“. Jam Cotelerius vocabulum Ἑρσαίου mutari voluit in Αἴτνῃ. Contra Valckenaerius ad Callimach. Eleg. Fragm. p. 110 maluit: Αἰτναίᾳ. At haec nominis forma admittenda non est. Omnino probabilius videtur, in corrupta voce Ἑρσαίου latere patris Palicorum nomen. Tentamus igitur: Θαλείᾳ τῇ καὶ Αἴτνῃ, τῇ Ἡφαίστου, νύμφῃ (vel οὔσῃ νύμφῃ), γεν. cett. Exstant quidem loci, in quibus aliis Palicorum pater commemoratur, cfr. Stephan. Byzant. s. v. Παλικὴ et Hesych. atque Favorin. s. v. Παλικοί (quamquam hic talem in modum corruptus est, ut vix in censum venire possit, cfr. Welckeri librum de veteribus Monumentis — „Alte Denkmäler“ — P. III, p. 224); sed Vulcanum patrem longe plurimi nuncupant scriptores et vocabulum Ἡφαίστου omnium proxime accedit ad Ἑρσαίου. Praeterea Cotelerius adnotaverat, pro πάλαι σοφοί scribendum esse: Παλικοί. Est haec sane justa nominis forma. Sed tam ex illa librorum scriptura quam ex eo quod in Recognitionibus est Palisci, elucet Homiliarum scriptorem posuisse: Παλισκοί. — P. 10 sq. obtemperandum erat Schweglero et Ungero (cfr. l. c. p. 365) secundum Diodor. Bibl. V, 55, corrigentibus: Ἰμαλίᾳ τῇ γηγενεῖ ἐν Ῥόδῳ διὰ ὄμβρου συνῆλθεν, ἐξ ἧς Σπαρταῖος, Κρόνιος, Κύτος. — V. 12 sine haesitatione ex Schwegleri sententia corrigendum erat: Ἀτύμνιος, nisi quis mavult: Ἄτυμνος. Illa forma usus est Apollodorus Bibl. III, 1, 2, hac Schol. Apollon. Rhod. Argon. II, 178, quam quod Salmasius ad Solin. p. 121 unice probandam censet, error est. Invenitur forma Ἀτύμνιος etiam apud Nonnum Dionys. XIX, 181, porro apud Homerum Il. V, 581 et XVI, 317, atque apud Quintum Smyrnaeum III, 300, estque etiam his locis idem nomen agnoscendum. Neque vero opinor, quidquam tribuendum esse ei, quod in Recognit. X, 22 scriptum reperitur: Anchinos, non: Anchinios. De Atymnio sive Atymno ex recentioribus hominibus doctis consulendi sunt inprimis Welckerus in commentatione, cui titulum fecit „Ueber eine Kretische Colonie in Theben“, p. 8 et 93, Moversius in libro de Phoenicibus II, 2, p. 80, H. D. Muellerus in Mythologia gentium graecarum (Mythologie der Griech. Stämme) I, p. 310

P. 144, 1 quod articulum τοῦ e cod. O recepit, minus bene fecit Dresselius. Valckenaerii conjecturam: ὀνομασθείσῃ, merito respuit Ungerus

l. c. p. 424. Aliquando mihi in mentem venit, post vocabulum *νομισθείση* excidisse: *μιχθείς*. At non repugnabo, si quis in eo, quod in libris mscr. est, acquieverit. Ceterum adnotatu haud indignum, in Recogn. X, 22 scriptum inveniri: „Ledam Thestii mutatus in cygnum, ex qua nascitur Helena; et iterum eandem mutatus in stellam, ex qua nascuntur Castor et Pollux“ et paucis verbis interjectis: „Nemesin mutatus in anserem“; quamquam notum est, anserem in fabula de Leda habitum esse Jovem tam a scriptoribus quam ab artificibus, cfr. O. Jahnii Symbol. archaeol. p. 3, atque etiam aliunde constat, Ledam eandem Nemesin visam esse veteribus, cfr. Spanhemii adnot. ad Callimach. Hymn. in Dian. Vs. 232. et Heynii adnot. ad Apollodor. Bibl. III, 13, 7. — V. 3 post verba: *Λαμίᾳ ἐπεμορφώθη ἔποψ*, exspectabas prolis mentionem. Nec tamen facile dictu, de qua prole sermo fuerit. Lamiam a Jove vitiatam memoriae prodiderunt Pausanias Gr. Descr. X, 12, 1, Plutarchus de Pyth. Orac. 9, Ptolemaeus Hephaest. Nov. Hist. l. VI, p. 196, 21 sqq. ed. Westermann., Heraclitus de Incredib. XXXIV, p. 319 sqq. ed. Westerm. Pausanias et Plutarchus Lamiam Neptuni filiam et Herophiles, Sibyllae Delphicae, matrem tradunt. Ptolemaeus Heph. ex Jove et Lamia prognatum esse scribit Achillem, diversum quidem a celeberrimo illo, quem Pelei et Thetidis filium perhibebant, at tamen *τὸ κάλλος ἀμήχανον, ὃν καὶ ἐρίσαντα περὶ κάλλους νικῆσαι τοῦ Πανὸς κρίναντος*. An talem hominem a Jove in upupam mutato genitum esse credebant veteres? Ceterum etiam in eo offendas, quod nulla aut mariti aut patris Lamiae facta est mentio. Ergone haec verba serius ab alia manu addita censenda sunt? Ut ita sit — parvi enim refert, quod etiam in Recognit. X, 22 nihil scriptum legitur nisi: „Lamiam mutatus in upupam“*) —, at manet quaestio, quam veteres prolem Iovis in upupam mutati et Lamiae statuerint; nam neque Herophile Sibylla satis apta ad talem patrem videtur. — V. 4 quum offendat *αὐτὸς*, conjicere aliquis possit reponendum esse: *ὁ αὐτὸς*. Sed facilius crediderim, post *Μνημοσύνην* excidisse pauca verba, significantia Mnemosynen fuisse ipsam Jovis amitam. Cfr. verba paullo infra v. 6 de Proserpina posita. — Difficilia ad emendandum sunt verba V. 5 posita: *Σεμέλην τὴν Κάδμου πυρσαίνων γαμεῖ*: nam vocabulum *πυρσαίνων* genuinum non esse, vix est quod moneamus. Debetur illud Dresselio. Codices porrigunt, C: *πυρσέων*, O: *πυρσένων*. Recognitiones praebent X, 22: „Semelen Cadmiam mutatus in ignem“. Fuisse qui Jovem Semeles amore captum in igni delituisse censerent, ex Appuleji Metamorph. VI, p. 424 conjicere licet. Ignem autem procul dubio intellexerunt fulmen. In fulmen summum deum mutatum esse, refert Apollinaris Sidonius Carm. XV, 173 sqq., quem locum non in censum vocatum ab Ungero, qui l. c. p. 422 sqq. doctissime tractavit ea, quae de Jovis falso habitu occultati nuptiis variaverunt scriptores, hic integrum apponam: „Jamque Jovem in formas mutat, quibus ille tenere Mnemosynem, Europam, Semelen, Ledam, Cynosuram Serpens, bos, fulmen, cygnus, Dictynna solebat.“ Codicum et Recognitionum scripturas qui probe pensitaverit, is aut *πῦρ γενόμενος* aut *πυρσὸς ὢν* scriptum fuisse conjiciet. Equidem non dubito praeferre id, quod posteriore posui loco, quum praesertim persuasum habeam, ipsi adeo Rufino, quamvis interpretanti „in ignem“, vocabulum *πυρσὸς* prae oculis esse potuisse. *Πρηστήρ, ὁ καὶ πυρσὸς καλούμενος*, secundum schol. ad Aesch. Prometh. vinct. Vs. 359 est *εἶδος κεραυνοῦ*. Alii viri speciem induisse Jovem fabulati sunt; cfr. schol. in Gregor. Naz. p. 35 et p. 45 Gaisf. Nonnus denique deum Semeles amatorem modo tauri modo serpentis, tum pardi vel leonis aut

---

*) Immo in Recognitionibus etiam magis offendit transmissa prolis significatio tam hoc loco quam eo, quo sermo est de Nemesi, quod scriptor in initio ejusdem capitis declarat, adulteria, ex quibus Juppiter progeniem non susceperit, enumerare satis longum esse.

aquilae speciem sumpsisse tradit, ut monuit jam Unger l. c. p. 426. Sed harum fabularum nullam commemoratam fuisse hoc loco, tantum non certum est, quamvis ad tractus literarum, quae sunt in libris manuscr., satis prope accessurum esset hoc: *Σεμέλην τὴν Κάδμου πάρδος ὢν γαμεῖ.* — V. 5 sqq. libri manuscr. habent: *Περσεφόνην αὐτὸς ἐκνυμφεύει τὴν θυγατέρα, αὐτὸς ὁμοιωθεὶς δράκοντι, καὶ τῇ γυναικὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Πλούτωνος εἶναι νομισθείσῃ.* Fugit Schweglerum et Dresselium, hunc locum ab Ungero l. c. p. 424 sq. sic esse tentatum: *τὴν καὶ γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Πλούτωνος εἶναι νομισθεῖσαν.* Equidem in illis verbis plus turbatum esse existimo, quae sic fere constituenda arbitror: *Περσεφόνην αὐτὸς ἐκνυμφεύει ὁμοιωθεὶς δράκοντι, τὴν θυγατέρα αὐτοῦ κἄτι (καὶ ἔτι) γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Πλούτωνος εἶναι νομισθεῖσαν.* Dativus *γυναικὶ — νομισθείσῃ* ortus est eo, quod *κἄτι* in *καὶ τῇ* transiit. Praeterea desideratur mentio pueri a Jove ex Proserpina suscepti, Iacchi vel Zagrei vel Sabazii; quare quum mihi jam pridem probabile esset visum, post *νομισθεῖσαν* aliquid intercidisse, nunc ipsum reperio in Recognit. X, 20 scriptum: „dehinc Persephonae quae ei ex Cerere fuerat suscepta, miscetur, ex qua Dionysium genuit qui a Titanis discerptus est". Contra in Recognit. X, 22, ubi scriptum exstat: „Ex filia (sic) autem sua Cerere genuit Persephonen, quam et ipsam corrupit mutatus in draconem", aeque atque in Homiliis prolis mentio transmissa est, forsan ideo quod „Dionysius a Titanis discerptus" plane idem videretur atque is, qui paullo ante tanquam filius Semeles commemoratus erat.

Capite XV continetur recensus puerorum a diis amatorum, qui accuratius cognoscatur dignissimus. Dolendum tamen, quod multifariam corruptus est. Nonnulla menda certo corrigi posse videntur. P. 145, 2 mentio facta est *Βράγχου Τυμναίου* tanquam amasii Apollinis. Scriptura *Τυμναίου* Dresselio debetur. In cod. C reperitur *Τυμναίο*, in cod. O.: *τιμναίου.* Tentaverit aliquis: *Διδυμαίου.* Significare enim potuit Homiliarum scriptor *Βράγχον τὸν προστατήσαντα τοῦ ἐν Διδυμοῖς ἱεροῦ*, ut utamur verbis, quae posuit Strabo IX, p. 421. At mihi quidem veri videtur similius, scriptum fuisse: *Βράγχου, Ἀτυμνίου.* Atymnii Apollinem amatorem perhibitum esse, colligi potest e loco Nonni supra in adn. ad p. 143, 12 citato. Hinc taxanda, quae de Brancho secundum hunc locum nuper commenti sunt Moversius l. c. p. 80 sq., adnot. 91, et, qui totus ex hujus hominis docti decretis pendere videtur, H. D. Muellerus l. c. p. 310. — Ibidem legitur: *Διόνυσος δὲ Λαόνιδος (ἐρᾷ).* Pro *Λαόνιδος* scribendum: *Ἀδώνιδος.* Adonidem raptum esse a Baccho Phanocles tradiderat; ut e Plutarchi Sympos. IV, 5, 3, notum est. Cfr. quae disputavit Prellerus in Mus. Rhenan. nov. T. IV, 1846, p. 401 sqq., imprimis p. 403. — V. 6 Hercules exstitisse perhibetur amator *Χώνου* et *Εὐρυσθέως.* Prius nomen, plane illud incognitum, in utroque Homiliarum codice nulla scripturae discrepantia exaratum reperitur; pro altero e codice C affertur: *Εὐρυστέως*, e cod. O. *εὐρυθέως.* *Εὐρυσθέως* inventum est Schwegleri, praeterquam quod prope accedit ad tractus literarum, quae in libris mscr. reperiuntur, omni verisimilitudine carens. Rectam emendandi viam monstrant, quae habet Eudoc. Violar. in Villoison. Anecd. T. I, p. 409 sq.: *πολλοὶ δὲ ἐρώμενοι γενέσθαι λέγονται Ἡρακλέους, Ὕλας, Φιλοκτήτης, Δίομος, Πειριθόας* (sic), *καὶ Φρύξ· ἀφ' οὗ πόλις κατὰ Λιβύην.* Scribendum nimirum: *Διόμου, Πειριθόου.* — Alia puerorum nomina corruptelae suspicione premuntur quidem, sed certa conjectura restitui nequeunt. Quod p. 145, 1 *Ὕλα* mentio fit inter amasios Apollinis, ferri nequit, quia notissimum est, illum Herculi fuisse in amoribus, et hunc ipsum scriptorem ita statuere ex v. 6 apparet. *Πάρου Ποτνιέως*, qui v. 2 pueris ab Apolline adamatis accensetur, nullam omnino notitiam habemus. V. 5 *Χρύσου* et *Θέρσου* inter amasios Mercurii numeratorum nomina suspecta sunt, posterius nullo alio loco reperitur.

P. 145, 18 facile aliquis offendat in eo, quod Homiliarum scriptor *Καλλιστὼ* appellat *τὴν λεγομένην ἄρκτον μικράν*, quam potius *ἄρκτον τὴν μεγάλην* habitam esse constet. Mutandum tamen nihil, ut apparet ex eo, quod verbis *ἄρκτον μικρὰν* subiecta sunt haec, *ἣν καὶ κυνόσουραν προσαγορεύουσί τινες*.

P. 146, 9 sq. in verbis: *ὅσους διὰ πολλὰς ἐρωμένας εὐεργετήκασιν οἱ θεοί*, pro *πολλὰς* scribendum opinor: *πα λλακάς*.

P. 147, 7 sq. delendum sane est *ἵνα* altero loco positum, sed Schwegleri, pro *ἵνα* scribendum esse censentis: *ὅτι*, conjectura neque verisimilis neque necessaria, quum *ὡς*, quod sequitur, idem valere possit atque *ὅτι*. — V. 9 sqq. quae Argis asservata esse narratur pictura, eandem Origenes contra Celsum IV, 48, 150, et ipse ad Chrysippum provocans, in insula Samo fuisse tradit. Discrepantiam narrationis ita componit Lobeckius Aglaoph. p. 606, ut illam picturam utroque loco exstitisse censeat; quod judicium eo est verosimilius, quod, ut ipse conjecit Lobeckius, scriptor Homiliarum et Origenes diversis Chrysippi scriptis usi videntur.

P. 148, 1 quum uterque liber mscr. praebeat: *θεοῖς καὶ ἐρῶσιν τὰ ἐνάντια πράξασα*, ego non receperim Davisii conjecturam: *θεοῖς καὶ ἥρωσιν* — hic enim scriptor in iis, quae antegrediuntur, diis adnumerat eos quoque, qui ab aliis heroes appellantur, cfr. p. 144, 13 et 145, 7 —, sed *θεοῖς καὶ φιλοσόφοις ἐρῶσι*. Pari modo scriptum legimus p. 147, 13. *θεοῖς καὶ φιλοσόφοις*, p. 147, 16: *θεῶν μὲν Ζεύς, ἀνδρῶν δὲ φιλοσόφων Σωκράτης*. — V. 10 recipienda erat ex mea sententia scriptura codicis O: *ἐπιστολή*. Praeterea notatu dignum, quod, quum scriptor paullo ante usus sit voce *ἀντιγραφή* (ut etiam p. 152, 16) hic habemus: *ἀντίγραφον*, quae vox vulgo non significat responsum scriptum. Non crediderim, scribendum esse: *ἀντίγραφος ἐπιστολή*, sed elucere arbitror, illum titulum a seriore manu esse adjectum. — V. 14 sq. quae leguntur verba: *Ἔρωτα τὸν πάντων πρεσβύτατον, ὡς ἔφης, ἐπὶ πάντων θεῶν καὶ ἀνθρώπων*, ferri non posse, planum est. Pro *ἐπὶ* codex C. porrigit: *ἐπὶ τῆς*. An igitur scribendum: *ἐπίσης*? Loci epistolae Appionis, qui significantur, sunt ii, qui leguntur p. 139, 17 et p. 140, 14 sq.

P. 151, 5 crediderim tamen scribendum fuisse: *ὑποσταίης*.

P. 154, 4 verba: *ἔχειν τι εἰπεῖν ὑπέσχετο*, mendum continere, cum Davisio judicans scripserim: *ἐχέγγυόν τι εἰπ*. cett.

P. 155, 11 sq. conjicio scriptum fuisse: *ἀλλ' οὐδ' ἐκ τῆς ἀποτομῆς τοῦ Οὐρανοῦ, σταγονίου ῥυέντος αἵματος, ἡ Ἀφροδίτη ἐγίνετο*. Certe librorum scriptura *σταγόνων* ferri nequit. — V. 14 scr.: *μήποτε τὸ γεννηθέν* cett. — V. 18 meo judicio recipienda erat codicis O scriptura *ἐξῶσεν*, quamquam paullo infra p. 156, 9 scriptum reperitur *ἀπεώσατο*.

P. 156, 6 post *κατέπιεν* excidisse videntur nonnulla verba, quibus Semeles *βρέφος ἐξαμβλωθὲν* et Jovis *τῷ μηρῷ ἐνραφθὲν* commemorabatur. — An quis censet, potius verba: *ἐκ δὲ τοῦ μηροῦ τὸν Διόνυσον τέκῃ, ὃν ὑπὸ Τιτάνων ἐσπαράχθαι λέγουσιν*, serius ab homine parum accurato addita et subinde particulam *μὲν* post *ἐγκεφάλου* insertam esse? Certe postrema verba errorem continent, nam Bacchus ille, quem Juppiter ex femore genuisse ferebatur, non erat is, quem a Titanibus discerptum esse fabulabantur. Vide quae adnotavimus supra p. 260. — V. 9 recipiendum erat ex codice O: *οὐχ αὕτη*, ad quam scripturam etiam ea, quae est in cod. C propius accedit, quam ad id, quod de conjectura reposuit Dresselius. — V. 15 reponendum videtur: *αἱ θεαί*. — V. 17 codicis O scriptura est: *τῇ τῆς θεᾶς, τὴν* typothetae errori debetur.

P. 157, 5 scribendum videtur: *Ἦν ποτε ὅτε οὐδὲν ἦν πλὴν χάος* cett. — Porro *συμπεφορημένων* mutandum censeo in: *συμπεφυρμένων*. Fieri autem potest, ut verba *ἀτάκτων* et *συμπεφυρμένων* ex binis diversis recensionibus petita sint.

P. 158, 7 ego dico scriptorem posuisse: *καὶ οὕτως ἐξακοντιστὸν πάντων τὸ νοστιμώτατον*, pro eo, quod in libris est: *καὶ οὕτως ἐξ ἀκουστοῦ*

πάντων vel *τῶν πάντων τὸ νοστ.* — V. 13 non, ut Lobeckius, *κατειληφότος*, sed *περιειληφότος* pro *παρειληφότος* scriptum fuisse censeo. Paullo ante, v. 10, appellatum est *τὸ περικείμενον πνεῦμα.* — V. 16 legendum est: *τῷ ᾠῷ.*

P. 159, 17 quum cod. O. praebeat: *μορφωθὴς*, scribendum putaverim: *μορφωθεὶς προέρχεται ὁποῖόν τινα καὶ Ὀρφεὺς λέγει.* Sermo est de Phanete paullo supra, v. 11, commemorato. Cfr. p. 163, 14. Animadvertendum etiam, paullo infra, p. 160, 2, scriptum exstare: *αὐτὸς δὲ* cett. — V. 18 quae leguntur verba ad Orpheum poëtam relata tentavit etiam Duentzerus in libro, quem inscripsit „Fragmente der epischen Poesie der Griechen", p. 73, qui reponendum esse censet: *Ἀρχαίου σχισθέντος ὑπὲκ πολυχανδέος ᾠοῦ.* Quid sibi voluerit Dresselius quum codicis O scripturam *κραναίου* in textum, quem vocant, recepit, difficile est ad intelligendum. Si fas est, hominum doctorum conjecturis novam addere, scripserim: *Ἀργεννοῦ σχ.* cett. *Ὠεὸν ἀργύφεον* audit apud Damascium, Quaest. 147; v. Orphic. Fragm. III in Duentzeri libro citato.

P. 160, 7 et 10 codicis C lectiones *ὑπεχώρησεν* et *πολλὴν* non erant postferendae codicis O scripturis *ὑποκεχώρηκεν* et *πολύ.* Scripturam *πολλὴν* genuinam esse, etiam ex verbis proxime antegressis v. 8 elucet.

P. 161, in codicum scripturis *ὃν ἰμᾷ τι* et *ὀνόματι* ego arbitror latere: *ἀνιμᾷ τι.* Vocula *τι* construenda cum antegresso *θεῖον.* — V. 11 Dresselio, qui codicis C scripturam *διὸ* servasset, pro *ὑποβεβηκυῖα* scribendum erat: *ὑποβέβηκεν.* Videtur hic locus in libris duplici modo scriptus fuisse: *διὸ — ὑποβέβηκεν*, et: *ὡς — ὑποβεβηκυῖα.*

P. 162, 6 pro *διεῖρον* scribendum censeo: *διαρρέον.* — V. 7 legendum: *λαμβάνουσι δὲ καὶ Ἄδωνιν εἰς ὡραίους καρπούς* (libri mscr.: *καιρούς*). Cfr. Cornut. de Nat. Deor. C. XXVIII, p. 163 sq. Osann., Etym. magn. s. v. *Ἄδωνις*, p. 19, 4, Sallust. de Diis C. IV, Jo. Lyd. de Mens. IV, 44, et quae praeterea congessit G. Engelius in libro de Cypro P. II, p. 581, qui, ut nunc ipsum video, locum personati Clementis in adn. 103 tacite correxit. — V. 8 reponendum erat: *Δήμητραν*, nam etiam codicis C scriptura: *Δήμητρα καὶ τὴν*, ad illam formam ducit. Non obstat, quod supra p. 147, 14 diversas genitivi formas praebent codices C et O, ille: *Δημήτρας*, hic: *Δήμητρος.* Cfr. Lobeck. Paralip. Gramm. gr. p. 142.

P. 163, 17 recipienda erat codicis O scriptura: *ἐπὶ κεφαλαίων.* Gravior enim mutatio esset, si quis scribere vellet: *ἐπεκεφαλαιούμενος.* *Ἐπικεφαλαιῶν* autem ferri nullo pacto potest. Locutio *ἐπὶ κεφαλαίων* reperitur etiam p. 281, 17. — V. 19 Dresselius procul dubio volebat: *δευτέρα.* At enim vero ipsius conjectura: *ἡμίσεια*, admitti nequit. Non sane dubium est, quin codicis O scriptura: *Ποσειδῶν ὃς ἧμις* (sic) propius accedat ad id, quod verum est, quam ea, quae est in codice C: *Ποσειδῶν, ὃς ἤ τις.* Sed reponendum: *δεύτερα δὲ Ποσειδῶν, ὃς ἡ μέση ὑγρὰ οὐσία* cett. Similiter Proclus Theol. Plat. VI, 22, p. 403: *Ὁ δὲ Ποσειδῶν συμπληροῖ κἀνταῦθα τὰ μέσα τῆς δημιουργικῆς* cett.

P. 165, 1 notandum nomen *περιστήριγμα*, vel Thesauri Stephaniani editoribus ignotum, qui adeo verbum *περιστηρίζειν* ex uno solo loco enotatum dubiae esse fidei existimant. — V. 3 forsan ita corrigendus: *Πηλεύς, πηλὸς ὁ ἀπὸ γῆς εἰς ἀνθρώπου γένεσιν περινηθεὶς* (codd.: *περινοηθεὶς*), h. e. „circumcirca accumulatus, in acervum congestus." — V. 4 sq. legendum videtur: *ὁ πρῶτος, οὐ γεννηθείς, ἀλλὰ πλασθεὶς ἐτελειώθη καὶ* cett. — V. 10 sq. scribendum: *Ἥρα ἡ σεμνότης.*

P. 166, 4 recipienda erat codicis O scriptura: *παράγειν ἐπίσταται.*

P. 167, 11 sqq. ego scribendum duco: *λέγω δὲ πατροφονίας, τεκνοκτονίας, μίξεις ἀσεβεῖς μητέρων, θυγατέρων, ἀδελφῶν, μοιχείας τε ἀπρεπεῖς καὶ ἀρρενομιξίας καὶ μιαρὰς ἀρρητουργίας, πρὸς ἄλλοις μυρίοις τοιούτοις ἀθεμίτοις μύσεσιν*, pro: *ἄλλαις μυρίαις τοιαύταις ἀθ. μίξεσιν.* *Μύσος* significat „piaculum, scelus abominandum".

P. 168, 5 aut scribendum erat: *ἐξὸν δὴ*, aut omittenda particula *δὲ* secundum cod. O. — V. 7 scripturam codicis O: *αὐτὸς*, quae ipsa ferri nequit, aliquis dicat favere conjecturae a Schweglero propositae: *αὐτὰ*. Verum enim vero quum cod. C praebeat: *αὐτοὺς*, haud scio an sit probabilius reponere: *αὐτὸς* h. e. *ἐγὼ αὐτός*. — V. 15 secundum cod. O omittendae erant voces *οἱ μὲν* ex praegressis syllabis *ἀποφηνάμενοι μὲν* ortae.

P. 169, 16 non esset ferendum vocabulum *μόροι*, si nihil aliud quam „interitus" significare posset, ut praeeunte Cotelerio existimaverunt editores. At significat „cadavera". Cfr. Jacobs adnot. ad Anthol. Palat. VII, 404, 4.

P. 171, 3 Valckenaerio corrupta visa sunt verba: *ὃν πολλοὶ Δία ἀναγράψαντες ἐν πίνακι δημοσίᾳ ἀνατιθέασιν*. Conjiciat aliquis, lectionem: *Δία ἀναγράψαντες*, ortam esse ex eo, quod scriptum erat: *ὃν πολλοὶ* ^ἀνα^ *δια-γράψαντες* cett. Cfr. Hom. II, 26, p. 61, 5 sq.: *τὸν δὲ παῖδα διαγράψας ἐπὶ εἰκόνος* cett. At enim quum *ἀναγράφειν* sit „inscribere", videndum an *Δία ἀναγράψαντες* ferri possit sic acceptum: „Jovis nomine inscripto". Non multum tribuendum censeo ei, quod in verbis, quibus illa excipiuntur in Homiliis, de inscriptione sermo non est. Contra dignissimum adnotatu, quod in Recognit. X, 36 haec scripta inveniuntur: „Denique regem temporis sui depingant in bovis forma, vel anseris, vel formicae, vel vulturis, et scribant super regis sui nomen, atque huiuscemodi vel statuam vel imaginem collocent" cett. — V. 16 pro *εἴτε* scribendum: *εἴγε*. Praeterea legendum videtur: *τά τε γὰρ στοιχεῖα τὰ τέσσερα*, quod ipsum inesse videtur in cod. O, secundum Dresselium porrigente: *τά τε γὰρ στοιχεῖα τὰ δ'* (h. e. *δ'*) cett.

P. 172, 1 corrigendum: *εἰ δὲ ἀεὶ* cett. — V. 8 mireris non receptam a Dresselio codicis O scripturam *νοῦν*, quae unice vera est, cfr. ejusdem paginae v. 1, 5 et 11.

P. 173, 3 spretam a Dresselio nollem formam *Ἀννουβίωνος*, quam praebet cod. O. Ceterum sibi non constitit Dresselius, sed formam *Ἀνουβίων* non recepit nisi p. 154, 9 et 14, et p. 179, 11, reliquis locis plurimis numero alteram illam. Utram cod. O praeberet, praeter hunc locum non adnotavit. Erat autem omnibus locis reponenda forma *Ἀννουβίων*; cfr. Koppii Palaeogr. crit. P. III, p. 584. — V. 10 dubito num jure recepta sit codicis O scriptura *αὐτόθεν*. — Etiam v. 10 et 12 praeferendum erat quod est in cod. C.

P. 174, 17 cur non recepta est lectio utriusque Epitomes *εἱστίασεν*?

P. 175, 5 codicis O scriptura, quae fere etiam in cod. C reperitur, non postferenda erat conjecturae Davisianae; cfr. v. 3: *τῷ ἄρχοντι αὐτῶν*.

P. 176, 13 sq. scribendum conjicio: *ἐπί τε* (codd. *ἔπειτα*) *τοῖς λοιποῖς αὐτοῦ θαύμασιν Ἕλληνοι* (codd.: *οἱ λοιποὶ*) *πάντες ἐν μέσαις ταῖς ἀγοραῖς πανδημεὶ ἐπί σποδοῦ καὶ σάκκου ἐκαθέζοντο*.

P. 180, 4 tentaverit aliquis: *κελεύσματος τοῦ συντόνου*. At quum in cod. Reg. 804 et in Epit. alter. C. LVIII pro *τοῦ συντόμου* scriptum reperiatur: *συντόμως*, equidem non dubito reponere: *ἀπὸ τοῦ συντόμου*, quae dictio idem valet atque *συντόμως*. Accedit, quod in Epit. pr. C. LVIII scriptum reperitur: *εὐθὺς ἐπετίθεντο*.

P. 181, 1 aut scribendum erat: *ἐάν γε*, aut, quod praestat, omittenda particula *τε* secundum cod. O. — V. 3 reponendum aut: *ἂν σωθῆναι*, aut: *ἂν ἀνασωθῆναι*. — V. 7 non crediderim scripturae *συνεθίσας* praeferendam esse Cotelerii conjecturam: *συνετίσας*, quamvis videam esse in Epit. pr. C. LVIII: *καταρτίσας*, atque in cod. or. Tischendorf. et in Epit. alter. C. LVIII: *κατορθώσας*. Potest autem aeque bene dici: *συνεθίζειν τινά τινι*, atque: *συνεθίζειν τί τινι*. — V. 10 et 16 scribendum: *Βύβλον*, et: *Βύβλου*. Id ipsum Dresselius edidit in Epit. utriusque C. LVIII et LIX.

P. 182, 5 et reliquis locis, quibus de eodem homine sermo est, praeferenda erat scriptura nominis: *Μαρρώνης*, quum praesertim, ut p. 254,

adnot. 4 scriptum legimus, cod. O constanter praebeat: μαροώνην. P. 186, 8 etiam cod. Tischendorf. porrigit: Μαροώνου. Praeterea libri mscr. utriusque Epitomes faciunt pro forma Μαροώνης, C. LIX, LXII et LXIX, nisi quod in Epit. alt. C. LIX scriptum reperitur Μαρώνου, quod nollem receptum a Dresselio. — V. 17 pro πάντας reponendum esse: πάντων, perverse judicat Schweglerus. Scripturam πάντας αὐτοὺς confirmat tam Epit. pr. C. LX (ubi pro διαναπαύσει scribendum erat: διαναπαύσῃ) quam Epit. alt. C. LX. Neque opus videtur ut statuamus, intercidisse verba: τῶν πολιτῶν, ad ὑποδεξαμένων pertinentia (ut in Recognit. IV, 2 „cives" commemorantur expresso verbo). — Sanius est judicium Schwegleri v. 15 pro τῆς ὀξείας φιλανθρωπίας commendantis: τῇ ὀξείᾳ φιλανθρωπίᾳ. Certum est enim, illa verba construenda esse cum ἡσθεὶς, quia civium intelligenda est humanitas. At ἥδεσθαι, ut alia affectuum verba, etiam genitivum regere potest et regit apud Sophoclem Philoct. V. 715. — V. 19 jure Dresselius recepit codicis O. scripturam: ἑξκαίδεκα, licet a Thoma Mag. p. 135, 1 et Schol. ad Arist. Plut. 195 improbatam. Cfr. Lobeck. ad Phrynich. p. 413.

P. 184, 4 pro ἴδιον ego scripserim: ἴδιος.

P. 187, 17 mireris scripturam codicis O: μήτε πολέμῳ, ad quam proxime accedit μήτε πολέμων, quod est in cod. C., posthabitam conjecturae Davisianae: μήθ' ὑπὸ πολεμίων.

P. 188, 1 num genuinum sit ἐτῶν, dubito. Forsan: ζώων. — V. 3 praeferenda erat codicis C scriptura: τὴν. — V. 7 sqq. quae leguntur verba: ἅτε μηδενὸς αὐτῶν ἢ πάθει τινὶ ἢ νόσῳ ἢ ἄλλῃ τινὶ ἀνάγκῃ ὑποπεσόντος· ἵνα, ὡς ἀνθρώποις φίλον ἐστὶν ὑπὸ τῆς κακῆς διαμαρτίας κακωθεῖσιν, ἑαυτοῖς τὸν ἰᾶσθαι δυνάμενον περιβλέψωνται Θεόν, quod multifariam corrupta esse censet Schweglerus, haud dubie errat. Dativus ἑαυτοῖς construendus est cum dictione περιβλέπεσθαι Θεόν, „in suum commodum, auxilium, circumspicere Deum". Verbum ἰᾶσθαι tantum abest ut offendat, ut a sententia omnino flagitetur. Nimirum enuntiatio illa, quae incipit a voce ἵνα, arctissime cohaeret cum ea, quae proxime antegreditur. Qua de re ante ἵνα potius virgula incidendum erat. Contra fieri potest, ut in verbis ὑπὸ τῆς κακῆς διαμαρτίας, quae nullum Schweglero scrupulum injecerunt, aliquid sit turbatum. Etenim quum codex O praebeat: δι' ἁμαρτίας, facile aliquis eo inclinet, ut suspicetur, diversarum recensionum scripturas: ὑπὸ τῆς κάκης, et: δι' ἁμαρτίας, perperam in unum esse compactas. — Etiam v. 12 fieri potest ut particula: γάρ, quam Dresselius omittere debebat secundum codicem O, variae lectionis aliuscujus libri indicium contineat pro participiis ἀπωθοῦσα et ἀντεισφέρουσα verba finita porrigentis.

P. 189, 1 et 11 non intelligo cur Dresselius scripturam codicis C μετέβαλον posthabuerit lectioni μετέβαλλον, quam praebet cod. O. — V. 19 scribendum: — ὑποβάλωσιν. ἐπεὶ δέ, pro: — ὑποβάλωσιν, ἐπειδή. Praeterea ἐγίνοντο mutandum videtur in ἐγένοντο.

P. 190, 16 haereo in verbis: πολλῷ γε τῶν ἀνθρώπων κατὰ κορυφὴν μείζους. An: κατὰ μορφήν? Paullo infra, v. 19, scriptum legitur: καὶ μείζους μὲν ἀνθρώπων τὰ μεγέθη.

P. 191, 6 sq. post ἐπώμβρισεν (vel ἐπώμβρησεν, nam hoc potius latere videtur in codicis O scriptura: ἐπώνβρησεν) excidisse aliquid videtur et pro οἴθ', quod in utroque reperitur codice, non οἱ scriptum fuisse, sed: εἶθ'. — V. 13 sqq. plus tribuendum erat codici C, quamquam ne is quidem genuinam scriptoris manum exhibet. Nullo enim pacto ferri potest vocabulum αὐτῆς. Scribendum censeo: οὐκέτι γὰρ αὐτοῖς ἦν μακράν, τὴν ἰδίαν διαφθεῖραι σάρκα, πρότερον ἐν ἑτέραις μορφαῖς αἵματος γευσαμένοις.

P. 192, 7 υἱοῖς, quod Dresselius ex codice O recepit, ferri iam propterea non potest, quod ex Genes. X, 1 constat, a filiis Noës demum post diluvium liberos genitos esse. Non sane apta est ipsa codicis C scriptura: ἅμα τοῖς λοιποῖς — nam nisi de uxore Noës sermo esse non posset, ea autem neque infra p. 197, 8 in censum vocatur —, sed, ni fallor, propius accedit ad id, quod verum est. Videtur enim scriptum fuisse: ἀλλ' οὐ

τοῖς λοιποῖς. — V. 13 praeferenda erat, si quid video, codicis O scriptura ἐπηλύτοις.

P. 193, 7 scr.: προσκειμένων.

P. 194, 1 nescio an legendum sit: καὶ παντὶ τρόπῳ ὑβριζόμενοι τὰ σώματα ἀγωνιᾶτε (pro: ἀγνοεῖτε). — V. 4. mireris non receptam codicis O scripturam: κείμενον. — V. 9 vocula καὶ a Dresselio secundum codicem O verborum in perpetuitatem illata non est apta. Fieri tamen potest ut non prorsus spernenda sit, sed mutanda in κακίας, ita ut ὁ πρόσκαιρος βασιλεὺς κακίας opponatur τῷ τῆς εὐσεβείας βασιλεῖ Paullo infra, p. 195, 11, idem appellatur ὁ τῆς κακίας ἡγεμών. — V. 15 ego probaverim codicis O scripturam: μετὰ τοῦ προσκυνῆσαι, „simul cum adoratione, cum ipsa adoratione". — V. 16 tolerari potest utriusque codicis lectio ἑαυτὸν, si statuitur, subjectum verbi ἀφήρει esse: ὁ τῆς εὐσεβείας βασιλεύς. Atque hoc eo speciosius sumi potest, quod etiam verba proxime sequentia de pietatis rege praedicantur. An quis censet, inter verba καὶ et πάντα excidisse: ἐκεῖνος, vel simile quid? Illud ipsum facilius etiam excidere potuit, si inter verba καὶ et οὕτω positum erat.

P. 195, 1 ego pro ἔτι non scripserim: ἔτι τι, ut Schweglerus, sed: τι. Voce ἔτι non est opus, quia in eadem enuntiatione jam antegressa est dictio τοῦ λοιποῦ.

P. 196, 2 sqq. verba: σπουδάσατε πρῶτον ἐκδύσασθαι τὸ ῥυπαρὸν ὑμῶν πρόλημμα, ὅπερ ἐστὶν ἀκάθαρτον πνεῦμα, καὶ μιαρὸν περίβλημα, binis vitiis laborare persuasum habeo. Neque enim sanum est vocabulum πρόλημμα neque justum locum tenent verba: καὶ μιαρὸν περίβλημα. Pro πρόλημμα scriptum erat aut: περιείλημμα, aut — id quod probabilius —: προκάλυμμα, qua voce hic scriptor usus est Hom. II, 22, p. 58, 5. Porro aut delenda sunt verba: ὅπερ ἐστὶν ἀκάθαρτον πνεῦμα, quippe quae nihil aliud esse possint quam adnotatio ad marginem scripta et post temere in textum, quem vocant, illata, aut universus locus ita constituendus: — τὸ ῥυπαρὸν ὑμῶν περιείλημμα vel προκάλυμμα καὶ μιαρὸν περίβλημα, ὅπερ ἐστὶν ἀκάθαρτον πνεῦμα.

P. 199, 1 sq. verba: τοῦ νῦν βασιλεύοντος κακοῦ τὸν ὡροσκοποῦντα κόσμον ἀστέρα, quamquam aperte corrupta sunt, non satisfacit tamen Schwegleri conjectura ὡρονομοῦντα. Certe scribendum: ὡρονομοῦντα κατὰ κόσμον. — V. 4 corrigendum videtur: προέχεε. Vix enim ad προσέχεε aliquis mente suppleverit: τῷ βιαζομένῳ.

P. 201, 3 nescio an reponendum sit: ἱδρύματα. — V. 11 delenda est virgula ante τὴν πλάνην, pro quibus verbis cur Schweglerus legendum censuerit: τῆς πλάνης, difficile est ad divinandum. — V. 16 sq. idem homo doctus citra necessitatem dubitavit de scriptura: παραδοθείσης καὶ φυλαχθείσης θρησκείας. Pendent haec verba ex σπέρματα φυτῶν, ita ut virgula, quae est post θρησκείας, tollenda sit et post φυτῶν collocanda.

P. 202, 8 pro γὰρ scribendum: δὲ. Notum est autem, has voces frequentissime confundi.

P. 203, 15 praeferenda erat codicis O. scriptura: διαμαρτύρεσθαι.

P. 204, 3 vestigiis scripturae, quae est in cod. O., insistens scripserim: τὴν τοῦ ἐν αὐτῷ δαίμονος φυγήν. — V. 10 in verbis καὶ αὐτοὺς ὑπ' αὐτῶν τῶν ἐνεδρευόντων δαιμόνων ἀναλισκόμενοι ἀγνοοῦσιν, neque αὐτούς, quod Dresselius de sententia Schwegleri reposuit, neque τούτους, quod Cotelerius commendaverat, pro corrupta librorum scriptura τους vel τοὺς restituendum arbitror, sed aut: τέως, „interea", aut: οὕτως. Vocem τέως ex codice O huic scriptori reddidit etiam Dresselius p. 222, 8. Participium ἀναλισκόμενοι arctissime construendum cum verbo ἀγνοοῦσιν, „ignorant se confici".

P. 205, 4 vox ὅτι haudquaquam est mutanda. Locutio οὐδὲ ὅτι sive ὅ, τι significat: „nihil omnino". At non male Schweglerus offendebat in articulo ἡ. Fieri tamen potest, ut non prorsus delenda sit vocula, sed corrupta habenda ex ἡμῖν. Cfr. v. 9 et 12. — V. 7 quid sibi voluerit Dres-

selius, quum vocabulum καθεστῶσι e codice O recepit, difficile est ad intelligendum. Etenim aperte corruptum est ex: καθιστῶσι. Cod. O habet: καθεστᾶσιν, quod a Schweglero recte mutatum in: καθιστᾶσιν. Supra, p. 200, 3 Dresselius codicis C scripturam ἱστᾶσιν praetulit lectioni ἱστῶσιν, quam praebet cod. O. Infra p. 359, 9 pro ἀνθεστὼς, quod est in cod. C, ex codice O recepit: ἀνθιστῶν. Ergo sibi non constitit homo doctus. Equidem, quanquam apud hunc scriptorem ferri posse formam ἱστάω haud nego, tamen, ubi optio datur, alteri esse posthabendam existimo. In Epit. pr. C. XI est: παριστῶσιν.

P. 206, 1 ineptum vocabulum οὗτοι vix dubitare licet quin ortum sit ex: οὓς οἱ. Ergo in codice C vocula οἱ perperam bis exarata. Legendum: εἰσὶν δέ, οὓς οἱ δαίμονες cett. — V. 4 Dresselius scripsit: καὶ τοὺς δαίμονας εἶναι τοὺς πολλοὺς λανθάνουσιν, pro eo, quod est in libris mscr.: καὶ τοῦ δαίμονος vel τοῦ δαίμονας. At articulus τοὺς nullo pacto est ferendus. Praeterea miretur aliquis, nullumdum offendisse in verbo λανθάνουσιν. Exspectabas: λανθάνει. Suspicor: καὶ αὐτοὺς δαίμονας εἶναι vel τὸ δαίμονας εἶναι (sc. ἐκείνους, οἳ τοῖς νοσοῦσι θεραπείας συντάσσουσιν) τοὺς πολλοὺς λάνθανόν ἐστιν (h. e. λανθάνει). — V. 15 sq. editum legitur: πόσοι κατ' ὄναρ ὁμοίως ἄλλοις ὤφθησαν, καὶ ὕπαρ συναντήσαντες ἀλλήλοις πρὸς τὸ κατ' ὄναρ ἀντιβάλλοντες οὐ συνεφώνησαν. Sed haec verba neque sententiae neque linguae legibus satisfaciunt. Equidem censeo, pro ὁμοίως scribendum esse: ὅμοιοι, et ἀλλήλους pro: ἀλλήλοις. Pendet autem ἀλλήλους ex ἀντιβάλλοντες. — Quae sequuntur verba, sic videntur esse restituenda: ὥστε οὐ κατ' ὄναρ (pro: οὐκ ἔτι ὄναρ) ἐπιφάνεια ἐκεῖνό ἐστιν, ἀλλ' ἢ δαίμονός ἐστιν ἢ ψυχῆς τινα (pro: τὰ) ἐπιγεννήματα.

P. 207, 11 σαφής typothetae errore exaratum est pro: σαφές. — V. 14 ne quis obtemperandum esse opinetur Schweglero, conferat modo p. 209, 8.

P. 208, 17 nollem intacta relicta esset forma: συγκρύβουσιν. P. 365, 11 sq., ubi cod. C porrigit: ἀπέκρυβον, Dresselius e codice O recte reposuit: ἀπέκρυπτον. Cfr. Lobeck. ad Phrynich. p. 317 sq.

P. 209, 3 in locutione: δι' ἐνιῶν ἐπινοιῶν, vocabulum ἐνιῶν an sanum non sit dubito. Conjicio: ἐνεῶν. Cfr. voc. ἐνεόφρων.

P. 210, 2 sq. parum apta mihi videntur verba: ἐπεί γε, corrupta illa, ut opinor, ex: ἐπὶ δὲ. — V. 4 sqq. mireris nullumdum de mendo postulavisse verba haecce: — ἀλλ' αὐτοὶ μηκέτι ἁμαρτάνοντες καὶ Θεῷ ἀνενδοιάστως πιστεύοντες τὰ ἄλλων κακὰ πνεύματα καὶ δαιμόνια χαλεπὰ σὺν τοῖς δεινοῖς πάθεσιν ἀπελάσετε. ἐνίοτε δὲ μόνον ἐνιδόντων ὑμῶν φεύξονται. ἴσασι γὰρ τοὺς ἀποδεδωκότας ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ. διὸ τιμῶντες αὐτοὺς πεφοβημένοι φεύγουσιν, ὥσπερ ἐχθὲς ἑωράκατε, πῶς ἐμοῦ ἀναθεμένου μετὰ τὴν προσομιλίαν εὔξασθαι ὑπὲρ τῶν πασχόντων αὐτὰ τὰ πάθη, τῇ πρὸς τὴν θρησκείαν τιμῇ ἀνέκραγεν, βραχεῖαν ὥραν στέξαι μὴ δυνηθέντα. In enuntiato, quod incipit a vocabulo ἐνίοτε, excidisse videtur subjectum masculini generis ejusdemque significationis atque praegressa verba: τὰ κακὰ πνεύματα καὶ δαιμόνια χαλεπά. Ergo scribendum dicas: ἐνίοτε δὲ δαίμονες μόνον cett. Porro clarum est, postrema verba flagitare subjectum neutrius generis simili praeditum notione. Praeterea minus aptum verbum αὐτά, quod est ante τὰ πάθη. Itaque sic fere scriptum fuisse arbitror: πῶς, ἐμοῦ ἀναθεμένου — πασχόντων, τὰ πνεύματα τὰ ποιήσαντα τὰ πάθη τῇ πρὸς cett. Paullo infra p. 211, 10 appellantur: τὰ παθοποιὰ πνεύματα. Atque posterior haec mutatio quin idoneam habeat rationem, me quidem judice dubitari nequit. At priore illa non esse omnino opus, contendat aliquis, qui meminerit locorum, quales sunt p. 226, 11 sqq.: πλὴν εἰ ὄντως ἔμπνοα ἦν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, ἀφ' ἑαυτῶν ἂν ἐκινεῖτο, φωνὴν ἂν εἶχεν, τὴν ἐπ' αὐτοῖς ἀράχνην ἀπεσείετο cett. νῦν δὲ τούτων οὐδὲν ποιοῦσιν, ἀλλ' κατάδικοι, καὶ μάλιστα οἱ τιμιώτεροι αὐτῶν, φρουροῦνται cett., et p. 227, 18 sqq.: αὐτὰ (sc. ὑμῶν τὰ ἱδρύματα) γὰρ οὐδὲν δυνάμενα οὐδὲν ποιεῖ. ἐπεὶ εἴπατε ἡμῖν, τί διοικοῦσιν, τί ποιοῦσι τοιοῦτον, ὁποῖόν τι οἱ κατὰ τόπον ἡγούμενοι; τί δὲ ἐνεργοῦσι τοιοῦτον, ὁποῖον οἱ τοῦ Θεοῦ ἀστέρες; εἰ μή τι

φαίνουσιν, ὡς ὁ ἥλιος, οἷς λύχνους ὑμεῖς ἅπτετε; μή, ὥσπερ τὰ νέφη ὑετοὺς φέρει, καὶ αὐτοὶ φέρειν ὄμβρους δύνανται, οἱ μηδὲ ἑαυτοὺς κινεῖν δυνάμενοι cett. An his locis excidisse putabimus: *οἱ θεοὶ ὑμῶν* (cfr. p. 227, 14), et priore quidem loco post *ποιοῦσιν*, altero vero post *διοικοῦσιν*? Profecto inde, quod scriptum reperitur: *διοικοῦσιν*, non: *διοικοῦσι*, conjecturam capere quis possit, proxime secutum esse vocabulum a vocali litera incipiens. At vereor, ne illud parum firmum sit argumentum. Ut brevi dicam quod sentio, videtur utroque loco statuenda esse constructio, quae vocatur ad sensum. Similiter judicare licet de loco, unde orsi sumus, quamquam ego ampliandum esse censeo, quum praesertim appareat, quam facile *δαίμονες* inter vicina vocabula *δὲ* et *μόνον* excidere potuerit. — Ceterum prorsus superfluae sunt conjecturae Schwegleri, pro *ἐνιδόντων* legendum esse censentis: *ἐπόντων*, et *ἐπιθεμένου* pro *ἀναθεμένου*, nam *ἀνατίθεσθαι* non sane significat „differre", ut interpretatus est Cotelerius, sed „suscipere in se", cfr. Toup. Emend. in Suid. I p. 242. Denique, ut etiam de hoc moneam, non video, cur Dresselius tam hic quam in sequentibus spreverit formam *χθὲς*, quam cod. O praebet pro *ἐχθὲς*, quod semper exaratum est in cod. C, excepto, si recte memini, uno loco, qui est p. 154, 15, si fides habenda est Cotelerio. Neque vero sibi constitit Dresselius, qui non solum hoc loco sed etiam in universa Homiliarum parte ea, quae nova accessit ex cod. O, intactam reliquerit formam *χθές*.

P. 211, 7 nihil mutandum. Imperator dicitur mundi imaginem referre. — V. 15 sqq. sic scriptum: *οὕτω καὶ τὸ θεῖον ἅγιον πνεῦμα χαίρει, ὅτι τὸν θάνατον νενίκηκεν ἄνθρωπος· τὸ γὰρ δαίμονας φυγαδεύειν εἰς τὴν ἄλλου ἴασιν γίνεται. ταῦτα δὲ λέγομεν, οὐχ ὡς ἀρνούμενοι τὸ μὴ δεῖν ἄλλοις βοηθεῖν* cett. Nonne pro *ἄλλου* positum erat: *ἀνθρώπου*? Notum est autem, vocem *ἄνθρωπος* concipi solitam esse hoc signo: *ανος*.

P. 212, 7 verba *τοὺς μὴ Θεῷ προσκειμένους ὅρκους* mire interpretantur: „qui ad Deum non referunt adjurationes". Videtur corrigendum esse: *δι' ὅρκους*, „eos, qui Deo se non dediderunt fugere simulant propter exorcismos". Exorcismis fugari daemones credebantur, vid. e. g. Tertullian. Cor. mil. 11. Cfr. verba paullo supra p. 211, 18 et p. 212, 1 posita: *ἔσθ' ὅτε δέ τινας ἀνόμους ἄνδρας δαίμονες φεύγουσι δι' ὄνομα τίμιον*. — V. 14 codicis O scriptura: *ἐπιδιδόντες*, recepta nulla opus esset mutatione verborum: *τὸ ὅσον δύνασθε*, si genuina esse posset locutio: *τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς ἐστιν*, quae reperitur infra p. 277, 5, adhuc ea intacta relicta. Quo de equidem quum dubitem, hoc, de quo jam agitur, loco scribendum propono: *τόσον, ὅσον δύνασθε, ἐπὶ τὸ τέλειον τῆς ἁγνείας ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντες*, quamvis intelligens, etiam aliter corrigi posse.

P. 215, 10 minime necessarium erat mutare codicum scripturam: *ὑπ'*. — V. 17 nudum dativum *ἁμαρτίᾳ* ferri non posse, recte judicabat Schweglerus.

P. 216, 6 sq. editum est: *ἀλόγοις ζώοις ἐοικότα πράξαντες ἐκ τῆς ψυχῆς* [*ὑμῶν*] *τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν ἀπωλέσατε*. Praepositio *ἐκ* Schweglero debetur, pronomen *ὑμῶν* Dresselio. Reperitur autem in cod. O lacuna post vocabulum *ψυχῆς*. At quis non videat, illa medela sententiae haudquaquam esse consultum? Si verum est *ἐοικότα* a Cotelerio propositum pro *ἐοίκατε*, quod etiam in cod. O reperitur — estque ea conjectura sane quam probabilis —, post *ψυχῆς* videtur potius excidisse verbum tale, quale: *πλάνη*.

P. 217, 1 pro *εἰ γὰρ* scribendum erat aut: *ἦ γάρ*, aut *ἢ γάρ*. Prius illud, non alterum hoc, ut rettulit Dresselius, commendavit Schweglerus. Nobis magis placet *ἢ γάρ*, quod habetur etiam p. 245, 19. — V. 13 in verbis *καὶ ταῦτα ἐὰν χρύσεα ἢ ἀργύρεα* cett. ante *ἢ* intercidit: *ᾖ*.

P. 218, 1 sq. haec recepit Dresselius: *οὐδὲ γὰρ νεκρὰ αὐτὰ λέγειν δύναμαι, τὰ μηδέποτε ζήσαντα, ἐκτὸς εἰ μὴ τάφοι ἀρχαίων ἀνθρώπων εἰσίν*. At sermo est de simulacris, qualia coli solebant a paganis. Praeterea, quomodo sepulcra ipsa dici possunt non mortua? Jam, quum libri mscr. por-

rigant: εἰ μὴ ἐκτὸς τάφοι cett., genuina scriptoris manus fuisse videtur haec: εἰ μὴ ἔκ τινος τάφου ἀρχαίων ἀνθρώπων εἰσίν, h. e. nisi simulacra mortuorum sunt. Verbi εἰσὶν mutatione in: ἐστὶν, per se satis facili ne opus quidem videtur; cfr. adnot. ad p. 107, 9. — V. 5 num Dresselius jure receperit codicis O scripturam μεμαθήκοι, dubito. — V. 6 sq. nollem secundum Cotelerium scriptum esset: οὐ χρή με πρὸς τῆς τοιαύτης δεισιδαιμονίας πολλὴν παρέχειν ἀπόδειξιν. Quum uterque codex habeat: πρὸς τὴν τῆς, non videtur dubitari posse, quin post τὴν vel post δεισιδαιμονίας interciderit verbum aliquod substantivum „refutationem" significans, quale est: ἔλεγξιν. — V. 14 recipienda erat Cotelerii emendatio: ἄστρα, γῆν, haud ea verae similis tantum, sed procul dubio vera. — V. 15 conjectura Davisii, pro μηδὲ scribendum esse judicantis: μὴ δεῖν, mihi quidem satis probabilis videtur esse.

P. 219, 2 non erat negligenda codicis O scriptura: ὅτι. — V. 5 num participium εἰδὼς idonea ratione defenderit Schweglerus, dubito. At ferri illud potest, si in sequentibus anacoluthiam, quam vocant, inesse statuitur. Videntur autem ea, quae capite XI continentur, unum efficere enuntiatum. Quippe ea, quae inde a verbis λόγῳ δὲ leguntur, in parenthesi dicta sunt; apodosis vero incipit a verbis: ἵνα οὖν ταῦτα πάθητε. Praeterea dubitare licet, num recte habeant verba v. 5 sq. posita: ἐὰν ὑμᾶς εἰς ὑπόνοιαν τῶν δήποτε λεγομένων θεῶν ἐνέγκῃ. Libri mscr.: ὧν δήποτε. Illud Schweglero debetur. At videtur legendum esse: εἰς ὑπόνοιαν ὡς vel ἥν δήποτε τῶν λεγομένων θ. — V. 15 de sententia Cotelerii scriptum est: Ἀπ' αὐτοῦ γὰρ πᾶσαι αἱ κατὰ τῆς μοναρχίας ἀπατηλοὶ (sic) τῷ νῷ ὑμῶν ἐπὶ βλάβῃ ἐνσπείρονται ὑπολήψεις. Libri mscr.: Αὐτοῦ. Si locus in hunc modum esset mutandus, equidem praeferrem: Ὑπ' αὐτοῦ, vel, quod etiam facilius: Αὐτῷ. De dativo cfr. p. 232, 10. Mutandus autem est; neque enim defendi potest eo, qui habetur p. 220, 13 sq.: διὸ φεύγετε τοῦ ὄφεως τὴν πανοῦργον ὑποβαλλομένην ὑμῶν τῷ νῷ ἐνθύμησιν, ubi nudum genitivum τοῦ ὄφεως jure non tentaverunt homines docti. At enim scribendum: Αὐτοῦ γὰρ πᾶσαι, αἳ — ἐνσπείρονται, ὑπολήψεις. Cfr. Recognit. V, 17: „Ex ipso ergo sunt omnes errores et ambiguitates, quibus ab unius dei fide et credulitate deturbamini."

P. 220, 1, quae sunt, verbis: προφάσει γνώσεως ἐνεδρεύει, δοὺς τὰ μὲν πρῶτα μιᾷ τῇ κατὰ πάντων προλήψει χρώμενος, haec respondent in Recognit. V, 18: „Et hoc facit quasi occasione alterius scientiae, adseverans eis illam opinionem qua utuntur plurimi". Unde Clericus conjecit, pro voce δούς, quae aperte corrupta est, scribendum esse: ἄλλης. Mihi veri videtur similius: ἑτέρας, quum Rufinus habeat: „alterius", et prior illius vocabuli pars propter antegressum ἐνεδρεύει facilius potuerit intercidere. Locutionem κατὰ πάντων rectius interpretatus est Rufinus, quam Cotelerius, qui verba sic fecit latina: „una in omnes utens praesumtione." V. 2 inepta est particula καὶ a Schweglero addita. Verba: νομίζειν κακῶς βεβουλεῦσθαι significant: „probare ipsis male consultum esse." De hoc verbi νομίζειν usu cfr. Xenoph. Oecon. XVII, 9 et Lobeck. ad Phrynich. p. 753. — V. 14 non debebat Dresselius ex codice O recipere particulam δή. Porro equidem non dubitarem adstipulari Schweglero, pro ἵνα legendum esse: ἐάν, existimanti, nisi in Recognit. V, 18 versus finem haec invenirentur scripta: „Ut autem scias quia ignorantia per semet ipsam generat interitum, anima cum discesserit a corpore" cett.; unde facile oritur suspicio, intercidisse aliquid post ἵνα δέ.

P. 221, 1 a verbo ὅτι, quamquam, ut nunc in libris mscr. exhibetur locus, haudquaquam est aptum, ego tamen manum abstinendam esse censeo, si quidem antegressa vere sunt lacunosa. — V. 8 non opus erat conjectura Schwegleri, pro αὐτοὶ legendum proponentis: οὗτοι, quod nec video quo jure prae oculis fuisse opinentur Rufino, V, 19 interpretanti „isti". — V. 10 sq. vix dubitandum, quin genuina scriptoris manus sit: οἱ ταύτῃ τῇ ὑπονοίᾳ ὡς δεινῷ ὑπαλειφθέντες ἰῷ. Cfr. dictiones ὑπαλεί-

φεσθαι πίστει, λόγοις apud Ignatium Ep. p. 19 et Leonem Diacon. p. 20, 9. — V. 14 nihili est ὡσεὶ a Schweglero commendatum. Proba videtur librorum scriptura: ὡς εἰς τὸν τοῦ Καίσαρος λόγον, „tanquam ad similitudinem Caesaris“.

P. 222, 3 recipienda erat codicis O lectio: πεισθεὶς εἴτε λαβεῖν εἴτε. — V. 13 sqq. editum est: αὐτὸ (sc. τὸ ὄνομα Θεὸς) ἀτιμίᾳ ὅσον τὸ κατ' αὐτοὺς ὑπέβαλον. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν παρέδοσαν βοῦν τὸν λεγόμενον Ἆπιν σέβειν, οἱ δὲ τράγον, οἱ δὲ αἴλουρον, οἱ δὲ ὄφιν, ἀλλὰ καὶ ἰχθὺν καὶ κρόμμυα καὶ γαστρῶν πνεύματα καὶ ὀχετοὺς καὶ ἀλόγων ζώων μέλη. καὶ ἄλλοις μυρίοις πάνυ αἰσχροῖς ἀτοπήμασιν. Mirum est, nullumdum offendisse in postremis verbis, quippe quae non habeant, unde pendeant. Possit quidem aliquis cogitare construenda esse cum ὑπέβαλον, at equidem vereor, ut apte. Accedit, quod Rufinus in Recognit. V, 20 ita est interpretatus: „omnibus nihilominus contumeliis nomen incommunicabile subjecerunt. Nam alii eorum bovem, qui Apis dicitur, colendum tradidere, alii hircum, alii cattas, nonnulli ibim, quidam serpentem, piscem quoque, et caepas, et cloacas, crepitus ventris, pro numinibus habendos esse docuerunt, et alia innumerabilia quae pudet etiam nominare.“ Facile apparet librum, quo utebatur Rufinus, in hac parte emendatiorem fuisse. In eo enim non solum ante οἱ δὲ ὄφιν servata erant verba: οἱ δὲ ἶβιν, sed etiam postrema verba, de quibus potissimum agitur, aliter et aptius quidem tradita, sic opinor: — μέλη, καὶ ἄλλα μύρια, πάνυ αἰσχρὰ καὶ ὀνομάσαι.

P. 223, 6 sq. scriptum reperitur: πῶς δὲ κἀκεῖνοι ὑμῶν καταγελῶντες λέγουσιν, ἀκούσατε· ἡμεῖς, φασίν, εἰ καὶ θνήσκοντα προσκυνοῦμεν cett. Φασίν reposuit Schweglerus. Libri mscr.: φησίν. At enim, quamquam proxime sequitur: πρὸς τούτοις φασίν, nescio equidem an ferri possit illud, quippe quod saepius plane respondeat germanicae dictioni „heisst es“. De verbo φησὶν nude posito cfr. quae disputaverunt Davisius ad Maxim. Tyr. p. 536 et ad Ciceron. Tusculan. I, 39, Bentlejus et Heindorfius ad Horat. Serm. I, 4, 79, Heindorfius ad Platon. Georg. S. 166, Heinrichius ad Juvenal. Sat. III, 153, Creuzerus ad Plotin. ed. Oxoniens. T. III, p. 3, Boissonadius ad Marini Vit. Procli p. 142. Usus dictionis neque in Homiliis ita rarus, cfr. e. gr. p. 184, 1, 207, 18, 227, 4 et 9, 233, 12, p. 234, 8 et 16, 235, 16. — V. 8 forsan scribendum: ἀλλ' οὖν γε, quibus particulis conjunctis saepius utitur hic scriptor, cfr. e. gr. p. 234, 14, 235, 5, 242, 16. Ἀλλ' οὖν γε κἂν est etiam p. 290, 9. — V. 10 scribendum: ὁμῶς. — V. 12 nullam video rationem, cur Schweglerus scripturam utriusque codicis: ἀποκρίνασθε, mutaverit in: ἀποκρίνεσθε. Idem homo doctus p. 239, 5 pari injuria pro γένεσθε, quod est in libris mscr., reposuit: γίνεσθε. Contra p. 248, 17 intactos reliquerat aoristi imperativos καθάρατε et πλύνατε, quorum posteriorem Dresselius, codicem O secutus, parum apte commutavit cum praesentis imperativo πλύνετε. — V. 14 sqq. in verbis: οἱ μὲν γὰρ ὑμῶν κρόμμυον ὑπονοήσαντες εἶναι τὸ θεῖον καὶ γαστρὸς πνεύματα σέβοντες πολεμοῦσιν· καὶ οὕτως ὁμοίως οἱ πάντες ἕν τι προτιμήσαντες τὰ ἄλλων ψέγετε, lacunam esse post πολεμοῦσι persuasum habeo. Erat autem post hoc ipsum vocabulum mentio injecta eorum, quibuscum pugnarent caepam suum numen existimantes et ventris crepitus colentes; deinde sequebatur altera enuntiati pars ab οἱ δὲ incipiens, in qua rursus bini diversorum cultores inter se dissidentes commemorabantur; tum demum subjiciebantur verba καὶ οὕτως ὁμοίως sqq.

P. 224, 1 equidem ante ἔτι excidisse opinor: ἔνιοι, nisi quis mavult, in ipso vocabulo ἔτι latere: ἔνιοι. — V. 3 quum cod. O pro ἀπονοίας, quod est in cod. C, praebeat: ἐπινοίας, illud vero propter verba: τὰ τοῦ ὀρθοῦ λογισμοῦ πνέοντες minus aptum videatur, legendum proponimus: ὑπονοίας, quae vox, meram opinionem significans, satis quadrat ad verba τῷ τῆς ἀπάτης. Cfr. etiam locus, qui est p. 226, 8, ubi dictionem: τῆς λυσσώδους ὑπονοίας, injuria tentavit Schweglerus. — Porro offendo in verbis

ὅμως καὶ. Scriptura codicis O: ὁ μὲν nihil aliud videtur sibi velle quam: ὧν μὲν. — V. 4 vellem Dresselius ex cod. O recepisset: διηλέγξαμεν, et secundum hunc eundem librum transmisisset τὸ, quod est ante τοσοῦτον, neque enim audiendus est, quum legi posse existimat: τοσοῦτον μωρὸν ἐπεκράτησε τὸ πάθος. — V. 15 nollem Dresselius verborum perpetuitati intulisset ipsius conjecturam: ποιουμένου, probatam quidem etiam Uhlhornio l. c. p. 171, adn. 26, qui in eo errat, quod illud in codice O esse existimat. Reponendum potius, quod jam a Davisio commendatum video: ποιητοῦ, „ejus, quod factum est".

P. 225, 6 malim: μηδὲν τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγονότων. — V. 7 codicis O scriptura: αὐτὸς, haudquaquam praeferenda erat codicis C lectioni: θεὸς. Haec vocabula etiam aliis Homiliarum locis inter se permutata videre est. Dubito autem vehementer, num αὐτὸς defendere liceat eo, quod haec vox „dominum" significat cum apud alios scriptores, quo de cfr. Casaubon. adn. ad Theophr. Char. Eth. C. II, interpr. ad Theocrit. Id. XXIV, 50, Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. 959, tum, nisi fallor, in Homiliarum loco, qui est p. 108, 14 sq.: ὁ πονηρός ἐστι ὁ πειράζων, ὁ καὶ αὐτὸν πειράσας, ubi Christus est intelligendus. — Quae sequuntur verba ad sententiam inepta sanari possunt sola interpungendi ratione mutata in hunc modum: εἰ δὲ ὁ πᾶς κόσμος τοῦτο εἶναι οὐ δύναται —, πόσῳ γε μᾶλλον τὰ μόρια αὐτοῦ; οὐκ ἂν εὐλόγως κληθείη θεός. Ita non opus, εὐλόγως mutare in: ἀλόγως. — Porro v. 9 sqq. scribendum: μόρια δὲ λέγω τοὺς ὑφ' ὑμῶν λεγομένους θεούς, ἐκ χρυσοῦ — καὶ ἐξ ἄλλης ὕλης ἡστινοσοῦν γεγονότας, καὶ ταῦτα ὑπὸ θνητῆς χειρὸς δεδημιουργημένους, nullo enim pacto tolerandae utriusque codicis scripturae: γεγονότα et δεδημιουργημένα. — Denique mendum est in verbis v. 12 sq. positis hisce: οἷα δι' ἀνθρώπων στόματος ὁ δεινὸς ὄφις φαρμάσσει τοῖς ἐπειγμοῖς τοὺς ἐξαπατωμένους. Nam ἐπειγμοῖς, quod Dresselius e codice O reposuit, non magis graecum vocabulum est quam ὑπειγμοῖς, codicis C scriptura, et, si esset, utpote cohaerens cum verbo ἐπείγω, non satis quadraret ad sententiam. Tentaverit aliquis: ἐπᾳσμοῖς, „incantamentis". At equidem non dubito, quin scriptum fuerit: ἐμπαιγμοῖς, „illusionibus", de qua serioris aevi voce cfr. Lobeck. ad Phrynich. p. 241.

P. 226, 4 recipi poterat codicis O scriptura αὐτοῖς. — V. 5 pro ἐστίν et ἐστιν scr. ἔστιν. — V. 9 sq. pro καὶ αἰωνίων ἀρχαίων τάφους προσκυνεῖτε scribendum erat: τί ἀνθρώπων ἀ. τ. π. Vocabulum αἰωνίων in ἀνθρώπων mutandum esse, quum primo obtutu intellexissem, postea vidi jam Cotelerium sensisse. Scilicet ortum mendum est, ut etiam Schweglerus adnotavit, ex compendio ἀνος, de quo jam supra in adn. ad p. 211, 15 sqq. dictum est. Emendationem eximie suffulcit locus, qui est p. 218, 2. — V. 17 sq. scr. τί δέ; οὐ φόρους cett., et: τί δέ; οὐ πολλάκις cett.

P. 227, 18 praeferenda erat codicis C scriptura: ὑμῶν. — De sequentibus cfr. quae supra ad p. 210, 4 sqq. adnotavimus. Praeterea monendum, verba: τί ποιοῦσι τοιοῦτον, ὁποῖόν τι vitiosa esse. Corrige sodes: ὁποῖον καὶ.

P. 228, 3 sq. quae e codice O transcripta sunt verba: ἢ καρποὺς παρέχοντας τοὺς αὐτοὺς τῇ γῇ τοῖς πόνοις ὑμῶν, οἷς θυσίας χορηγεῖτε, quamvis aperte ad id, quod verum est, propius accedant quam ea, quae codex C exhibet, non sunt tamen prorsus sana. Verba τοὺς αὐτοὺς τῇ γῇ probet aliquis, interpretans: τοὺς αὐτούς, οὓς ἡ γῆ. Sed sequentia sic scribenda videntur: — τῇ γῇ, οἷς τοῖς πόνοις ὑμῶν (vel melius: ὑμεῖς, quod est in codice C) θυσίας χορηγεῖτε; h. e. „quibus ope fructuum, quos labore vobis comparastis, vos sacra facitis"? Cfr. verba, quae leguntur p. 228, 1. — Praeterea nescio an praestet, interrogationis signum, quod est post ἐπιλάβωνται, in comma, quod vocant, mutare (modo interrogationis signum ponatur post χορηγεῖτε), ut indicetur, ad sequens ἢ supplendum esse: εἰ μή.

P. 229, 10 scribendum: ὁμῶς.

P. 230, 18 scr.: ἀρούρᾳ.

P. 231, 2 num verba: μάθετε ἀπὸ ποίων καλῶν ἐνηδρεύθητε, significare possint: „animadvertite a qualibus bonis per insidias abstracti fueritis", dubito. Neque tamen adstipulari possum Davisio, corrigenti: ὑπὸ ποίων κακῶν ἐνηδρεύθητε, quia sententia, quam ita lucramur, jam inest in sequentibus verbis: ὑπὸ τίνος ἠπατήθητε. Videntur haec verba eodem laborare mendo atque verba: μὴ δυναμένῳ ἀπατηθῆναι ἀπὸ τοῦ δοθέντος ἀγαθοῦ, quae sunt p. 44, 2. Utroque loco pro ἀπὸ scribendum ajo: ἐπί. Nam ἀπατᾶσθαι sive ἐνεδρεύεσθαι ἐπί τινος, non ἀπό τινος, usurpare licebat ea significatione, qua opus est: „decipi circa aliquid". — V. 5 pro ἀναλῶσαι δυνηθῇ scribendum videtur: ἀναλῶσαι ἂν δυνηθείη. — V. 12 legendum: τὸν ἄνθρωπον.

P. 232, 5 Dresselii conjecturam, annot. 2 prolatam, ferendam non esse, docent verba, quae sunt v. 11 sq. — V. 9 sqq. quae leguntur verba, ne sic quidem, ut nunc sunt edita, ferri possunt. Pro ἔστε scribi posse: ἐστὶν, ut Davisio, ita etiam mihi in mentem venit. Sed magis etiam haereo in dictione διὰ τοῦτο. An verba sic interpungenda: νῦν δὲ πάντα πράττετε, δι' ἃ ἄνθρωπος ἀθυμεῖ· ἀδικία γὰρ καὶ ἀθυμία γίνεται διὰ τοῦτο· φονεύετε καὶ ἀφαιρεῖσθε τὰ αὐτοῦ cett.? Praeterea offendo in vocabulo ὑμεῖς sic, ut nunc, posito. Jam in Recognit. V, 23 haec scripta reperiuntur: — „omne ergo quod ipse pati non vis, cum facis alii, imaginem dei iniquis moeroribus foedas. Intelligite ergo, quia latentis intrinsecus serpentis est suggestio" cett. Quae quamvis haudquaquam ad verbum respondeant iis, quae sunt in Homiliis, tamen favent ei, qui conjiciat, ante ἑρπετῷ intercidisse verba talia, qualia sunt: ἐννοεῖτε οὖν, ὅτι. Vocabulum ὑμεῖς conjungendum erit cum praegresso θέλετε. — V. 15 recipiendam censeo codicis O scripturam: ἀνῄρητο. Cfr. p. 290, 15. — V. 17 forsan scribendum: πλὴν εἰκῇ οὕτως εἰ θέλετε cett.

P. 233, 17 codicis O scriptura haudquaquam praeferenda erat lectioni codicis C: τὸ μὲν cett., quae vero propior est. Scribendum enim: τοῦ μὲν cett. — V. 18 sq. non dubium, quin Dresselius parum apte sic ediderit: τῷ δὲ ὄντως Θεῷ πρὸς ταῖς εὐχαῖς [ἐχόμενοι πολλοὶ] καὶ Ἕλληνες ἐσώθησαν. Verba ἐχόμενοι πολλοὶ de suo addidit vir doctus, ut lacunam expleret, quae est in cod. O. Non male Schweglerus: προσιόντες εὐχαῖς. Jam aliquis tentaverit: — προσελθόντες, εὐχαῖς προσευξάμενοι, καὶ cett. Praeterea scrupulum injiciunt verba: καὶ Ἕλληνες. Ea non fuisse in exemplo Rufini, ut credamus facere potest hic Recognit. V, 25 locus: „et ex ipsis, qui impura figmenta et pollutas imagines venerantur, nonnulli conversi ad deum, et revocantes se a peccatis et agentes bona opera, perveniunt ad salutem". Ergone retinenda sunt et sic accipienda: „quamvis" vel „adeo pagani"? Paganum significat vox Ἕλλην etiam infra p. 241, 6, ut saepius in novo Testamento. An pro Ἕλληνες scribendum: ἐλεηθέντες, „veniam nacti"? Hoc qui probaverit, ei statuendum erit, aut participium προσευξάμενοι aut verbum finitum προσηύξαντο lacuna, quae proxime antegreditur, esse haustum.

P. 234, 1 scribere praestat secundum codicem O: ἀλλ' οὐ τὴν ἀρχὴν cett., interrogationis signo post ἐνθυμεῖσθαι posito. Sunt autem haec verba aliorum, non Petri; id quod expresso verbo „inquit" significatur in Recognit. l. c. Non liquet, utrum codex O praebeat: ἀλλ' οὐ ἀρχὴν, an ἀλλ' οὐ τὴν ἀρχὴν. Illud sumendum esset, si annotationis signum justo loco collocatum esse constaret. At hoc, opinor, verosimilius. — V. 4 Schwegleri mutationem haud adeo certam judicaverim, ut in perpetuitatem verborum receptam velim. Codicum scriptura: ὑφ' ἑτέρου ἀνάγκης, magis quadrat ad opposita verba: ἰδίᾳ προαιρέσει.

P. 236, 1 vera videtur Davisii conjectura: τῷ εἰς μείζονα. — V. 8 sq. quae sunt verba: διὸ οὔτε τελείους ὑετοὺς παρέχει, οὔτε γῇ τοὺς καρπούς, quum primum legi sic emendanda esse statui: οὔτε (vel: οὐ) νεφέλη τοὺς ὑετοὺς cett. Post vidi, similiter jam Davisium conjecisse scribendum:

διὸ οὔτε νέφη τοὺς ὑ. Cfr. p. 228, 1: ὥσπερ τὰ νέφη ὑετοὺς φέρει. Vocabulum νεφέλη propius, opinor, accedit ad literarum tractus, qui in libris mscr. reperiuntur. — V. 10, ubi sana non sunt verba: ὁ ἀὴρ θυμῷ ὑπεκκαιόμενος πρὸς λοιμώδη πρᾶξιν μεταβάλλεται, pro πρᾶξιν posse ut scribendum sit: κρᾶσιν, etiam mihi in mentem venit; sed probabilius forsan: τάραξιν. Memineris velim, medicos τάραξιν dixisse oculorum inflammationem.

P. 237, 5 recipienda erat codicis O scriptura: ἐπάσομεν. — V. 8 procul dubio post Θεῷ addendus est articulus ἡ. — V. 17 scripserim: ναί, φημί, ἄχρηστα cett.

P. 238, 3 sqq. legendum duco: ταύτῃ αὐτῇ τῇ μιᾷ καὶ ἀσυγκρίτῳ ἁμαρτίᾳ ψυχῆς ὄλεθρον ὀφείλοντες, τῷ ἀληθεῖ ἐὰν μὴ ἐπιμείνητε; οὐ γάρ, εἴ τις υἱὸς — γίνεται;

P. 239, 2 credas fere, scribendum esse: τὰ ἄλση. — V. 6 scr.: ποιᾷ. — V. 7 dubito num ποταμοῖς genuinum sit. Neque enim significare potest ἐν ποταμοῖς: „juxta fluvios“. Conjicio scribendum esse: ἐν ποταμίαις, „regionibus ad flumen sitis“. — V. 8 verba: ἀπόνοια δαιμόνων, vitium videntur contraxisse. Scribendum opinor aut: δαιμονώντων, aut: δαιμονικῶν. — V. 9 locutio τριχῶν κόμαι mira est et procul dubio corrupta. Vix dubitandum, quin de jactatione comae fanaticis, ut notum est, propria sermo fuerit. In Recognit. V, 31 est: „mulieres sparsis crinibus furibundae jactantur“. Reponendum igitur: τριχῶν κλόνοι. Apud Hesychium κλόνος idem esse traditur quod σεισμός. Cfr. Theod. Prod. p. 313 ed. Jacobs.: 8 κλόνος τῆς θαλάσσης κατεστορέσθη. — V. 11 haec scripta reperimus: ὅπως τὰς ὑμῶν ὀφειλομένας εὐχὰς καὶ εὐχαριστίας καὶ νεκρῶν νεκροτέροις προσενέγκητε. Vocabulum ὑμῶν debetur Schweglero; uterque codex: αὐτῶν. Quis non videat, scribendum esse: τῷ Θεῷ, vel probabilius: Θεῷ? — V. 14 an sana dictio: τὴν ἄκαρπον ἐπιθυμίαν? Possit aliquis ἄκαρπον tueri velle, iis, quae cap. XIV ineunte dicta sunt; sed vereor ut recte, quum praesertim proxime antegrediantur verba: καὶ διὰ τί χαίροντες ταῦτα ποιεῖτε; Facillima mutatio est: ἄκρατον. Ἄκρατος autem quo jure vocetur ἐπιθυμία, affatim elucet ex iis, quae in altera capitis XIV parte prolata sunt.

P. 240, 3 nescio an praeferenda sit codicis O scriptura: παραγγέλλεται. — V. 10 jam per se sublestae fidei est forma κορεῖ pro κορέννυσι usurpata. Frustra enim provocaverit aliquis ad Hesychium, haec afferentem: Κορέει, πληροῖ, χορτάσει, quippe quae verba aperte spectent ad notum illud ex Homero futurum ionicum. Accedit quod vis verbi ad hunc locum parum apta videtur. An scriptum fuit: κορύσσει, „excitat“?

P. 241, 9 λειποτακτεῖ jam ideo, quod a codice O porrigitur, recipiendum erat Dresselio. Veri autem est simile, formam λιποτακτεῖ, quam codex C praebet, propriam illam scriptoribus ecclesiasticis, antiquiori formae esse substitutam. — V. 16 nollem spretam utriusque codicis scripturam: ἀπολαβόντες τὸ παράπτωμα. Licet enim dictionem ἀπολαμβάνειν τὸ π. interpretari: „peccati culpam redimere.“

P. 242, 19 pro αὐτῶν scribendum: αὐτοῦ. Intelligendus est enim ὁ ἐν ὑμῖν ἐνδομυχῶν ὄφις.

P. 243, 3 sqq. haec leguntur: Ὅθεν ὁ τῆς ἀληθείας προφήτης πολὺ τὸν κόσμον πεπλανημένον εἰδὼς καὶ τῇ κακίᾳ συνθέμενον ἰδὼν οὐκ ἠγάπησε τὴν πρὸς αὐτὸν εἰρήνην, ὡς ἐκ πλάνης συνοῦσαν. ὅτι εἰς τέλος ἐπιφέρει πᾶσι τοῖς πρὸς κακίαν ὁμογνωμονοῦσιν, παραθεὶς ἀντὶ πλάνης cett. Verba ὡς ἐκ πλάνης συνοῦσαν in mendo cubare, jam per se intelligitur. Accedit quod Recognitiones VI, 4 praebent: „Non continuo pacem ei (sc. mundo) in erroribus posito dedit.“ Unde quum appareat, illa verba non cum εἰρήνην sed cum αὐτὸν constructa fuisse, nullam equidem video medicinam faciliorem, quam: ὡς καὶ πλάνῃ συνόντα. — In sequentibus deest objectum verbi ἐπιφέρει, quod si significare volebant: „oppugnat,“ scribere debebant: ἐπιφέρεται. Recognitiones praebent: „sed ignorantiae ejus ruinis scientiam veritatis opposuit.“ Hinc probabile est, inter ὁμογνωμο-

νοῦσιν et παραθεὶς excidisse: γνῶσιν ἀληθείας, quae verba pendebant ex ἐπιφέρει et simul ex παραθείς. — V. 9 sq., ubi secundum libros mscr. editum est: τῆς μὲν οὖν κακίας ὑπὸ τῆς νομίμου γνώσεως νικωμένης πόλεμος συνεῖχε τὸ πᾶν, scrupulum injicit verbum νικωμένης. Conjiciat aliquis: νεικουμένης, „dum insectabatur". — V, 14 sqq. quae legitur sententia his verbis expressa: εἰ γὰρ συνόντες, μετὰ τοῦ μηδὲν αὐτοὺς ὠφελεῖν, καὶ συναπώλλυντο αὐτοῖς, πῶς οὐ δίκαιον, καὶ χωρισθῆναι τὸν σώζεσθαι θέλοντα ἀπὸ τοῦ μὴ θέλοντος, συναπολέσθαι δὲ βουλομένου; versus finem inepta videtur esse. Quum igitur codex O pro δὲ praebeat: καί, vide an scribendum sit: συναπολέσθαι δὲ ἐκεῖνον βουλομένου.

P. 244, 3 sqq. haec habemus verba vix ac ne vix quidem sana: οἱ δὲ ταῦτα πάσχοντες, ἐλεοῦντες αὐτοὺς ὑπὸ ἀγνοίας ἐνεδρευομένους, διδασκαλίᾳ φρονήσεως ηὔχοντο ὑπὲρ τῶν τὰ κακὰ αὐτοὺς διαθεμένων, τὴν ἄγνοιαν τοῦ ἁμαρτήματος αἰτίαν εἶναι μεμαθηκότες. Ac primum quidem offendit dictio: ἐλεοῦντες αὐτοὺς ὑπὸ ἀγνοίας ἐνεδρευομένους, quam Dresselius interpretatus est „miserati eos, qui ipsis per ignorantiam insidiabantur". Continet enim fere eadem, quae exprimuntur verbis: τὴν ἄγνοιαν — μεμαθηκότες. Deinde, minus apta sunt verba διδασκαλίᾳ φρονήσεως cum ηὔχοντο constructa. Cod. C praebet: ἐλεῶντες, ἑαυτούς. Scribendum videtur: ἐλέγχοντες αὐτοὺς ὑπὸ ἀγνοίας ἐνεδρευομένους διδασκαλίᾳ φρονήσεως, ηὔχοντο cett., h. e. „convincentes eos doctrina prudentiae per ignorantiam deceptos". Videtur autem ἐνεδρεύεσθαι etiam hoc loco a scriptore Homiliarum passivo sensu usurpatum esse. — Denique adnotatione digna est locutio: τὰ κακὰ αὐτοὺς διατιθεμένων, propter usum medii, quod non esse admittendum Hemsterhusius censebat ad Lucian. Nigrin. C. XXXVIII. At in Homiliis nihil esse mutandum, apparet ex eo, quod paullo infra v. 9 τῶν διατιθεμένων rursus invenitur in utroque libro mscr. Praeterea p. 277, 17 et p. 278, 1 similiter scriptum legitur: τὰ ἐναντία διατιθέμενοι αὐτούς, paullo ante, p. 277, 12, invenitur locutio: τῷ διατιθεμένῳ. P. 233, 10 est: τὸν πάσχοντα καὶ τὸν διαθέμενον. — V. 16 sqq. editum est: διὰ τί οὖν τὸ τῶν ὅλων γένος οὐκ ἠγαπήσατε, εἴπερ δικαίῳ φρονήματι τοῦτο ποιεῖν ἐπανείλεσθε; ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν ἐρεῖτε· οὐχ ἑωράκαμεν αὐτόν. At vocabulum αὐτὸν non habet, ad quod referatur. Nam vox γένος neutrius est generis, et vehementer dubito, num hoc loco constructio ad sensum, quam vocant, admittenda sit. Itaque quovis pignore contenderim, scriptum fuisse: διὰ τί οὖν Θεόν, τὸ τῶν ὅλων γένος, οὐκ ἠγ. — V. 10 sqq. recipienda erat codicis O scriptura et pro πειρῶντας scribendum: ἐπειρῶντο.

P. 245, 5 sqq. in verbis: τὸ δὲ ὕδωρ οὐχ ὑπὸ πνεύματος τὴν κίνησιν ἔχει, καὶ τὸ πνεῦμα ἀπὸ τοῦ τὰ ὅλα πεποιηκότος Θεοῦ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐκτάσεως ἔχει; bina inesse menda, cum sententia ipsa demonstrat tum locus parilis, qui est paullo infra p. 246, 6 sqq.: Καὶ νῦν δὲ ἐκ τῶν ἡττόνων ἐπίγνωθι τὴν τῶν ὅλων αἰτίαν, λογισάμενος ὅτι τὰ πάντα τὸ ὕδωρ ποιεῖ, τὸ δὲ ὕδωρ ὑπὸ πνεύματος κινήσεως τὴν γένεσιν λαμβάνει, τὸ δὲ πνεῦμα ἀπὸ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχει. Etiam Rufinus Recognit. VI, 7: „aqua autem per spiritum movetur". At enim vero non tam agitur de motione, quam de origine aquae. Ergo scribendum est: ὑπὸ πνεύματος τὴν γένεσιν ἔχει. Praeterea omnino non liquet, quid sibi velit locutio: τὴν ἀρχὴν τῆς ἐκτάσεως, vel: ἐκστάσεως, haec enim scriptura est codicis C, a Dresselio posthabita illi, quam praebet cod. O. Cotelerius interpretabatur: „initium exstantiae", eamque interpretationem, jam per se ineptam, Dresselius, quamvis ἐκστάσεως commutasset cum ἐκτάσεως, reliquit intactam. Apparet, omnino sufficere: τὴν ἀρχὴν, „originem", quod solum altero Homiliarum loco reperimus, et hoc, de quo agimus, revera fuisse in exemplo Rufini, ostendunt verba in Recognit. l. c. „spiritus autem a deo initium habet." Eodem illo Homiliarum loco quum post πνεύματος habeatur: κινήσεως, et vocabulum ἔκστασις „dimotionem e statu" significare possit, facile aliquis conjiciat, verba τῆς ἐκστάσεως primitus post πνεύματος posita fuisse, ita ut verba ὑπὸ πνεύματος τῆς ἐκστάσεως responderint verbis ὑπὸ πνεύ-

ματος κινήσεως altero loco adhibitis. Quam facile fieri potuerit, ut verbum ad antegressum versum pertinens casu transferretur in sequentem, vix opus est monere. — Praeterea locus, qui est v. 15 sqq.: *Διὰ γάρ σὲ — ὁ Θεὸς ἐκέλευσε τὸ ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς ὑποχωρῆσαι ὕδωρ, ἵνα καρποὺς ἡ γῆ σοι προσενέγκαι δυνηθῇ, καὶ τρηδόνας ἐποίησεν, ἵνα σοι παρασχῇ πηγὰς καὶ ποταμῶν ῥεῖθρα φανῇ, καὶ ζῶα ἐκβρασθῇ*, nondum est in ordinem redactus. Inepte enim Deus dicitur *τρηδόνας ποιῆσαι, ἵνα ζῶα ἐκβρασθῇ*. Jam compares velim quae leguntur in Recognit. VI, 7: „Propter te ergo dei jussu aqua, quae erat super faciem terrae, secessit, ut terra tibi produceret fructus, cui etiam humorum venas latenter inseruit, ut tibi ex ea profluerent fontes et flumina. Propter te producere jussa est animantia“ cett. Hinc apparet, scribendum esse: — *προσενέγκαι δυνηθῇ, ᾗ καὶ — φανῇ, καὶ ζῶα ἐκβρασθῇ*, ita ut construenda sint verba: *ἵνα καρποὺς ἡ γῆ σοι προσενέγκαι δυνηθῇ καὶ ζῶα ἐκβρασθῇ*, sc. *ἐκ τῆς γῆς*. Cfr. etiam locus, qui est p. 191, 18 sqq.: *ἡ δὲ γῆ ἐκ τούτων* (sc. *τῶν αἱμάτων*) *σφόδρα μιανθεῖσα πρῶτον τότε τὰ ἰοβόλα καὶ λυμαντικὰ ζῶα ἐξέβρασεν*, quamquam quae hic commemorantur animalia non sunt eadem. Is locus simul etiam suffulcit scripturam codicis O: *ἐκβρασθῇ*. — Praeterea adnotatione digna est vox *τρηδών*, idem significans quod *τρῆμα* Reperitur ea, quod ego sciam, praeter hunc locum solummodo apud Hippocratem Definit. med. p. 401, 2 Foes., ubi vocabulum *τερηδὼν* explicatur his verbis: *ἐστὶν ὀστοῦ κατάτρησις ἀπὸ φθορᾶς· τὸ δὲ ὄνομα τῷ πάθει ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων τρημάτων, οἱονεί τις τρηδὼν οὖσα*. In quinta Lexici Passoviani editione *τρηδὼν* hoc Homiliarum loco perperam traditur idem valere quod *τερηδών*. In Thesaur. Stephan. edit. Paris. illa vox prorsus est transmissa.

P. 246, 10 sq. in verbis: *ὅπως ἐπιγνοὺς σου τὸ γένος καὶ πρωτογόνῳ ἀναγεννηθεὶς ὕδατι καὶ κληρονόμος καταστῇς*, offensioni esse, quod aqua vocetur primigenita, recte monet Uhlhornius l. c. p. 114, adn. 99. Est autem vocabulum *πρωτογόνῳ* procul dubio corruptum. Emendandi rationem indigitant verba proxime antegressa, v. 8: *τὰ πάντα τὸ ὕδωρ ποιεῖ*. Vox *παντογόνος* reperitur etiam in oraculo Sibyll. apud Zosimum II, 6. — Ceterum dictio *πρωτογόνῳ ὕδατι* legebatur etiam in exemplo, quo utebatur Rufinus, cfr. Recognit. VI, 8, ubi haec sunt verba: „cum autem perveneris ad patrem, agnosces hanc esse voluntatem ejus, ut per aquas, quae primae creatae sunt, denuo renascaris“. — Restat, ut de levioribus quibusdam agamus. Pro *ἐπιγνοὺς* codex C praebet: *ἐπιγνῷς*, et *καὶ*, quod est ante *κληρονόμος*, non habet codex O. Quae edita sunt a Dresselio, ferri nequeunt. Exstitit autem duplex lectio, altera haec: *ὅπως ἐπιγνῷς — καὶ — ἀναγεννηθῇς — καὶ — καταστῇς*, altera haec: *ὅπως ἐπιγνοὺς — καὶ π. ἀγαγεννηθεὶς ὑ. κληρονόμος καταστῇς*. Posteriorem recipere debebat Dresselius.

P. 247 sq. *καὶ* bis positum ferri nequit. Quod Schweglerus conjecit: *ὃ τοὺς βαπτιζομένους — καὶ ῥύεται*, etiam mihi in mentem venit. At non sufficere hunc corrigendi modum, intelligit, qui cum verbis, quae sunt in codicibus Homiliarum: *ἔστι γάρ τι ἐκεῖ ἀπαρχῆς ἐλεῆμον, ἐπιφερόμενον τῷ ὕδατι, καὶ τοὺς βαπτιζομένους ἐπὶ τῇ τρισμακαρίᾳ ἐπονομασίᾳ καὶ ῥύεται τῆς ἐσομένης κολάσεως*, contulerit ea, quae habentur in Recognit. VI, 9: „est enim in aquis istis misericordiae vis quaedam, quae ex initio ferebatur super eas, et agnoscit eos qui baptizantur sub appellatione triplicis sacramenti, et eripit eos de suppliciis futuris.“ Planum est, in exemplo Rufini exstitisse particulam *καὶ* tam inter *ὕδατι* et *τοὺς βαπτιζομένους*, quam inter *ἐπονομασίᾳ* et *ῥύεται*, dum illa sede desideratur in Homiliarum codice C, hac in Homil. cod. O.; porro, Rufinum post prius *καὶ* legisse vocabulum, quod ipsi valere videretur idem atque „agnoscit“. Non dubitamus, quin scriptum reppererit: *γινώσκει*. Paullo supra verbum *γινώσκειν* pluries interpretatus est „agnoscere.“ Praeterea liquet, quam facile illud propter terminationem *-κει* intercidere potuerit post *καί*. — Sequuntur haec verba: *ὥσπερ δῶρα προσφέρον τῷ Θεῷ ὡς ἂν ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος αὐτῶν*

τῶν βαπτισθέντων τὰς εὐποιΐας. Libri mscr. pro ὡς ἄν, quae correctio est Davisii parum apta, praebent: ὅτ' ἂν vel ὅταν. Quum Rufinus l. c. interpretatus sit: „quasi donum quoddam offerens deo animas per baptismum consecratas", suspicetur aliquis, scriptum fuisse: τινα. Nihil enim refert, quod in exemplo Rufini postrema enuntiati verba non erant eadem.

P. 248, 2 receptis verbis: ἀδίκῳ δὲ πρὸς τὸ βαπτισθῆναι, delenda erant verba ἀδίκῳ δ', quae debentur Schweglero, atque punctum, quod est post προπεπραγμένων. Cum codice O ex parte consentiebat exemplum Rufini, cujus haec sunt verba in Recognit. V, 9: „injusto vero, ut peccatorum, quae gessit in ignorantia, remissio concedatur", quae ipsa verba docere poterant Schweglerum, id, quod de conjectura reposuit, collocandum fuisse ante: εἰς ἄφεσιν τῶν ἐν ἀγνοίᾳ προπεπραγμένων. Ceterum eorum verborum, quae sunt in codice O, illa recipienda erat scriptura, quae reperitur in margine a manu recentiore adscripta: πρὸς τῷ β., „praeter baptismum". — Verbis, quae sunt v. 3 sqq.: διὸ εἴτε δίκαιος εἶ, εἴτε ἄδικος, σπεῦσον γεννηθῆναι Θεῷ, ὅτι ἡ ἀναβολὴ κίνδυνον φέρει διὰ τὸ ἄδηλον εἶναι τοῦ θανάτου τὴν προθεσμίαν, τῷ ἐξ ὕδατος γεννῶντί σε πατρὶ διὰ τῆς εὐποιΐας τὴν ὁμοιότητα δείξας. ὡς φιλαλήθης τὸν ἀληθῆ Θεὸν τιμῶν ὡς πατέρα, respondent haec in Recognit. VI, 9 et 10: „Omnibus ergo festinandum est sine mora renasci deo, quia incertus est uniuscuiusque exitus vitae. Cum autem regeneratus fueris per aquam, ex operibus bonis ostende in te similitudinem ejus, qui te genuit patris. Agnovisti enim deum, honora patrem". Turbatum esse aliquid in Homiliis, jam per se clarum est. Jam secundum Recognitiones tentare licet: — τὴν προθεσμίαν. ἀναγεννηθεὶς δὲ τῷ — δεῖξον, ὡς φιλ. cett. Sed verisimilius est, Rufinum, qui saepe liberius interpretatus est, verba „cum regeneratus fueris" de suo posuisse quum scriptum repperisset: εἶτα δὲ, vel simile quid. — V. 11 non erat vilipendenda Schwegleri conjectura: τῷ λογικοὶ εἶναι, quam confirmant etiam Recognitiones V, 10 porrigentes: „utpote rationabiles homines".

P. 249, 1 forsan scribendum: ἀγαθὸν (libri mscr.: κατὰ) γὰρ τὰ ἀληθῆ vel τὸ ἀληθὲς τὸ καθαρεύειν. Cfr. verba proxime sequentia: ὡς ὅτι ἕπεται τῷ ἀγαθῷ τὸ καθάριον, et Recognit. VI, 11: „Bonum est autem et puritati conveniens, etiam corpus aqua diluere. Bonum vero dico", cett. — V. 14 Dresselius recipere debebat codicis O scripturam: αὐτοῦ, quum praesertim etiam apud Matthaeum Evangelistam XXIII, 26 scriptum reperiatur: αὐτοῦ, et Homiliarum scriptor paullo supra, v. 12, usus sit singulari γέμει. Non tamen dixerim, hanc ob caussam ferendam non esse codicis C scripturam: αὐτῶν. Similiter variatam orationem videre est apud Matthaeum, qui paullo ante, v. 25, usus sit plurali γέμουσιν. Hic fuit etiam in exemplo Rufini, interpretatur enim Recognit. VI, 11: „intus autem plena sunt sordibus". Utraque Epitome C. LXVIII praebet γέμει et αὐτοῦ, ut Homiliarum cod. O.

Cum verbis quae sunt p. 250, 1 sq. conferenda, quae leguntur in utriusque Epitomes C. LXVIII versus finem. Utraque scribendi ratio proba est. — V. 18 inepte secundum codicem O interrogationis signum collocatum est post verbum φονεύει.

P. 251, 1 Rufinus, quum in Recognit. VI, 13 interpretatus sit: „nos ne irascamur quidem", ante oculos habuisse videtur: ἡμεῖς μηδὲ ὀργιζώμεθα. Et sic scribendum. Idem quum pro verbis: ἡμεῖς τὴν ἀρχὴν μηδὲ ἐνθυμηθῶμεν, porrigat: „nos ne concupiscamus quidem alienam mulierem", illud vero ferri nullo pacto possit, facile aliquis conjiciat, post ἐνθυμηθῶμεν intercidisse verba: ἀλλοτρίας γυναικὸς ἐπιθυμεῖν. — V. 4 sq. miretur aliquis adhuc patienter tolerata verba: ἀπαξαπλῶς ὀφείλομεν οἱ τὸν ἄπειρον αἰῶνα ἐλπίζοντες κληρονομεῖν, τῶν τὸν παρόντα μόνον εἰδότων, τῶν ὑπ' αὐτῶν γενομένων καλῶν κρείττω ποιεῖν. Rufinus l. c.: „Et per omnia nos, qui aeterni saeculi haereditatem speramus, debemus praecellere eos, qui praesens tantum saeculum norunt". Is igitur in suo exemplari non legit verba: τῶν ὑπ' αὐτῶν γενομένων καλῶν. Et profecto haec

verba adscripta esse videntur a lectore aliquo male accurato, qui adnotatu dignum censeret, opera non dicenda esse meliora quam homines, sed meliora quam opera hominum. — Neque minus corrupta, quae illa excipiunt, verba haec: εἰδότες, ὅτι ἐὰν αὐτῶν τὰ ἔργα τοῖς ἡμετέροις ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἀνακριθέντα ἴσα τῇ εὐποιΐᾳ εὑρεθῇ, καὶ ἡμεῖς ἐναισχυνθῆναι ἔχομεν, αὐτοὶ δὲ διὰ πλάνην τὰ κατ' αὐτὸν ποιήσαντες ἀπολέσθαι. Quis enim non offendat in particula καὶ, quae est ante ἡμεῖς, aut quis probabile ducat, verba τὰ κατ' αὐτὸν genuina esse utpote significantia: „quod ad futurum saeculum"? Et prius quidem mendum tollere licet secundum Rufinum l. c. ita interpretantem: „scientes, quia si opera illorum nostris operibus collata, in die judicii similia inveniantur ac paria, confusio nobis erit, quod aequales invenimur in operibus his qui propter ignorantiam condemnantur, et nullam spem futuri saeculi habuerunt." Scilicet legendum est: ἴσα τῇ εὐποιΐᾳ εὑρεθῇ καὶ ὅμοια, ἡμεῖς cett. Praeterea fieri potest, ut post εὑρεθῇ exciderit: ἤ. Alteri vero mendo interpretatio latina nullam affert medicinam. Neque prodest varia, quae in codice C reperitur, scriptura: καθ' αὐτῶν. Tentaverim equidem: αὐτοὶ δὲ διὰ πλάνην, τὰ καλὰ ὄντα ποιήσαντες, ἀπολέσθαι. Ad verba τὰ καλὰ ὄντα cfr. p. 252, 5 sqq. — Porro minime perfecta est emendatio verborum, quae sunt v. 10 sqq.: εἰ δὲ αἰσχυνθῆναι ἔστιν, τὴν εὐποιΐαν αὐτοῖς ἴσην δείξαντας καὶ οὐ πλεῖον, πόσῳ γε μᾶλλον, ἐὰν αὐτῶν τῆς εὐποιΐας τὸ ἧττον δείξωμεν; Tantum abest enim, ut δείξαντας, quae conjectura est Schwegleri eademque scriptura codicis O, ferri possit, ut lectio codicis C: δείξαντες, a recentioribus editoribus omnino spreta, genuina sit. Sunt autem in illis verbis binae lacunae, in hunc modum explendae: — ἔστιν, ὅτι τὴν εὐπ. αὐτ. ἴσ. δείξαντές ἐσμεν, καὶ cett. Ante τὴν εὐποιΐαν collocatum fuisse vocabulum a vocali incipiens, coniicias etiam ex eo, quod scriptum reperitur ἔστιν, non ἔστι. — Denique v. 13 sq. in verbis: Ὅτι δὲ ὄντως ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ταῖς τῶν πεπλανημένων εὐποιΐαις αἱ τῶν ἀλήθειαν ἐγνωκότων ἰσάζονται πράξεις, ante ἰσάζονται excidisse: οὐκ, ostendere poterant tam ea quae antegrediuntur, quam ea, quae sequuntur. Quod enim ἰσάζεσθαι interpretantur „comparari", error est, quum potius sit „parem esse, haberi".

P. 252, 5 Schweglero adstipulor post πεποιηκότας excidisse censenti: καλῶς. Cfr. v. 11.

P. 253, 1 verba: εἰς τὰς ἐν τῇ θαλάσσῃ πλησίον οὔσας πηγάς, quae repetuntur p. 254, 6 atque exstant etiam in Epitt. C. LXIX, Rufinus in Recogn. VI, 15 sic fecit latina: „in fontibus, qui contigui habentur mari" et „ad fontes mari contiguos". Non dubitarem de mendo postulare verba graeca, si nihil aliud significare possent; certum est enim, de mari ipso esse cogitandum. At vocabulum: πηγαὶ universe „aquas" significat, cujus usus plura exempla ex poetis petita congessit R. Ungerus Theban. Parad. p. 198 sq., scilicet aquas vivas, ad quas denotandas hunc scriptorem usum esse hoc ipso vocabulo, ostendere possunt loci, quos cum eo, de quo agimus, composuit Uhlhornius l. c. p. 98. — V. 7 sqq. minus apte Dresselium de conjectura edidisse: διὸ πρὸ πάντων μέμνησθε ἀπόστολον ἢ διδάσκαλον ἢ προφήτην φεύγειν μὴ πρότερον [ἀκριβῶς] ἀντιβάλλοντα αὐτοῦ τὸ κήρυγμα Ἰακώβῳ — καὶ μετὰ μαρτύρων προσεληλυθότα πρὸς ὑμᾶς, monuit jam Uhlhornius l. c. p. 362, adn. 1. Debentur autem Dresselio verba φεύγειν et ἀκριβῶς, quo posteriore lacunam, quae est in codice O, explendam esse existimavit. Sed neque ea, quae excogitavit Uhlhornius, ferri possunt. Conjecit enim scribendum: — προφήτην μὴ πρότερον [ἀποδέχεσθαι ἢ] ἀντιβάλλοντα cett. Equidem locum in hanc fere speciem refingendum esse arbitror: — προφήτην μὴ προσδέχεσθαι ἕτερον ἢ τὸν παρεστηκότα ἀντιβάλλοντα cett. Sic demum recte habet participium praesentis: ἀντιβάλλοντα. Praeterea liquet, quam egregie παρεστηκότα quadret etiam ad sequens προσεληλυθότα. — V. 14 sq. Dresselius Schweglerum secutus scripsit: ὡς οὖν ἡμῖν τὸν Σίμωνα ὑπέβαλε προφάσει ἀληθείας ἐπ' ὀνόματι τοῦ κυρίου ὑμῶν κηρύσσοντα, πλάνην τε ἐνσπείροντα. At primum vellem

obtemperavisset Schliemanno in libro, quem inscripsit „Die Clementinen nebst den verwandten Schriften", p. 90, pro οὖν scribi jubenti: νῦν. Deinde pro ἡμῖν legendum videtur: ὑμῖν, et viceversa ἡμῶν pro ὑμῶν. Denique, quum praesertim uterque codex praebeat: πλάνην δὲ, reponendum videtur: — προφάσει ἀλήθειαν — κηρύσσοντα, πλάνην δὲ ἐνσπείροντα. — V. 16 pro πρός με scribendum erat: πρὸς ὑμᾶς, nam ὑμᾶς non solum reperitur in loco Matthaei VII, 15, sed flagitatur etiam sententiarum nexu.

P. 254, 9 sq. non probo, quod secundum Davisii conjecturam editum est: ὑπέρ τε τοῦ κοινοῦ καὶ συμφέροντος τῆς ἐκκλησίας τῇ τάξει προσομιλήσας. Uterque Homiliarum codex: τὴν τάξιν. Id ipsum praebent Epitomes alterius libri mscr. Dresseliani C. LXIX, ubi Dresselius ex aliis libris edidit: — τῆς ἐκκλησίας καὶ ὑπὲρ τῆς τάξεως. At equidem persuasum habeo, verba τὴν τάξιν non esse mutanda, sed exstitisse variam scripturam hanc: — ἐκκλησίας καὶ ὑπὲρ τῶν περὶ τὴν τάξιν. Dictio τὰ περὶ τὴν τάξιν idem fere significat quod dictio ἡ τάξις.

P. 255, 4 praestat scriptura: ὁ πολὺς ὄχλος, quae in utriusque Epitomes C. LXX reperitur. Vice versa non intelligo, cur Dresselius in alterius Epitomes C. LXX non receperit scripturam: μήτε ἡμεῖς περίβλεπτοι, quam prior Epitome et Homiliae porrigunt. — V. 8 sqq. haec, licet corrupta, edita sunt ex libris mscr.: τούτου ἕνεκεν βούλομαί σε τὸν Νικήτην καὶ Ἀκύλαν προοδεύειν μου κατὰ συστήματα δύο σποράδην, μανθάνοντες τὰς τῶν ἐθνῶν εἰσέρχεσθαι πόλεις. Haereo equidem jam in verbis: σε τὸν Νικήτην καὶ Ἀκύλαν, quae leguntur etiam in alterius Epitomes C. LXX, dum in prioris Epit. C. LXX scriptum est: σε τὸν Ν. ἅμα τῷ Ἀκύλᾳ, quam correctionem esse facile intelligitur. Namque illa Homiliarum atque Epitomes alterius scriptura significat: te Nicetam et tecum Aquilam". Jam vero secundum Homilias et secundum utramque Epitomen ὁ Πέτρος Νικήτῃ καὶ Ἀκύλᾳ προσωμίλει λέγων et Petro respondent hi ambo, non unus solus Niceta. Exspectabas ergo, eum, qui posuisset: σε, τὸν Νικήτην, additurum fuisse: καί σε, τὸν Ἀκύλαν. Et sic scribendum esset, nisi probabilior emendandi ratio suppeteret. Scilicet post verbum βούλομαι facillime intercidere potuit: ὑμᾶ. Quo facto, quum ex verbo ὑμᾶσ sola superesset litera finalis σ, ortum est σε. Ceterum minime opus est scribere: τὸν Ἀκύλαν, et nescio an injuria Dresselius in Epitomes alterius C. LXX addiderit articulum τῷ, in uno solo codice exstantem, quamquam infra p. 282, 9 sq. legitur: ὁ Νικήτης καὶ ὁ Ἀκύλος ἐκπλαγέντες ἔλεγον; satis enim erat articulum praeposuisse priori nomini proprio. Cfr. etiam adn. ad p. 285, 1. — Porro aperte corruptum est verbum μανθάνοντες. Laudandus tamen Dresselius, quod ex conjecturis Cotelerii: λανθάνοντας et λανθανόντως, neutram in textum recepit. Videtur enim potius scriptum fuisse: μονωθέντας τε. Μονωθέντες idem significat atque: σποράδην ἀλλήλων γενόμενοι, qua locutione hic scriptor utitur loco consimili, qui est p. 256, 15. — V. 14 recipienda erat codicis O scriptura: θέλομεν.

P. 256, 6 quod est, νοεῖν, recte illud servatum ab editoribus, reperitur etiam in alterius Epit. C. LXXI, ubi quid sibi voluerit Dresselius, pro ἐξελέγῃς recipiens: ἐξελέγεις, difficile est ad divinandum. — V. 7 fieri potest, ut ἐπεὶ, quod est in codice O, non debeatur calami lapsui, sed varia sit lectio, respondens illa particulae ὅτι, quae est in Epitomes prioris C. LXXI. Vel sic tamen retinenda videtur codicis C scriptura. — V. 8 quum uterque Homiliarum codex praebeat: ἀνάγκῃ τοῦτο προάγειν, et Epit. alter. C. LXX, aeque atque cod. reg. 804, ἀνάγκῃ (sic enim scribendum erat) τοῦ πράττειν τοῦτο, statuendum erit, in codicibus Homiliarum aut ante τοῦτο intercidisse: τοῦ πράττειν, atque προάγειν nihil aliud esse quam interpretationem ad τοῦτο adscriptam, aut primitus lectum fuisse: ἀνάγκῃ τοῦ πράττειν τὸ προάγειν. — V. 10 pro πολὺ μακρὰν reponendum dico: π. μακροτέραν, sc. ὁδόν. — V. 13 recte Dresselius pro ὅμως

secundum Schweglerum scripsit: ὁμῶς; non item in Epit. alter. C. LXXI versus finem, ubi eadem sunt verba. Eandem inconstantiae culpam saepius contraxit homo doctus; cfr. modo, ut in sola Homilia XII acquiescamus, p. 263, 11 et Epit. alter. C. LXXXI versus finem, p. 266, 1 et 5 atque Ep. C. LXXXIV, p. 268, 9 et Epit. I et II C. LXXXVII, p. 270, 18 et Ep. alter. C. XCI. Attamen semel, in Epit. alt. C. XCVII versus finem, edidit: ὁμῶς, ut in Homil. p. 280, 12.

P. 257, 2 non video, cur Dresselius non receperit codicis O scripturam: ἐπεὶ, quae eadem reperitur in utriusque Epit. C. LXXII. — Praeterea expressis verbis moneo, vix dubitandum esse, quin genuina sit utriusque Homiliarum codicis scriptura: τοὺς ἑτέρους, quam etiam Rufino ante oculos fuisse apparet ex Recognit. VII, 4, reponendaque in utriusque Epit. C. LXXII. — V. 6 scripturam προσταγέντα suffulcit lectio προσταττόμενα, quae est in Epitomes prioris C. LXXII. Cum codice O Homiliarum plane consentiunt codices Epitomes Dressel. (cujus in C. LXXII typothetae errore exaratum est: προσαγέντα, aeque atque C. LXXXIII: προσαγῇ), qui iidem porrigunt ὑποστaίης. — V. 11 sqq. nescio an binarum recensionum sint verba in unum conflata, quarum in una scriptum fuerit: ἐπεὶ γάρ σε, κύριέ μου, ἀντὶ πάντων ἔχω, πατρός τε καὶ μητρὸς καὶ ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν, αἴτιόν μοι γενόμενον διὰ τὸν Θεὸν τῆς σωζούσης ἀληθείας, παραμυθίας τῆς μεγίστης τυγχάνω, in altera vero: καὶ γάρ, κ. μου, ἀντὶ πάντων ἔχων σε παραμυθίας τῆς μεγίστης τυγχάνω. Idem valet de Epit. alterius C. LXXIII, ubi eadem sunt verba, nisi quod σε non est collocatum ante κύριέ μου, sed post ἀντὶ πάντων, quae collocatio, altera aptior, imprimis favet conjecturae nostrae. — V. 14 ante δεδιὼς excidisse: δὲ, ostendit Epit. alterius C. LXXIII. — V. 17 post ἔχω excidit: ὡς. Porro κἂν, quod in utroque invenitur codice, nihil aliud est quam καὶ ἂν sive ἐάν. Scribendum igitur: ὡς καὶ, ἂν μὴ κατά τινα χόλον Θεοῦ, ἀποστῆναί σου ἀδύνατον εἶναι. Pariter in Epit. alterius C. c. ὡς vel etiam ὡς καὶ intercidit post ἔχω.

P. 258, 1 sq. binarum diversarum recensionum videntur esse verba ἐπειδὴ et διὸ. Alterutrum igitur omittendum. Minus probabiliter, opinor, conjecerit aliquis, pro codicum scripturis διὸ πάντῃ vel διὸ πάντοτε scribendum esse: διὰ παντός. Ceterum Dresselius recipere debebat codicis O scripturam: πάντοτέ σοι. — V. 14 ἐκτεθηλυμμένων vix sanum, sed mutandum in: ἐκτεθηλυμένων, quam formam jam a Schweglero commendatam, nunc porrigit Epit. alterius C. LXXIV. Similiter apud Clement. Alexandr. p. 266 corrigendum ἐσθὴς τεθηλυμένη. Etiam apud Lucianum Deor. Dial. V, 3 libri mscr. praebent ἐκτεθηλυμένος. Cfr. praeterea Lobeck. ad Phrynich. p. 34. — V. 16 nescio an praeferendum sit συνιέντα, quod utraque Epitome praebet. — V. 18 erit statuendum, aut verba συνεθέμην ἄν σοι in interrogatione esse posita, aut, ante συνεθέμην intercidisse: οὐ, id quod facillime fieri potuit, quum antegrediatur ἀπεκρίνατο.

P. 260, 6 quum uterque codex praebeat: οὐδεὶς δέ σου ἀληθῶς πρὸς γένους ὑπάρχει; Schweglero et Dresselio genitivo σου praeferendus videtur dativus σοι, quem praebet Epitome prior C. LXXVI. Provocant ad p. 265, 4, ubi sane legitur: πρὸς γένους αὐτῷ ὑπάρχοντι. At p. 123, 4 scriptum legitur: ἀνὴρ πρὸς γένους Τιβερίου Καίσαρος ὤν, p. 301, 2 sq.: τινι πρὸς γένους ὄντι Καίσαρος, p. 304, 13: πρὸς γένους ὑπάρχων Καίσαρος. — Porro p. 260, 8 in verbis: Καίσαρος πρὸς γένος ὄντες, accusativo γένος genitivus γένους substituendus est. Et sic, ut nunc ipsum video, in Epit. alterius C. LXXVII ex libris edidit Dresselius. — V. 13 memoratu dignum est codicem O praebere formam Ματτιδία, quae constanter reperitur in Epit. alterius libris mscr., quum reliquis locis omnibus formam Ματθ. porrigat. Ceterum vera nominis hujusce forma est Ματιδία, quae etiam in numis graecas inscriptiones ferentibus reperitur. — V. 17 nollem receptam codicis O scripturam: δώδεκα. Etiam Epit. alter. C. LXXXI praebet: δέκα.

P. 261, 10 utriusque Homiliarum codicis scripturam: αὐταῖς, nihil aliud esse quam: αὐτοὺς ταῖς, apparet ex Epit. alterius C. LXXVII. Porro, num opus fuerit μηδὲ, quod est ante ἄλλου, mutare in μήτε, dubito. Errat autem Dresselius in adnot. 2 ad Epit. alterius C. LXXVII, quae et ipsa habet: μηδὲ, ut etiam Epit. prior, referens, μήτε esse in Homiliis. Μήτε — μηδὲ significat: „neque — neque vero", quod hoc loco non ineptum. — V. 15 non liquet cur Dresselius respuerit codicis O scripturam ἐνιαυτῶν, quae est etiam in Epit. prior., sed non in Epit. alterius C. LXXVIII. — V. 16 ex codice C receptum videmus: ναυφράγιον, vocem non graecam, sed latinam, quae furcillis erat extrudenda. Idem factum reperimus p. 272, 12 et p. 281, 5. Primo loco deesse vocabulum in codice O, expressis verbis testatus est Dresselius, reliquis duobus quum nullam scripturae varietatem enotaverit vir doctus, etiam codex O vocem ναυφράγιον praebere videri possit. At ego quidem de hoc dubito. Reliquis enim locis, quibus forma ναυφράγιον reperitur in codice C — sunt autem quinque numero —, codex O constanter ναυάγιον exhibet. Semel (p. 309, 1) etiam codex C ναυάγιον tanquam variam lectionem in margine praebet. Quod Dresselius p. 261, annot. 9, e Schwegleri editione transscripsit, Hom. XV, 3 (an 4?) legi ναυάγια, error est. In Epitomes alterius C. CXXIV reperitur sane vocabulum ναυαγία, ut etiam in Epit. pr. C. XCIX, pro quo serioris aevi scriptores inde a Strabone ad naufragium denotandum usurpasse vocem ναυάγιον, monuit Lobeckius Phrynich. p. 519. — V. 17 unice verum ἐκβεβρασμένον, ita ut mireris a Dresselio in Epit. alterius C. LXXVIII receptum: ἐκβεβρασμένων.

P. 262, 10 τοῦτο, quod uterque Homiliarum codex habet, est etiam in alterius Epitomes C. LXXVIII, ubi mireris non correctum a Dresselio. — V. 13 aeque atque in Epit. alterius C. LXXIX scribendum videtur: πεπόνθει ἐν θεοσεβείᾳ. — V. 15 sane praestat: τὸν πονηρόν, ineptum vero est ἢ ante τῷ πονηρῷ, quod editum reperimus in utriusque Epit. C. LXXIX.

P. 263, 9 Dresselius haud dubie reponendam esse censebat formam: οὕτω, tanquam codicis O scripturam. At non constitit sibi vir doctus, cfr. modo, ne plura afferam, p. 264, 9 et p. 265, 16, et utriusque Epit. C. LXXX, LXXXII, LXXXIV. — V. 17 sq. merito recepit πορίζῃ τροφάς quod est etiam in utriusque Epit. C. LXXXI, et p. 302, 15 τροφὰς πορίζομαι, quanquam p. 117, 14 uterque Homil. codex habet: πορίζειν τροφήν, et p. 267, 7 aeque atque in utriusque Epit. C. LXXXIV libri consentiunt in scriptura: κοινὰ πορίζειν.

P. 264, 3 Dresselius recipere debebat codicis O scripturam: πεποιηκέναι. Etiam Rufinus Recognit. VII, 13: „quae fuit causa, ut hoc tibi tantum mali ipsa conferres". — V. 5 quam Dresselius ex cod. O reposuit, scriptura ἦν recte non est recepta in Epit. prioris C. LXXXI, quamvis in duobus libris mscr. reperiatur. Etiam Rufinus prae oculis habuit: ἦ, ut apparet ex Recognit. l. c. — V. 9 quae recte recepta est a Dresselio scriptura codicis O: μήτι, etiam in Epit. utriusque C. LXXXII reponenda erat. — V. 15 idonea non est ratio, qua Davisius removere studuit scrupulos Cotelerii, offendentis in dictione: τοῦ ζῆν τὸν βίον μεταλλάξαι. Notissimum quidem est, quod objecit Davisius, Graecos dicere ζῆν βίον. Hanc locutionem usurpatam aliquis credat loco, qui est supra p. 11, 5: τοῦ νῦν βίου βιαίως τὸ ζῆν μετήλλαξεν. Verumenim vero oblitus erat Davisius, graecum non esse μεταλλάσσειν τινός, sed μεταλλάσσειν τι. Hinc apparet etiam — quod nullumdum sensisse per est mirum —, in verbis ad hunc locum respicientibus, quae leguntur p. 267, 17 et Epit. alterius C. LXXXVI: καὶ οὕτως κἀγὼ τοῦ ζῆν, ὡς ἔφης, μεταλλάξαι δυνηθῶ, mendum inesse. Nimirum post τοῦ ζῆν intercidit: τὸν βίον. Locutio τοῦ ζῆν ὁ βίος idem valet, quod dictio τῆς ζωῆς ὁ βίος, qua de supra ad p. 37, 10 sq. sermo fuit. Videndum autem an etiam verba, quae leguntur, p. 11, 5 huc trahenda sint scribendo: τὸν νῦν βίον βιαίως τοῦ ζῆν μετήλλαξεν. — V. 12 utriusque Homi-

liarum codicis scriptura aptior est ad sententiam quam *ἡμέραν*, quod reperitur in Epit. alterius C. LXXXII. „Horam“ habent etiam Recognitiones VII, 14. Vel sic tamen dubitaverim illam scripturam reponere in Epit. l. c., quantumvis clarum sit, primam vocabuli *ἡμέραν* syllabam facile potuisse oriri ex posteriore antegressi verbi *μίαν* syllaba bis scripta. — V. 17 mihi non videtur probabilis Schwegleri conjectura, pro *εἰπεῖν* scribendum esse censentis: *εἰποῦσα*. — Recognitiones haec habent VII, 15: „Genus quidem mihi et patria quae sit, nec credi facile, nec dici necessarium puto“. Unde aliquis conjecturam capiat, sic fere scriptum fuisse: *γένος μὲν καὶ πατρίδα εἰπεῖν, οὐκ οἶμαι ἀναγκαῖον, οὐδέ με πεῖσαί ποτε δυνηθῆναί τινα.*

P. 265, 1 sq. in verbis: *πλὴν καὶ σοὶ* (sic scr.) *τί διαφέρει τοῦτο μαθεῖν, ἢ μόνον τὴν αἰτίαν, ἧς ἕνεκεν* cett., quae eadem leguntur in Epit. alterius C. LXXXIII, profecto mendum est. Legendumne: — *μαθεῖν μᾶλλον ἢ μόνον* vel *μόνην τὴν αἰτίαν* cett. *Μόνον*, quod est in cod. C et in Epit. prioris C. LXXXIII, fuit etiam in exemplo Rufini, qui Recognit. VII, 15 interpretatus est: „sed caussam tantum sufficit doloris exponere“; *μόνην* praeter cod. O habet Epit. alterius C. LXXXIII. — V. 7 utriusque Homil. codicis scripturam *βουλομένης* servandam fuisse et inter *βουλομένης* et *μήτε* excidisse: *μου*, jam Dresselius monuit in adnot. 5 ad Epit. alterius C. LXXXIII. — V. 9 reponendum: *μιάνω*, quod, ut nunc ipsum video, est in Epit. alterius C. LXXXIII, et v. 11 *ὑποβάλω*, quam codicis O scripturam ejusdem Epit. C. c. praebet. — V. 11 sq. secundum Epit. alterius C. LXXXIII probabile est post *ὡς* et ante *ἔφην* intercidisse: *οὖν*.

P. 266, 1 in aliis libris fuit: *ὁμῶς οὕτως ἐποίησα. ἅμα δὲ τῷ* cett., in aliis vero: *ὁμῶς οὕτως ἐγένετο* (cfr. p. 265, 16). *ἅμα γὰρ τῷ* cett. Hanc alteram scripturam prae oculis habuit Rufinus, quippe cujus haec sint verba in Recognit. VII, 15: „Et ita factum est. Statim enim ut somnium viro enarravi“ cett. Prioris vestigium aliquod remansit in Epit. prioris C. LXXXIV, ubi verba: *ὁμῶς οὕτως ἐποίησα* desiderantur omnino. In Homiliis scribendum erit: — *ἐποίησα. ἅμα δὲ* cett. — V. 2 quod in Homil. codice O deest, vocabulum *ἐμῶν* transmissum videre est etiam in Epit. alterius C. LXXXIV. Similiter in Epit. prioris C. LXXXIV scriptum: *τοὺς δύο υἱούς*. — V. 10 nescio an praeferenda fuerit scriptura *ῥιπισθεῖσα*, quam praebet etiam Epit. alter. C. LXXXIV.

P. 267, 1 sq. uterque Homil. codex praebet: *λοιπὸν σὺ κωλύεις τὴν ὑπόσχεσιν πληρῶσαι τοῦ δοῦναι τὸ φάρμακον;* Contra in utriusque Epitomes C. LXXXVI scriptum legitur: *λοιπὸν σὺ μὴ κωλύσῃς — φάρμακον.* Neutram scripturam prae oculis habuisse videtur Rufinus, qui haec posuerit in Recognit. VII, 18: „tu nunc quid moraris implere quod promiseras, et dare medicamentum“ cett.; at potius: *λοιπὸν σὺ τί ὀκνεῖς* cett. Et hoc ipsum reponendum duco in Homiliis, in Epit. autem: *λ. σὺ μὴ ὀκνήσῃς* cett.

P. 268, 12 quod in utroque Homiliarum codice invenitur: *τὴν ἡμέραν*, praeferendum esse arbitror scripturae: *τῇ ἡμέρᾳ*, quam praebent libri mscr. utriusque Epit. C. LXXXVII.

P. 269, 6 sq. sine ulla corruptelae suspicione edita leguntur haecce: *ἡ δὲ ὥσπερ ἐκ μέθης τὸ λοιπὸν τοῦ σώματος παρεθεῖσα ὑπέστρεψεν ἑαυτήν, ὑποστῆναι δυνηθεῖσα τὸ μέγεθος τῆς ἐλπιζομένης χαρᾶς* cett. At prima verba, quae eadem reperiuntur in Epit. alterius C. LXXXIX, gravi mendo laborare, certum videtur. Volueratne scriptor: *τὸ λεπτὸν τοῦ σώματος παρεῖσα* „debilitatem corporis non curans“? Cum dictione *τὸ λεπτὸν τοῦ σώματος* cfr. vocabulum *λεπτόσωμος*, quod est apud Eustathium ad Homer. Il. p. 1288, 40. Praeterea non dubito quin codicis O scripturae *δυνηθεῖσα* praeferenda sit codicis C lectio: *δυνηθῆναι*, „ut posset“, quae reperitur etiam in Epit. alter. C. c. et procul dubio erat in exemplo Rufini, Recognit. VII, 21 ita interpretati: „ac semet ipsam ad gaudii quod sperabat magnitudinem reparans“.

P. 270, 8 sane Hom. codicum lectione: ὄντως, probabilior videtur Epitomes utriusque C. XCI scriptura: οὕτως, neque tamen subscribo judicio Dresselii in adn. 1 ad Epit. alter. C. XCI prolato. Potius enim quod οὕτως in Epit. prioris XCI ante τήν σε τεκοῦσαν collocatum est, correctori deberi crediderim, qui in illo vocabulo post σε posito offenderet. — Contra μοι, quod v. 13 Homil. codices praebent, non videtur posthabendum utriusque Epitomes scripturae: μου.

P. 271, 8 aut ὁμιλήσας mutetur aut προσθεὶς necesse est. Dresselius in Epit. alterius C. XCII secundum aliquot libros mscr. edidit: ὡμίλησεν. Equidem verisimile duco, in exemplo Rufini lectum fuisse: προστίθησι, nam in Recognit. VII, 24 habetur: „Tum Petrus — loquutus ad turbas, addit etiam hoc", et hoc potius in Homiliis reponendum esse censeo. — V. 10 sanissima est Hom. codicum scriptura et vel ei praeferenda, quod praebent utriusque Epit. libri mscr. C. XCII. — Contra v. 11 praestat: πατρίδα, quod Dresselius l. c. secundum libros in textum recepit. — V. 16 sqq. sic arbitror scribendum: ἔτι δὲ καὶ ἄλλοις πολλοῖς ἀργύρια διανείμας καὶ ταῖς ποτε τὴν μητέρα παραμυθησαμέναις, εὐχαριστήσας, διέπλευσα cett. Scripturam ἄλλοις, quae est in cod. C, particulam καὶ ante verba τὴν μητέρα itemque copulam juxta vocabulum εὐχαριστήσας positam prae oculis fuisse Rufino, probabile redditur his verbis Recognit. VII, 24: „Sed et aliis quibusdam aliquantulum pecuniae distribui, et illis mulieribus quae aliquando solatae dicebantur in miseriis matrem meam, quibus et gratias retuli". Τοῖς ἄλλοις transiit in ταῖς ἄλλαις, postquam καὶ, quod proxime sequitur, intercidit. Verbum εὐχαριστήσας quum jam pridem intellexissem non struendum esse cum antegressis vocabulis, sed accipiendum de gratiis Deo actis, confirmatam vidi conjecturam scriptura: εὐχαριστήσας τῷ κυρίῳ, quae reperitur in utriusque Epitomes C. XCII. Neque opus est verbis τῷ κυρίῳ, quum verbum εὐχαριστεῖν per se solum saepius illo, quem diximus significatu adhibitum reperiatur (cfr. ipsa verba proxime sequentia p. 272, 4); immo haud injuria dixeris addita ab aliquo, qui falsam interpretationem verbi εὐχαριστήσας cavere vellet.

P. 272, 3 post verba Γενομένων δὲ ἡμῶν intercidit aut ἐπὶ τὸ αὐτὸ, quod est vel potius esse debet in Epit. prior. C. XCIII, aut ἐνταῦθα, ut scriptum est in Epit. alter. C. XCIII, aut ἐκεῖ, quod post γενόμενος habetur p. 181, 9, et ante καὶ facillime intercidere potuit. — V. 6 scribendum erat: ἄρα, ut nunc editum video in utriusque Epit. C. c. Eodem modo corrigendum p. 274, 14. — V. 11 recipienda erat codicis O scriptura: ἡ ἄνευ τοῦ φυσικῶς πείθοντος πρὸς οἷον δή ποτε στοργή, quae eadem reponenda erit in utriusque Epit. C. c. — Aeque mireris v. 12 sq. non receptam codicis O scripturam: ὑποδεξαμένην, quam praebet etiam utraque Epit. l. c. — Denique non liquet, qua de caussa Dresselius v. 14 πέπειστο, quod est in cod. O, posthabuerit lectioni cod. C: ἐπέπειστο. Reperitur haec altera forma etiam in utriusque Epit. C. c., at plus semel augmentum syllabicum plusquamperfecti in utroque Hom. cod. omissum videre est, cfr. e. gr. p. 191, γεγένηντο vel γεγέννηντο, p. 257, 2 sq. διαπεφωνήκειν, pro quo in Epit. alter. C. LXXII, non consentientibus libris mscr., repositum: διεπεφωνήκειν, quod habet Epit. prior. C. LXXII, p. 288, 15 πεπιστεύκεισαν, quod habet etiam Epit. alt. C. CVII, dum Epit. prior. C. CVII praebet: ἐπεπιστεύκεισαν.

P. 273, 8 pro ἦν postquam conjeci scribendum esse εἴη, nunc ipsum video, sic legi in utriusque Epit. C. XCIII. — Quae sequuntur verba sic ut hoc loco et in Epit. alterius C. XCIII scripta sunt, bene habent. Contra quod in Epit. prioris C. XCIII versus finem editum est, ferri nequit. — V. 14 pro οὔτε reponendum: οὐδὲ Idem vitium irrepsit in Epit. alterius C. XCIV. In Epit. prioris C. XCIV libri mscr. porrigunt: μηδὲ.

P. 274, 7 editum est: ὁ πᾶς ἄνθρωπος, οὐχ ὅ τις ἄνθρωπος, in Epitomes utriusque C. XCIV: — οὐχ ὅτι εἷς ἄ., ex plurimis libris mscr.; sed in adn. 2 ad Epit. alter. C. c. significavit Dresselius, meliorem ipsi videri illam

scripturam, quam interpretatur: „non hic vel iste homo." Equidem non dubito, quin utraque lectio corrupta sit, ita tamen, ut ea, quam praeter Epit. libros mscr. etiam Hom. cod. C servavit, propius accedat ad id, quod genuinum est. Contenderim autem quovis pignore, primitus positum fuisse: — *οὐχί τις εἷς ἄνθρωπος*. — V. 11 neque ego receperim *παρέχει*, quae varia est lectio in nonnullis libris mscr. Epit. prior. C. XCIV. Nec tamen crediderim, ad participium *παρέχων* mente supplendum esse *ἐστίν*, cujus verbi subintellecti exempla congessit Schaeferus Meletem. crit. p. 43 sq., sed intercidisse potius hoc ipsum verbum, id quod ante vocabula *εἰ δὲ* facillime potuit fieri. — V. 14 nollem scriptum: *μέλλων ποτὲ κρίνειν*. Praeterquam enim quod *ποτὲ* haudquaquam est in Epit. prioris CXV, ubi potius scriptum legimus: *τότε μέλλων κρίνειν*, et *τότε* habetur etiam in Epit. alterius C. XCV, ubi verborum idem est ordo, qui in Homiliis, adverbium *τότε* exquisitiore usu nonnunquam adhibetur ita ut sit: „ubi fient, de quibus dicitur vel dictum est"; cfr. Fritzschii Commentar. in IV Evang. I, p. 431. 143. — V. 16 servanda erat codicis C scriptura: *κρίνει*, quae est etiam in utriusque Epit. C. XCV. — V. 17 bene fecit Dresselius, quod non scripsit: *τιμωρεῖται*. Activo utitur Homiliarum scriptor etiam paullo infra v. 18 sq., p. 275, 16, 277, 15 et 16, 278, 6 et 8 sq., 279, 4 et 6. Vellem autem neque in Epit. alterius C. CXVI admisisset medium *τιμωροῦνται*, quum praesertim proxime sequatur activum *τιμωροῦσι*.

P. 275, 7 dubitare licet, utrum intactum relinquendum sit *ἔνιοι*, quod legitur etiam in Epit. alterius C. XCV, an probandum: *ἐνίοτε*, quod in Epit. prioris C. XCV ex plurimis libris mscr. receptum videmus. — V. 14 omittendum erat *νῦν* secundum codicem O.

P. 276, 1 libri praebent: *ποῖά ἐστιν αὐτοῦ ἴδια, ποῖα δὲ οὐκ ἦν*, contra in Epit. prioris C. XCVI: — *οὐκ ἔστι*, et in Epit. alterius C. XCVI: — *οὐκ εἰσίν*. Non audeo tentare illud *ἦν*, at nescio an pro hoc *εἰσὶν* reponendum sit: *ἔστι*, quamvis probe memor sim eorum, quae disputavi supra ad p. 107, 9 et 218, 1 sq. — V. 10 secundum cod. C scribendum erat: *ἐπεὶ οὖν*, quod ipsum nunc editum videre est in Epit. alterius C. XCVI. — V. 16 *γίνεται*, quod est in cod. Reg. 804, habet etiam Epit. alterius C. XCVI, p. 180, 5, ubi non correctum mireris.

P. 277, 3 cur Dresselius scripturam codicis C: *καθὰ*, praetulerit scripturae codicis O: *καθὸ*, non exputo. Etiam in Epit. alterius C. XCVI reperitur: *καθ' ὅ*. — V. 4 sqq. quae sunt verba: *ἐλεεῖν συνεβούλευσεν ὡς φιλανθρωπίαν ἀσκοῦσιν, καὶ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς ἐστίν, ἀδικουμένους καὶ ἀπολύειν τῆς καταδίκης τοὺς ἀδικοῦντας*, commutanda esse cum iis, quae reperiuntur in Epit. alterius C. XCVI: — *καὶ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς ἐστὶ τοῖς ἀδικουμένοις, ἀπολύειν* cett., contendenti Dresselio in adnot. 9 ad Ep. alt. C. c., haudquaquam adstipulor. At fieri potest ut scriptum fuerit: *ἐλεεῖν συνεβούλευσεν ὡς φιλανθρωπίαν ἀσκοῦσι τοῖς δικαίοις ἀδικουμένοις, καὶ, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἐστί, καὶ ἀπολύειν* vel *ἀπολύειν* cett. Cfr. p. 278, 4. Corrigenda esse etiam verba: *τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς ἐστί*, jam supra ad p. 212, 7 significavimus. P. 225, 14 hic ipse scriptor posuit: *ὅσον τὸ ἐφ' ἡμῖν*. — V. 12, quum paullo ante, v. 8 sq. legatur: *τοῦ γὰρ παθεῖν πάντως κεκριμένου τινί*, tentare licet: *ἐμοὶ πάντως τοῦ παθεῖν κεκριμένου*. Idem valet de Epit. alterius C. XCVI, ubi eaedem sunt scripturae. — V. 13 scribendum: *ποιοῦμεν*, quod ipsum porrigit Epit. alt. C. XCVI. Subinde eadem Epitome habet: *παρὰ τὸ πρῶτοι ἢ δεύτεροι*. Et profecto scriptura Hom. codicum: *παρὰ τὸ πρῶτοι, δεύτεροι*, ferri nequit. — Etiam v. 15 equidem receperim *εἰδότας*, quod est in Epit. alt. C. c. pariter atque in cod. Reg. 804.

P. 278, 5 ineptam in verbis: *καὶ πάνυ ἁμαρτάνουσιν, πρὸς γὰρ τὸ ἁμαρτάνειν ἑαυτοὺς ἀποδεδωκότες*, particulam *γὰρ* non habet Epit. alter. C. XCVI. Ego tamen non arbitror omnino abjiciendam, sed mutandam in: *γε*. — V. 14 equidem non ausim ante *φιλοῦντας* inserere articulum *τούς*, quem in Epit. alterius C. XCVI libri mscr., uno excepto, praebent. — V. 16 vehementer

dubito, num *προαδικεῖσθαι ἀνέχεται* genuina sit scriptoris manus. Nec tamen ferri potest *προσαδικεῖσθαι ἀνέχεται*, quod in Epit. alter. C. XCVI e libris receptum est. Conjiciat aliquis: *πρὸς τὸ ἀδικεῖσθαι ἀνέχεται*. Licet enim *ἀνέχεται* interpretari: „patiens est".

P. 279, 2 sq. codices Epit. alter. C. XCVI praeter unum omnes porrigunt: *εἰς δὲ τὸ ἀγαπᾶν τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν ἀποδεδωκὼς οὕτω διάκειται, πενίαν οὐ πεφόβηται* cett. Quae verba ut justo starent talo, Dresselius ante *πενίαν* inseruit: *ὅτι*. Mihi contra probabilius videtur, positum fuisse: *ἀποδεδωκὼς ἑαυτὸν* sive *αὐτὸν, ὡς διάκειται, πενίαν* cett. Dubito autem, num *ἀποδεδωκὼς* solum per se sufficiat. Dictio *ὡς διάκειται* significat: „ut constitutum est". — V. 4 *ἁμαρτάνοντας*, ut cod. Reg. 804, habet etiam Epit. alt. C. XCVI. Quod quin genuinum sit, dubitare non sinit dictio *τοὺς ἁμαρτάνοντας*, quae est v. 6. — V. 8 scr. *ἑνὶ λόγῳ*.

P. 280, 4 sqq. dum scriptum legitur: *ἡ δὲ ὁδὸς τοῦ ταύτην λαβεῖν — μία τίς ἐστιν, ἥπερ ἐστὶ φόβος Θεοῦ. ὁ γὰρ Θεὸν φοβούμενος τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν ἀγαπᾶν μὲν καταρχὰς οὐ δύναται· ἐπεὶ τὸ τοιοῦτον* (*τοιοῦτο* C) *κελεύειν οὐ προσέρχεται τῇ ψυχῇ· τῷ μέντοι πρὸς Θεὸν φόβῳ τὰ ἀγαπώντων ποιεῖν δύναται* cett., Epit. alterius C. XCVII haec habentur: *εἰ δὲ ὅλως τοῦ ταύτην λαβεῖν — μήτις ἐστίν, οὐ πάρεστι φόβος θεοῦ. ὁ γὰρ θεὸν φοβούμενος τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν ἀγαπᾷ· τῷ μέν τοι πρὸς θεοῦ φόβῳ* cett. Facile apparet, prima Epitomes verba non solum minus clara esse, quam prima Homiliarum verba ipsis respondentia, ut Dresselius judicat in adn. 2 ad Epit alt. C. c., sed corrupta et cum his commutanda. Contra secunda periodus ita, ut in Homil. libris mscr. tradita est, ferri nequit. Quippe sententia postulat, ut scribatur: *ὁ γὰρ Θεὸν μὴ φοβούμενος*. Errant autem verba: *καταρχὰς οὐ δύναται*, interpretantes: „non potest principio", quum potius significent: „omnino non potest". — Vice versa paullo post Homiliarum codices veram servaverunt scripturam: *πρὸς Θεὸν φόβῳ*, quae etiam in Epit. C. c. est reponenda.

P. 281, 2, quum recte scriptum reperiatur: *τὴν ἐπὶ*, atque idem editum sit in Epit. prioris C. XCVIII, miretur aliquis in Epit. alterius C. XCVIII intactam relictam esse ineptam scripturam: *ἐπὶ τὴν*. — Ceterum hic et v. 8 atque in Epit. utriusque C. XCVIII scribendum erat: *Βαλανέας*, quam formam praebent aliquot Epit. prioris libri mscr.; cfr. quae adnotavit L. Dindorfius in Thes. Stephaniani ed. Paris. s. v. — V. 9 et in Epit. prior. C. XCVIII recte receptum est: *Πάλτον*, at in Epit. alter. C. XCVIII perperam admissa forma nihili *Πάλταν*. — Eodem versu Dresselio nescio an *Γάβαλα* scribendum fuerit, quamvis forma *Γάβαλαν* exquisitior sit. — V. 14 et in Epit. alterius C. XCVIII receperim ex Epit. prioris C. XCVIII scripturam: *τίς ἂν εἴη*.

P. 282, 6 aptius est, quod in Epit. alterius C. XCIX legitur: *αὐτῆς τὸ γένος*. Ibidem scriptum reperitur: *ἀνατροφὴν*, quod mihi quoque in *ἀναστροφὴν* mutandum videtur. Est autem *ἀναστροφή* „vitae ratio, quatenus factis et moribus conspicitur." — V. 8 *καὶ οὓς* ferri omnino non potest. Genuinam scriptoris manum praestare videtur Epit. alter. C. XCIX, ubi *καὶ* omissum est. Videtur id additum esse postquam *οὓς* transiit in *ὡς*. — V. 16 sqq. quae sunt verba: *πρὸς δὲ τὸ τέλος τοῦ λεγομένου ἀποβλέψαντες, ὅτι ἡμῖν διαφέρει τὰ λεγόμενα, τότε ἑαυτοὺς ὡμολογήσαμεν*, ut in Homiliis, sic etiam in Epit alter C. C leguntur. Contra in Epit. prioris C. C scriptum exstat: *πρὸς δὲ τὸ τέλος νῦν τῶν λεγομένων ἰδόντες καὶ γνόντες ἀκριβῶς, ὅτι περ ἡμῖν διαφέρει τὰ εἰρημένα, τότε ἑαυτοὺς ὡμολογήσαμεν*. Rursus alia erant verba, quae ante oculos habebat Rufinus, interpretans in Recognit. VII, 28: „Adspiciebamus ergo ad finem sermonis, ut si ad integrum de nobis esse constaret, tum fateremur". Hinc profecti in Homiliis et in Epit. alt. sic fere legendum esse conjicimus: *πρὸς δὲ τὸ τέλος τοῦ λόγου ἀποβλέψαντες ἦμεν, ὡς, εἰ ἡμῖν διαφέρει τὰ λεγόμενα, τότε ἑαυτοὺς ἂν ὁμολογήσαιμεν*. Similiter corrigenda existimamus verba, quae sunt in Epit. priore, ubi *ὅτι περ* nihil aliud est quam: *ὡς, εἴπερ*, atque vocabula

νῦν et καὶ γνόντες ἀκριβῶς, quae interpolatori alicui debentur, exterminanda sunt.

P. 283, 11 ut Homil. libri mscr., sic etiam Epit. alter. C. CI habet: βιοῦν τε ἡδέως, et minus credibile est, ἡδέως corruptum esse ex: σεμνῶς, quod in Hom. cod. O reperitur supra scriptum, quam ex: εὐήθως. — V. 12 ex utroque codice editum: ἀδιαφόρως μὴ βιοῦντες τραπέζης ἐθνῶν οὐκ ἀπολαύομεν, in Epit. alter. C. CI contra: ἀδιαφόρως βιοῦντες cett. At enim vero hoc aperte ineptum est. Illud si recipere nolebat Dresselius, sequi debebat Epit. alter. cod. V., pro ἀδιαφόρως porrigentem: διαφόρως, aeque atque Hom. cod. Reg. 804. Etiam supra, p. 55, 16, quum in libris sit: διαφόροις, tentare licet: διαφόροις μὴ χρῆσθαι τροφαῖς καὶ πράξεσιν. — V. 16 in Hom. libris mscr. post πατὴρ exciderunt verba: ἢ μήτηρ, servata illa in utriusque Epit. C. CI, quae etiam in exemplo Rufini erant, ut apparet ex Recognit. VII, 29.

P. 284, 1 verum est inventum Schwegleri: διαφέροντες, quod etiam in utriusque Epit. C. CI reponendum. — V. 2 et in Epit. alterius C. CI versus finem non erat recipienda inepta particula μή. — V. 5 recte scriptum arbitror: θυούσῃ. Etiam apud Rufinum Recognit. VII, 30 habetur: „mihi sacrificanti". Mireris autem, illud non repositum in Epit. alter. C. CII. — V. 6 scribendum erat: τί δεῖ καὶ λέγειν; — V. 8 non dubito, quin vera sit scriptura: ἀντιποιουμένης, quam praebet utraque Epit. C. CII. — V. 16 mireris tanquam sana edita esse verba: χωρὶς τῆς θείας εἰς θεὸν εὐσεβείας. Ineptam vocem θείας non agnoscit Epit. prior. C. CII. Nata forsan est ex: θρησκείας, quod vocabulum quo jure tanquam variam lectionem ad verbum εὐσεβείας adscriptum fuisse suspicemur, ostendunt ea, quae reperiuntur in Homil. codice C et in Epit. alterius C. CII: ἐκτὸς τειχῶν θρησκείας θεοῦ. Sic enim etiam in Epit. altera scribendum, ubi Dresselius intactam reliquit ineptam scripturam: τυχόν. In eodem ejusdem Epit. capite perperam editum est: διεφόνησαν, et: διεφόνησεν.

P. 285, 1 non vituperandum, quod Dresselius respuit scripturam codicis C: καὶ τήν. Deest articulus etiam in utriusque Epit. C. CII. At in Epit. prior. scribendum erat aut: ἐπί τε τὴν ἐμὴν καὶ τὴν τῶν υἱῶν ζήτησιν, aut: ἐπὶ τὴν ἐμὴν καὶ τῶν υἱῶν ζ. — V. 12 probatam nollem conjecturam ad oram cod. O adscriptam. Aptior est enim utriusque codicis scriptura ἐπὶ σοῦ, siquidem valet: „secundum te". — V. 14 scribendum: σὺν σοί. — V. 16 ut editum est: ἑαυτῆς γενομένη, secundum utrumque cod., sic etiam in Epit. prior. C. CIII, quamquam hic variat scriptura, nam pars codicum praebent: ἐν ἑαυτῇ vel ἐφ' ἑαυτῆς. Contra in Epit. alter. C. CIII receptam videre est librorum scripturam: ἐν ἑαυτῇ γενομένη. Genuina manus videtur esse: ἐν ἑαυτῆς γενομένη, cfr. C. G. Cobeti Nov. Lect., Lugd. Batav. MDCCCLVIII in lucem emiss., p. 413. — Praeterea nescio cur recepta non sit codicis O scriptura, quae in annot. 4 affertur.

P. 286, 5 sq. fieri potest ut scriptum fuerit: κἀκεῖ διακρατοῦντες ἡμᾶς cett. Ex διακρατοῦντες pendent verba: ὅπως μή τι προπετὲς λαλήσωμεν τῶν αὐτοῖς μὴ δοκούντων. Errat autem, si quid video, Dresselius, in adn. ad Epit. alter. C. CIV genuinam existimans scripturam: κἀκεῖ δακρύοντας ἡμᾶς λιμῷ — ἐδειμάτουν, ὅπως. Nam δακρύοντας omnino ineptum est. Probabile est autem, ἐδειμάτουν additum esse ab aliquo, qui verba corrigenda esse intelligeret. In Recognit. VII, 32 est: „adfligentes nos fame, verberibus, metu, uti ne quod esset in vero proderemus". Apparet igitur, Rufinum neque δακρύοντας neque ἐδειμάτουν prae oculis habuisse. Etiam ea, quae inveniuntur in Epit. prior. C. CIV, quantumvis diversa a reliquis, nostrae favent conjecturae. — V. 8 nihili est codicis O scriptura Ἰουδαίας. Admittendum erat, quod praebet codex C: Ἰουδαίοις προσήλυτος. Contrario errore paullo infra, v. 15, pro φιλίας in cod. O scriptum legitur φιλίοις. Ἰουδαίοις est etiam in utriusque Epit. C. CIV. — V. 14 Dresselius λέγω δὴ scripsit secundum Epitomen, quamvis uterque codex λέγω δὲ praebeat. Infra, p. 313, 11, 330, 12, 363, 1 Schweglero obtemperavit, λέγω δὴ

corrigenti pro scriptura codicum λέγω δὲ. Aliis tamen locis non item. Utraque locutio et ferri potest et invenitur in codicibus, saepius tamen λέγω δὲ quam λέγω δή. Illa praeter locos jam citatos p. 50, 5 sq., 67, 6, 84, 34, 96, 2, 12, 104, 4, 166, 11, 167, 11, 177, 11, 178, 18, 190, 6, 214, 12 et 15, 216, 1, 16, 218, 13, 221, 11, 293, 8 (in codice O), 327, 1, 344, 4, 361, 14, 363, 1, 390, 15, cfr. etiam δὲ λέγω, 356, 5; haec 221, 17, 242, 2, 248, 12, 263, 16, 288, 9, 290, 14, 293, 8 (in codice C), 299, 16, 380, 5. Alia utriusque formulae exempla collecta habentur apud Boissonadium „Notices", Vol. X, p. 147, et in Thesaur. Stephan. Vol. V, p. 153 extr.

P. 287, 5 sqq. et in Epit. alter. C. CV quae leguntur verba: διὸ καὶ σέ, μῆτερ, εὐχόμεθα, ἵνα ὧν ἡμᾶς κατηξιώθημεν ἀγαθῶν, τούτων καὶ σὺ μεταλάβῃς, aperte vitiosa sunt. Contra correcta est varia lectio, quam praebet Epit. prior. C. CV: διὸ καὶ σὲ, μῆτερ, εὐχόμεθα, ὧν ἡμεῖς κ. ἀ., τούτων καὶ αὐτὴν μετασχεῖν. Illic rescribendum videtur: διὸ καί σοὶ, μῆτερ, cett. Aliam rursus scripturam indigitare videntur verba Recognit. VII, 33: „quod et tibi optamus evenire, sicut et nobis concessit deus". — V. 8 sqq. haec edita sunt ex utroque cod.: αὕτη οὖν ἐστὶν ἡ αἰτία, τεκοῦσα, δι' ἣν ἐνόμιζες ἡμᾶς τεθνάναι, τῷ ἐκείνῃ τῇ χαλεπωτάτῃ νυκτὶ ὑπὸ πειρατῶν ἀρθῆναι ἐν πελάγει, σὲ δὲ νομίζειν ἡμᾶς ἀπολωλέναι. Pro inepto vocabulo τῷ Epit. alter. C. CV porrigit genuinam scripturam: τὸ, ubi eadem sunt verba praeter τεκοῦσα et σὲ δὲ νομίζειν ἡμᾶς ἀπολωλέναι. Contra in Epit. prior. C. CV. scriptum reperitur: αὕτη οὖν ἐστιν ἡ αἰτία, δι' ἣν ἐνόμιζες ἡμᾶς ἐν τῇ θαλάσσῃ τεθνάναι, et in Recognit. VII, 33: „Hinc ergo fuit, mater, quod nos a piratis raptos, tu in mari defunctos esse credidisti". Facile apparet, in Hom. diversarum recensionum scripturas in unum esse compactas. Sed ne ea quidem, quae sunt in Epit. altera, ex una videntur recensione petita esse. Pari ratione turbatum videtur in verbis, quae sunt v. 13 sqq., hisce: ἵνα, φησί, μηδεμία τις ἡμέρα ἄμοιρος γένηται, ἀφ' ἧς τὰ ἐμαυτῆς ἀπέλαβον τέκνα, καθ' ἣν ἂν οὐ συνεστιαθείην αὐτοῖς. Sic cod. O. In cod. C reperitur: ἐν ᾗ μὴ συνεστιάσθην. Ad illa proxime accedunt, quae habentur in Epit. prior. C. CVI, nisi quod vocabulum ἄμοιρος alia est sede collocatum et in uno codice haec invenitur varia scriptura: καθ' ἣν ἂν τοῦ συνεστιαθῆναι. In Epit. alter. C. CVI prima verba sunt eadem, quae in Homil., at post τέκνα habentur haec: μὴ συνεστιαθεῖσα αὐτοῖς, pro quibus in cod. V. legitur: μὴ συνεστιαθῆναι αὐτοῖς. Rufinus, quum in Recognit. VII, 34 nihil reperiatur nisi hoc: „ut ne una, inquit, die damnum patiar consortii et societatis natorum meorum", omnino non legisse videtur verba: ἀφ' ἧς τὰ ἐμαυτῆς ἀπέλαβον τέκνα. Exstiterunt autem duae vel tres scribendi rationes, quarum prima fuit haec: ἵνα μηδεμία τις ἡμέρα γένηται, καθ' ἣν vel ἐν ᾗ ἂν μὴ συνεστιαθείην αὐτοῖς, altera haec: ἵνα μηδεμία τις ἡμέρα ἄμοιρος γένηται τοῦ συνεστιαθῆναι, vel τοῦ με συνεστιαθῆναι αὐτοῖς, tertia haec: ἵνα μηδεμίᾳ τινι ἡμέρᾳ ἄμοιρος γένωμαι τοῦ συνεστιαθῆναι vel μὴ συνεστιαθεῖσα αὐτοῖς. — V. 15 recte fecit Dresselius, quod secutus est Schweglerum, pro ταῦτα corrigentem: ταυτά. At oblitus est, eandem correctionem adhibere Epit. alter. C. CVI.

P. 288, 2 et in Epit. alter. C. CVI post ἐπεὶ et ante πολλῶν intercidisse aliquis dicat: ἄλλως, ut „alioqui", est in Recognit. VIII, 34. In Epit. prior. C. CVI loco vocabuli ἐπεὶ legitur: τάχα γὰρ εἰ μὴ τοῦτο. An in eo acquiescere licet, ut statuatur, ad ἐπεὶ mente supplendum esse: εἰ μὴ τὸν ὑπὲρ ἑαυτῆς ἐφθέγξατο λόγον? Cfr. Vigeri Idiotism. libr. ed. quart. p. 402, adn. — V. 4 merito Dresselius formam barbaram ἐξέφανεν, de qua nuperrime egit Cobetus Nov. Lect. p. 369, secundum Davisium mutavit in ἐξέφηνεν. Genuinam scripturam habet Epit. prior. C. CVII, falsam Epit. alter. C. CVII, quam non correctam ab editore jure quis miretur. — V. 5 scriptura Hom. codicum: αὐτῇ τὴν ξενοδόχον, quae recte etiam in Epit. prior. C. CVII est recepta, praeferenda est ei, quam in Epit. alter. C. CVII e libris edidit Dresselius: αὐτὴν τῇ ξενοδόχῳ.

P. 289, 6 Dresselio recipienda erat codicis O scriptura, ita quidem ut

post ὤμνυεν, quod est v. 4, virgula incideret. — Idem est in Epit. prior. C. CVIII. Rufinus legisse videtur: ὅτι μετὰ τὸν ἀναγνωρισμὸν ὑπὸ τῆς πολλῆς χαρᾶς τροφῆς μεταλαβεῖν οὐκ ἠδυνήθη, interpretatus enim est Recognit. VII, 36: „quia ex quo recognoverit filium prae multo gaudio cibum capere omnino nequiverit.“ "Οτι habet etiam cod. O Epit. alter. C. CVIII. — V. 7 recte Dresselius scripsit: ἐμαρτύρησε. Probum tamen est etiam ἐμαρτύρει, quod editum est in Epit. alter. C. CVIII et prae oculis fuit Rufino, l. c. interpretanti: „testabatur“. At miretur quis, in Epit. prior. C. CVIII repositum: μαρτυρήσει, quod furca erat expellendum. — Quod v. 9 et 11 codicis O lectionem Φαυστινιανὸς sprevit Dresselius, satis mirum est; cfr. modo p. 286, 1. — V. 12 sq. quae est in cod. C scriptura, habetur etiam in Epit. alter. C. CVIII. Videtur ea sic esse corrigenda: ἡμέραν τῆς vel ἀπὸ τῆς ἐπιγνώσεως χωρίσαι τῆς ἡμῶν τραπέζης.

P. 290, 1 sq. quam Homil. codices praebent scripturam, reperitur etiam in libris mscr. Epit. prior. C. CIX, nec dubium est, quin praeferenda sit ei, quae edita est in Epit. alter. C. CIX. Rufinus secundum verba, quae sunt in Recognit. VII, 37: „non nos vincat malignus occasione accepta per affectum matris“, locum rursus aliter scriptum repperisse videtur, sic opinor: πρόφασιν εὑροῦσα τῇ μητρὸς στοργῇ.

P. 291, 1, 2, 16 mireris non receptas codicis O. scripturas: τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπιμιξίαν, λυσσῶντα, λοιδορῆται.

P. 292 locum, qui est v. 2 sq., ego sic interpunxerim: ἔστι δὲ αὐτῇ κάλλος, ἡ ἐν τῇ ψυχῇ εὐνομία. μύρου δὲ πνέει, τῆς ἀγαθῆς φήμης. — Subinde in manuscripto Dresseliano revera e codice O enotatum reperio: φόρεα, quae vox est nihili. Scribendum procul dubio: φάρη, cui correctioni favet etiam codicis C scriptura φορεῖ. — V. 19 mireris non receptam codicis O lectionem: πῶς τὴν ἀόρατον προαίρεσιν σωφρονίσει; pro qua etiam codex C spondet, sed admissam Schwegleri conjecturam: πρὸς τὸν μὴ ὁρῶντα πῶς σωφρονήσει.

P. 293, 3 et 5, Dresselio recipiendae erant codicis O scripturae: ἐσομένην Θεοῦ κρίσιν, et: ἔρχεσθαι. De posteriore cfr. v. 11. Contra V. 14 praeferenda erat codicis C lectio: πενομένῳ.

P. 294, 11 equidem non mutaverim codicum scripturam: βλέπεται, sc. ἡ μοιχεία.

P. 295, 4, recipienda erat codicis O scriptura: εἰ. Secundam vocabuli εἴτε, quod codex C porrigit, syllabam dissographiae, quam vocant, deberi, facile apparet.

P. 296, 1 sqq. haec reperiuntur edita: τοσοῦτον ἀγαθὸν σωφροσύνη. εἰ μὴ ὅτι νόμος ἦν, μηδὲ δίκαιον ἀβάπτιστον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν, τάχα που τῶν ἐθνῶν οἱ πεπλανημένοι διὰ σωφροσύνην μόνον σωθῆναι ἐδύναντο. At quis non videat, in primis verbis aliquid esse turbatum? Scribendum procul dubio: τοσοῦτον ἀγαθὸν σωφροσύνη, ὅτι, εἰ μὴ νόμος ἦν, cett. Praeterea corruptum videtur vocabulum μόνον. Conjiciat aliquis: μόνην. Sed probabilius duxerim: μόνον οὐ. Spondent pro his emendationibus, si quid video, verba in Recognit. VII, 38 posita haecce: „In tantum autem pudicitia, inquit, deo placita est, ut etiam his qui in errore sunt positi, nonnihil gratiae in praesenti conferat vita“. — V. 12 sq. non erat vilipendenda codicis O scriptura: ὅπως ἐν σκεπεινῷ τῆς θαλάσσης τόπῳ ἐλθόντες τὰ τοῦ βαπτίσματος σχεδιάσωμεν, quamvis in margine adnotatum sit de postremis quattuor verbis: παρένθετον (sic enim scribendum) καὶ νόθον. Reperitur illa ipsa scriptura in Epit. prior. C. CIX, nisi quod pro ἐλθόντες legitur: γενόμενοι. Cum codice C, cujus scripturam repraesentendam curavit Dresselius, consentit Epit. alter. C. CIX, hoc uno excepto, quod vel in ea non reperiuntur verba: ἐν ἀκατασκόπῳ. Hinc suspicetur aliquis, haec verba ex interpretamento verborum: ἐν σκεπεινῷ, orta esse. Sed dubitare licet, num jure. Certe ei, qui scripturam βαπτίσαι δυνηθῶμεν amplexus fuerit, non erunt tentanda. Neque prorsus idem significant dictiones ἐν σκεπεινῷ τόπῳ et ἐν ἀκατασκόπῳ. Σκεπεινὸς τόπος est „locus

a ventis tutus", γαληνὸς τόπος, ut appellatur v. 15 sq. Ἀκατάσκοπος apud Clementem Paed. III, p. 256 A est „ab exploratoribus tutus". Ἐν ἀκατασκόπῳ hoc loco interpretandum „clam". Cavendum vero ne, qui hic dicitur σκεπεινὸς τῆς θαλάσσης τόπος, confundatur cum eo, qui p. 297, 16 appellatur ὁ σκεπεινὸς τόπος. Is enim est „opertus locus", non in ipso mari situs, idem, qui p. 297, 1 sq. audit: κρυφαῖος τόπος. — Ceterum ut alibi sic etiam in Homil. et in Epit. utr. C. CIX et CX de forma adjectivi variant libri mscr., praebentes σκεπεινὸς et σκεπηνὸς et σκεπινός. Postremam formam, quae in Homil. ex codice C recepta est, omnium minime tulerim, quippe quae apud infimae demum aetatis scriptores usurpata esse videatur. At formae σκεπεινὸς et σκεπηνὸς cur dubiae esse fidei perhibeantur in Thes. Stephan. ed. Paris. s. v. σκεπηνός, non intelligo. — V. 14 aperte praeferenda erat lectio codicis C.: ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν γενομένων ἡμῶν, quam praebet etiam utriusque Epit. C. CX. — Eodem versu secundum Epit. priorem scribendum: καὶ μεταξὺ, atque hujus Epitomes scriptura reponenda etiam in Epit. alter., ubi quod C. CX editum est: μεταξὺ πέτρων τινῶν γαληνὸν καὶ καθαρὸν τόπον εὐπορησάντων, ne tum quidem veri esse simile crediderim, quum pro εὐπορησάντων repositum fuerit: εὐπορούντων. — Mirum est quod verba v. 16 et p. 297, 1 sq. posita: καὶ λουσάμενοι, ἐλθόντες ἐπὶ τὰς γυναῖκας παρελάβομεν. καὶ οὕτως ἐν κρυφαίῳ τόπῳ πορευθέντες εὐχόμεθα, omnino transmissa sunt in utraque Epit., quum tamen — ut taceam de loco, qui est C. CXI, mox accuratius tractando — in utraque, C. CXII, haec reperiantur verba ad rem, quae illis traditur spectantia: θαλάσσῃ ὑμᾶς λελουμένους εἰς τὸν ἀπόκρυφον τόπον ὑποχωρήσαντας ἰδὼν cett. Vix ac ne vix quidem a me impetrare possum, ut tantam fuisse Epitomatoris negligentiam existimem. Quare censeo, in Epitomis lacunam esse statuendam.

P. 297, 1 facile aliquis conjiciat: ἐπανελθόντες τὰς γυναῖκας παρελάβομεν. At equidem non ausim quidquam mutare. — V. 4 non liquet cur Dresselius codicis O scripturam: καὶ ταύταις ταῖς γυναιξὶν, posthabuerit ei, quae est in codice C: καὶ ταῖς αὐταῖς γυναιξὶν. Neutra tamen apta est. Erat enim mater inter ipsas mulieres antea commemoratas. In Epit. prior. C. CX nihil est nisi: καὶ ταύταις. Equidem censeo, primitus scriptum fuisse: μόνοις ἡμῖν συνεῖναι τῇ μητρὶ ἐπέτρεψεν, reliqua autem verba ex adnotatione correctoris male seduli orta esse. — V. 9 quae jure ex codice O recepta est et in Epit. prior. C. CX reperitur, formam συνειστιάθημεν, mireris non repositam in Epit. alter. C. CX. — V. 10 καὶ, quod est ante καθεσθεὶς non male omittitur in Epit. utriusque C. CXI. — V. 12 tolerari nequit καὶ, quod est ante αὐτός, in Epit. utriusque C. CXI recte transmissum. — V. 13 sq. Homiliae habent: ἅμα τῷ ὑμᾶς, φησίν, ἀποστῆναι, γέρων συνεισῄει ἐργάτης, περιέργως κλέπτων ἑαυτόν, quod ipsum est in utriusque Epit. C. CXI, nisi quod in Epit. priore scriptum reperitur: ἀποστῆναί μου, γέρων τὶς (sic) συνῄει περίεργος, κλ. ἑ., et in Epit. altera: ἐργάτης, περίεργος κλ. ἑ. Facile apparet, alteram verborum partem optime servatam esse in libris mscr. Homiliarum. Ἐργάτης et περιέργως etiam Rufinus scriptum repperit, cujus haec sunt verba in Recognit. VIII, 1: „Senex autem quidam pauper, et ut apparebat ex habitu operarius, curiose ex occulto observare nos coepit." At mirum est, nullumdum offendisse in vocabulo ἀποστῆναι. Jam unum solum verbum συνεισῄει monstrare poterat, illud mutandum esse in ἐπιστῆναι. Accedit, quod res, qua de sermo est, acta non est postquam discesserunt Faustinus, Faustinianus, Clemens et reliqui viri, sed post reditum ipsorum; non ἐν σκεπεινῷ τῆς θαλάσσης τόπῳ, sed ἐν κρυφαίῳ τόπῳ, qui commemoratur p. 297, 1 sq. Corruptelae ansam praebuisse videtur confusio duorum locorum diversorum, quam supra, adn. ad. p. 296, 12 sq. cavendam esse monuimus. Per se intelligitur, in Epit. prior., recepta emendatione ἐπιστῆναι, etiam μου mutandum esse. — In Homiliis post ἑαυτόν puncto incidendum est. In Epit. priore quae proxime sequuntur verba ad idem enuntiatum pertinentia, ita sunt scribenda: καὶ βουλόμενος

ὁρῶν αὐτὸς μὴ ὁρᾶσθαι. — Deinde turbatum aliquid est in Epit. altera, ubi καὶ non est ante προκατασκοπήσας et sequentia verba usque ad εἰσελθόντες construuntur cum antegressis, tum vero pergitur: εἶτα λάθρα ἐκβὰς ἠκολούθησεν ἐν εὐκαίρῳ τόπῳ προσελθὼν cett. Quae corrigenda sunt ex Homiliis vel ex Epit. priore.

P. 297, 5 non video cur Dresselius spreverit codicis O scripturam: ὑπὸ τὸν ἀπόκρυφον τόπον ὑποχωρήσαντας, quamvis etiam Epitomae C. CXII pro ὑπὸ habeant: εἰς. — V. 6 sqq. et in Epit. alter. C. CXII legitur: καὶ ἐπειδὴ εὐχομένους εἶδον, ὑπεχώρησα· ἐλεήσας δὲ ὑμᾶς ἀνέμεινα, ὅπως ἐξιοῦσι προσομιλήσας πείσω μὴ ἀπατᾶσθαι. Sic etiam in Epit. prior. C. CXII, nisi quod hic pro ἐλεήσας δὲ reperitur: καὶ ἐλεήσας. In his si genuinum est ὑπεχώρησα, senex dicit, se secessisse, sed in ipso loci secreti introitu restitasse, ut Petri comites exeuntes opperiretur. At cur, quaeso, prius quam hi secessit? Praeterea aliter narratur res p. 297, 16. Denique in Recognit. VIII, 2 nullo verbo traditur antea secessisse senex, sed haec sunt verba: „observans ergo de occulto quid in secreto ageretis, orantes inspexi; miseratus igitur errorem vestrum, opperiri coepi, usquequo egressos alloquerer“ cett. Aut igitur vehementer erro aut scriptum erat: οὐχ ὑπεχώρησα, ἐλεήσας δὲ cett. Quod in Epit. priore reperitur, jam longius abest a genuina scriptoris manu; est enim nihil aliud quam depravata scriptura liberius mutata. — Pro eo quod est v. 17 sq., in Epit. prior. C. CXII ex aliquot utriusque Epitomes codicibus ante ἐν ποίαις reperitur editum: καὶ. Quod quum ineptum sit, conjiciat aliquis, primitus scriptum fuisse: — καὶ τίνων καὶ πόθεν, ἐν ποίαις cett. Cfr. adn. ad p. 57, 6. At praestat, opinor, acquiescere in eo, quod codices Homiliarum et reliqui Epitomarum libri mscr. praebent.

P. 299, 2 recte Dresselius scripsit: ἔχειν, quod est etiam in Epit. prior. C. CXIII; at in Epit. alter. C. CXIII intactum reliquit: ἔχον. — V. 11 particulam ἢ variae scripturae indicium esse censeo.

P. 300, 5 vellem Dresselius repraesentasset ordinem verborum, qui est in codice O, exhibente: ἢ κυλλὴν τὴν χεῖρα ἔχει. Sic etiam Epit. alter. C. CXIV. — V. 6 ego scripserim: τὸ σῶμα, quod est in utriusque Epit. C. CXIV. — V. 9 nescio an pro corruptis vocibus παράσχω vel παρασχῷ scribendum sit: παρασχήσω, ut voluit Schweglerus, quamvis etiam Epit. alter. C. CXIV porrigat: παρέξω. — V. 10 non video, cur Dresselius non receperit τὸ τοιοῦτον ex codice O, quum praesertim paullo ante, v. 8, τοιοῦτόν τι in utroque codice legatur. Omnino hic scriptor potius hac, quam altera forma: τοιοῦτο, uti solet. — V. 18 neque omittere licet μεγάλως secundum codicem O., quanquam hic consentientes habet libros mscr. Epit. prior. C. CXV, neque tolerandum est illud adverbium non mutatum. Vel sic tamen non crediderim, in eo nihil latere nisi: μεγάλα, quod ex cod. O receptum est in Epit alter. C. CXV, sed conjicio μεγάλως ortum esse ex: μεγάλ' ὅσ', h. e. μεγάλα, ὅσα.

P. 301, 4 praeferendus videtur ordo verborum, qui reperitur in codice C et in Epit. alter. C. CXV. In Epit. prior. perperam transmissum est: ἔργοις. Contra fieri potest ut verba τῇ γενέσει ab interprete aliquo addita sint. Praeterea vereor ne v. 5 et in Epit. alterius C. CXV turbatum sit. Certe σοὶ ante λόγῳ collocatum minus placet. — V. 13 non erat recipienda particula καὶ, quam neque Epitomae agnoscunt. — V. 15 in libris mscr. tam Homiliarum quam Epitomarum C. CXV ante βουλομένη intercidisse videtur negatio.

P. 302, 6 scriptum oportuisse: πολλοῦ δὲ χρόνου διελθόντος ὡς οὐκ ἔλαβε γράμματα παρ' αὐτῆς αὐτὸς cett., ostendit Epit. alter. C. CXVI. Etiam libri mscr. Epit. prior. C. CXVI servaverunt: ὡς. — V. 14 post ἐτελεύτησεν commate, non puncto majore, erat incidendum. — V. 16 sqq. secundum codicem O sic scribendum erat: ταῦτα τοῦ γέροντος εἰπόντος συνιδών, ὅτι, ὃν ἔλεγεν γέροντα τεθνάναι, οὗτος αὐτὸς ἦν, ἐξ ὧν ἔλεγεν, ὁ

πατὴρ ὁ ὑμέτερος, οὐκ ἐβουλήθην τὸ καθ' ὑμᾶς cett. Sic etiam Epit. alter. C. CXVII.

P. 303, 15 sqq. ex verbis: *οἴμοι ἄνερ, ἡμᾶς ἀγαπῶν κρίσει μὲν αὐτὸς ἐτελεύτησας, ἡμεῖς δὲ ζῶντες φῶς ὁρῶμεν καὶ τροφῆς ἄρτι μεταλαμβάνομεν,* id quod quintum tenet locum non dubito quin vitium traxerit. Neque enim opinor quemquam in ea fore sententia ut censeat, vocabulum *κρίσει* explicandum esse ex verbis p. 304, 18 sqq. positis hisce: *οὐ γὰρ ἠδυνάμην, περὶ τῶν ἐμοὶ ἠγαπημένων τὰ μέγιστα ὡς περὶ θανόντων κρίνας, πρὸς τὴν τοῦ βίου τρυφὴν ἑαυτὸν ἀποδιδόναι.* Conjicio equidem scriptum fuisse: *ἐκεῖ σὺ,* vocem *ἐκεῖ* de tempore usurpatam esse existimans, ita ut fere idem significet, quod vox *ἔκπαλαι* v. 13 posita, et in sequentibus oppositum habeat vocabulum *ἄρτι*, quod non solum in Homil. codice O, verum etiam in libris mscr. Epit. prior. C. CXVIII reperitur.

P. 304, 4 Dresselius secundum codicem O scripsit: *οἱ δὲ ὑπὸ χαρᾶς αἰφνιδίου διεφώνουν ἀμφότεροι, καὶ λαλεῖν ἀλλήλοις βουλόμενοι, ἀφασίᾳ συσχεθέντες ἐκ τῆς ἀπλήστου χαρᾶς οὐκ ἐδύναντο κρατεῖν.* Codex C loco praepositionis *ἐκ* praebet copulam *καί*, ut saepius confusae sunt hae voces. Praepositionem porrigit etiam utraque Epitome C. CXVIII. Ea autem si genuina est, desideratur objectum verbi *κρατεῖν*. Jam Epit. prior pro *κρατεῖν* habet: *ἐπέχειν ἑαυτούς.* At non est dubium, quin haec verba sint interpolata. Pari verisimilitudinis specie aliquis dicat, delendam esse praepositionem *ἐκ,* ita ut verba *τῆς ἀπλήστου χαρᾶς* pendeant ex *κρατεῖν.* Neutra mutandi ratione sententiae succurritur, quae tum demum salva erit, quum *κρατεῖν* fuerit expulsum. Apparet enim, ad verba *οὐκ ἐδύναντο* cogitatione esse supplendum: *λαλεῖν ἀλλήλοις.* Nimirum pro *οὐκ ἐδύναντο κρατεῖν* primitus scriptum erat: *οὐκ ἐδ. πρῶτον* vel *τὸ πρῶτον.* His verbis aptissime annexa erant, quae proxime sequuntur: *πλὴν μετ' οὐ πολὺ πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ· ἔχω σε, Φαῦστε* cett. Minus aptum est, quod in utraque reperitur Epit.: *καὶ μετ' οὐ πολὺ* cett., a seriore illud manu profectum. — V. 6 Dresselius suo jure secundum codicem O scripsit: *μικρῷ πρόσθεν. Μικρῷ τάχιον,* quod praebet codex C, habetur etiam in Epit. alter. C. CXVIII. Eadem dictio infra p. 312, 12 in utroque Hom. codice invenitur. Cfr. etiam Epit. alter. C. CXXVII.

P. 305, 5, Dresselius repraesentare debebat verborum collocationem in codice O repertam. — V. 11 praestat scriptura: *μοι*, quam porrigit utraque Epit. C. CXX. Contra p. 39, 15 recipiendum erat: *μου,* quod praeter codicem C reperitur etiam in utriusque Epit. C. XVI. — V. 13 sqq. editum est: *ὑποπτεύω οὖν μήπως ἃ μὲν ἀκριβοῦσιν, ἀληθεύουσιν, ἃ δὲ πταίουσιν, ἀμαθίᾳ πάσχουσιν,* et paullo infra, p. 306, 1 sq.: *ἄπεχε, μή πως, περὶ ὧν ἀληθεύουσιν, ἐπιτυγχάνουσιν, καὶ οὐχὶ ἀκριβοῦντες λέγουσιν.* Utroque loco particulam *μὴ* cum indicativo praesentis constructam porrigunt etiam Epitomae C. CXX, nisi quod priore loco Epit. alterius codex O habet: *ἀληθεύωσιν,* quod receptum mireris a Dresselio, praesertim non mutato simul verbo *πάσχουσιν.* Ego nihil omnino novandum arbitror, quum is, qui loquitur, indicet simul, putare se, ita esse, ut veretur; cfr., ut alia taceam, Godofr. Hermanni adnot. ad Sophoclis Ajac. v. 272. Ceterum pro *ἄπεχε,* quod etiam in utraque Epit. receptum videre est, reponenda erat varia lectio Epit. al. ap. Cotel.: *ἔπεχε,* h. e. *σκόπει,* post quam vocem etiam in Evang. Lucae XI, 35 invenitur *μὴ* cum indicativo praesentis constructum. — V. 16 priores partes non tribuerim lectioni *μόνην,* quae neque in Epit. altera reperitur. — Ibidem et in Epit. prior. C. CXX sine mora praeferenda erat scriptura: *πάντως.*

P. 306, 4 scribendum opinor: *τοῦ,* pro *τὸ.* — V. 6 sq. quod editum est, recte habet, reponendumque etiam in Epit. utriusque C. CXXI. — V. 11 et 14 Dresselio recipiendae erant lectiones codicis O, quarum posterior vel per se scripturae codicis C praeferenda. Cum codice O de hac consentit Epit. prior et fere etiam Epit. altera. Ad illam proxime accedit Epit. prior. C. CXXI.

P. 307, 4 quae jure spreta est codicis C scriptura, eam in Epit. alter. C. CXXII repositam videre est nulla adhibita mutatione. — V. 13 ferri posse videtur scriptura codicis O.: μέχρις οὖν ὅτε περὶ τούτου πείσομεν σε. Μέχρις ὅτε cum indicativo futuri constructum est etiam p. 88, 11 sq.; cum indicativo imperfecti p. 368, 10 sq.; at etiam cum conjunctivo aoristi, non addito ἂν, p. 333, 7, ut in Epit. utriusque C. CXXIII editum est, quamquam libri mscr. aut magis aut aeque favent scripturae, quam habet Hom. cod. O.

P. 308, 3 post αὐτοὺς excidit: γὰρ, quod servavit Epit. alter. C. CXXIV. — V. 6 praestat secundum codicem O omittere verbum ἔφη. Consentit Epit. pr. C. CXXIV. — V. 8 sola vera est codicis C scriptura: ἀσχολίαι. Ipse, ut nunc video, retractavit suam sententiam Dresselius in adn. 1 ad Epit. alter. C. CXXIV. Praeterea dicat aliquis praestare scribere: τοῖς μὲν πεπιστευμένοις, et sequens ἀπιστοῦσι intactum relinquere; certe haec mutatio facilior ea, quam commendavit Davisius. At enim obstant utrique emendandi rationi ea, quae leguntur in Epit. alterius C. CXXIV, nisi forte sunt interpolata. — Quae v. 13 sqq. leguntur, retintegranda sunt ex eis quae habentur in Epit. alterius C. CXXIV, ubi tamen pro γινομένων scribendum erat: γενομένων, et σοῦ pro σού.

P. 309, 2 verba corrupta καὶ ἀπρασίαι, quae desunt in codice O, ut in utriusque Epit. C. CXXIV, in textum, quem vocant, recepit Dresselius ex codice C; id quod equidem haud vituperaverim, modo alterum recte emendetur. Scribendum autem: καὶ ἀπαρτίαι. Sermo est de venditione Nicetae et Aquilae, quo de vid. p. 286. Hac ipsa venditione effectum erat, ut juvenes graecis disciplinis erudirentur; unde apparet, quam apte haec res verbis proxime sequentibus commemoretur. — Quae v. 4 sq. posita sunt verba, adhibenda erant ad corrigenda ea, quae ipsis respondent in Epit. alter. C. CXXIV. — Cum eo, quod v. 7 e codice C verborum in perpetuitatem receptum est, cfr. Eccl. VIII, 11: Ἐπληροφορήθη καρδία υἱῶν τοῦ ἀνθρώπου ἐν αὐτοῖς τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρόν. At nescio an magis genuinum sit πληροφορηθῆναι sic nude positum, ut est in utriusque Epit. C. CXXIV. — In iis, quae proxime sequuntur, cur Dresselius formam εὐθὺς a codice O praebitam spreverit, non exputo, quamquam etiam εὐθὺ ferri posse concedo, cfr. Lobeck. ad Phrynich. p. 144 sq.; neque opus erat, τέκνα, quod deest in codice O, ex libro C recipere, quum τὰ δίδυμα per se optime stare possit. — V. 8 sq. aut in verbis: καὶ τοὺς σοὺς ἀπολαβεῖν intercidit: σε, aut pro σοι συνελθεῖν scriptum erat: σε σ., similiter atque paullo ante v. 5 est: συνελθεῖν Κλήμεντα. Alterutra emendandi ratio adhibenda etiam Epit. alter. C. CXXV. — V. 12 et in Epit. alter. C. CXXV scribendum videtur: ἐμὲ ἐννοίαν μὴ ἔχειν περὶ τοῦ ὑπὸ σοῦ κηρυσσομένου λόγου, pro: ἐν ἐννοίᾳ μὴ cett. Cfr. Epit. prior. C. CXXV. — V. 13 sq. prorsus inepta est codicis O scriptura: προτρεπόμενά μοι, in textum recepta, aptissima contra lectio codicis C: προτρεπομένου με, quam habet etiam Epit. alter. C. CXXV.

P. 310, 7 secundum utrumque codicem recte editum est: καὶ τῷ αἴροντι αὐτοῦ τὸ ἱμάτιον προσδιδόναι καὶ τὸ μαφόριον. Contra quae in Epit. alter. C. CXXV recepta est scriptura: μαφώριον, non erat admittenda. Matthaeus V, 40 et Lucas VI, 29 pro eo quod est μαφόριον commemorant χιτῶνα. Sequitur hos is qui Epitomen priorem composuit, C. CXXV. Utrum hinc concludendum est, maforium ab eo, qui primus μαφόριον posuit pro χιτῶνα, acceptum esse in eam sententiam, ut idem valeret, quod „tunica"; an potius statuendum erit, illum hominem „muliebre tegumentum capitis, colli ac humerorum" — sic enim μαφόριον recte interpretatur Suicerus Thesaur. ecclesiast. Vol. II, p. 322 — substituisse in locum tunicae, quoniam in eo offenderet, quod dominus noster Jesus Christus eum, ad quem ipsius verba sunt directa, juberet ipsum plane nudum incedere? Varias vocabuli, quod etiam „scapulare" valere docet Du Fresne Glossar. ad Script. med. et infim. Latin. T. IV, p. 491, significationes congessit hic

idem vir doctus l. c., p. 311, ubi traditum reperitur, „maforteum“ usurpari de tunica tam muliebri quam virili. — V. 10 ferri poterat: καὶ ὅς, quod praeter codicem O praebet etiam Epit. alter. C. CXXVI, pro scriptura codicis C: καὶ ὁ πατήρ, quamquam fatendum, illud usui hujus scriptoris minus respondere. — V. 13 scriptum oportuisse: ὀφείλοι, monuit Dresselius adn. 4 ad Epit. prior. C. CXXVI et adn. 3 ad Epit. alter. C. CXXVI.

P. 311, 6 recte fecit Dresselius, quod non obtemperavit Schweglero, ἡδέως pro ἀδεῶς scribendum esse suspicanti. Ἀδεῶς significat „pro arbitrio, quantumlibet“, quo significatu cum ἀφθόνως conjungitur, e. g. apud Philonem De Cherub. Vol. I, p. 157, l. 9.: πᾶσιν ἀδεῶς καὶ ἀφθόνως χρώμεθα, cfr. quae congessit Hasius in Thes. Stephan. ed. Paris. Vol. I, p. 625. — V. 15 ego ex codice O receperim: δέ, contra secundum codicem C scripserim: προφήτης παρών.

P. 312, 5 sqq. probabiliorem iis, quae adhuc propositae sunt, hanc ego duco restitutionem: οἱ δὲ τὰ τῆς μελλούσης βασιλείας κρίναντες λαβεῖν, οὐδενὸς ἄλλου ἀπολαύουσιν τῶν ἐνταῦθα (ὡς ἀλλοτρίου βασιλέως ἴδια ὄντα αὐτοῖς νοσφίζεσθαι οὐκ ἔξεστιν) ἢ ὕδατος μόνου cett. Verbo ἀπολαύειν usus est hic scriptor etiam paullo infra v. 14; ὡς est: „quandoquidem nam“. — V. 9 Dresselio recipienda erat codicis O scriptura: ἐφεῖται. — V. 10 pro παντὸς ὁρῶντος faciliore quam Schweglerus mutatione scripserit aliquis: πάντ' εἰςορῶντος. P. 344, 10 sane scriptum legitur: τοῦ πάντ' ὁρῶντος Θεοῦ. — V. 11 recipienda erat codicis O scriptura: θέλεις.

P. 313, 2 nescio an scribendum sit: τοῖς τὰ ἐσόμενα ἑλομένοις ἀγαθοῖς ἀνδράσιν οὐδὲν συνυπάρχουσιν, similiter atque paullo infra, v. 6, scriptum legitur: πολλὰ τοῖς τὰ ἐσόμενα ἑλομένοις συγχωροῦσιν. — V. 3 sqq. et in Epit. alter. C. CXXVI secundum Epit. prior. C. CXXVI reponendum arbitror: νῦν με πέπεικας — πλεονεκτοῦσι. καὶ διὰ τοῦτο cett. — V. 7 sq. et in Epit. alter. C. CXXVI quod legitur: ὅτι τὰ ὅμοια οὐ παρέχουσιν ἐκεῖ τοῖς ἐνταῦθα αὐτοῖς συγκεχωρηκόσιν, ἃ αὐτοὶ αὐτοῖς συνεχώρησαν, ego quoque vitio laborare existimo. Fieri potest ut verba: ἃ αὐτοὶ αὐτοῖς συνεχώρησαν, ex adnotatione ad verba τοῖς ἐνταῦθα αὐτοῖς συγκεχωρηκόσιν spectante in perpetuitatem verborum irrepserint. — V. 15 Dresselio recipienda erat codicis O lectio: παθήματα, licet infra, p. 314, 7 et 10 πάθη exhibentis.

P. 314, 3 sq. qui est locus, secundum codicem O, quocum consentit Epit. prior. C. CXXVII, Dresselio sic erat scribendus: εἰ γὰρ ἐν πᾶσι τὰ κτήματα προξενεῖν οἶδε τοῖς ἔχουσιν ἁμαρτήματα, ἡ τούτων ὁπωςποτε στέρησις ἁμαρτιῶν ἐστὶν ἀφαίρεσις. Ei vero, qui in altera, quam codex C praebet, scriptura acquiescere maluerit, certe secundum Epit. alter. C. CXXVII constituendus erit locus. — V. 5 sq. nescio an sufficiat τὰ mutare in καί. Qua voce recepta pendet etiam αἱρεῖσθαι ex δεδειλες, nec opus videtur sumere, ad ἐφ' ἑκάστῳ additum fuisse. εἶναι. Cfr. Aeschyl. Suppl. 956 Well.: ὡς ἐφ' ἑκάστῃ διεκλήρωσεν Δάναος θεραποντίδα φερνήν. — V. 6 secundum codicem O sic scripturam: τί δὲ καὶ τὰ πάθη εἰ δικαίως πάσχομεν; καὶ ὁ Πέτρος· δικαιότατα. Nondum persanatus locus. Scribendumne: τί δὲ κατὰ τὰ πάθη; ἦ δικαίως πάσχομεν; καὶ cett.: „Quid vero quod attinet ad afflictiones? Num“ cett. Mirum est, in utriusque Epit. C. CXXVII deesse verba καθὼς — πάσχομεν. Opinor casu transmissa esse. — V. 12 interpungendum erat: τί δέ; οὐ cett. — Quod v. 16 receptum est participium πενόμενον, etiam in Epit. alter. C. CXXVII repositum oportuit.

P. 315, 4 et in Epit. alter. C. CXXVII intercidit verbum finitum ad vocabula: ἢ ἐπιορκῶν, ἢ ψευδόμενος, ἢ ἀπίστως βίους, pertinens, hujus fere significationis: „deprehenditur“ vel „peccat“. — V. 6 sqq. recipienda erat codicis O scriptura: ἀλλ' ὅτι μηδὲν ἁμαρτάνοντες ἐπὶ μόνῳ τῷ τὴν ἐλεημοσύνην μὴ ποιεῖν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν, καταδικασθῆναι οὐκ ἔχουσι. — V. 12 quod in Homil. invenitur: ὀφείλω τῇ τάξει τὸν λόγον ἐκθεῖναι, in Epit. alter. C. CXXVIII partim casu corruptum partim consulto mutatum videre est in: ὀφείλοντι τῇ τάξει τὸν λόγον ἐκθήσομαι. Etiam magis interpolata sunt verba, quae leguntur in Epit. prior. C. CXXVIII. Equidem ne ἐκθεῖναι

quidem mutare ausim, quamquam infra p. 318 sq. Homiliarum scriptor pluries usus sit medio ἐκθέσθαι, ut taceam ipsam dictionem λόγον ἐκθέσθαι inveniri p. 46, 15. Similiter infra, p. 354, 13 sqq., sine ullo discrimine usurpantur dictiones θεῖναι νόμον et θέσθαι νόμον. — V. 18 Dresselio sine haesitatione recipiendum erat συνήθων e codice O, quod praebet etiam utraque Epit. C. CXXVIII.

P. 316, 5 cur mutaretur dictio ἀπ' αὐτῆς ἑσπέρας, quam praebet etiam utraque Epit. C. CXXIX, nulla omnino erat caussa. Significat illa idem quod ἀφ' ἑσπέρας εὐθὺς apud Thucyd. III, 112 et Xenophont. Conviv. p. 223 D.

P. 317, 3 non erat spernenda codicis O scriptura: τὰ νῦν, quae reperitur etiam in Epit. prior. C. CXXX. Cfr. etiam adn. ad p. 398, 12. Contra paullo ante recte non est recepta Hom. codicis O atque ejusdem Epit. scriptura πεπιστωμένων, quamquam πιστοῦσθαι interpretari liceat „fidem accipere", et supra, p. 235, 7 jure intacta relicta est utriusque codicis lectio πιστοῦται. Cfr. 319, 15. — V. 4 reponendum: αὐτῶν τῶν τὰς, quod habetur in Epit. alter. C. CXXX. — V. 13 legendum: ἢ γὰρ οὔκ; ἀπόκριναί μοι, quod jam voluit Davisius; nisi quod praestat, pro οὔκ scribere: οὔ. Locutione: ἢ γὰρ οὔ; usus est hic scriptor etiam p. 46, 13. — P. 353, 3, ubi cod. C habet: ἢ οὐχ; cod. O praebet: ἢ οὔ. — V. 15 secundum codicem O, quocum consentit utraque Epit. C. CXXXI, transmittendus erat articulus ὁ, qui neque in iis, quae proxime sequuntur, additus est nomini Πέτρος, cfr. p. 318, 3 et 15, p. 319, 5. — V. 16 quae in cod. O est, dictionem: ὀργῇ πεπρησμένον, porrigit etiam Epit. alter. C. CXXXI, estque ea procul dubio praeferenda scripturae ὀργῆς πεπλησμένον, quam habet Epit. prior. C. CXXXI, a manu correctoris, ut opinor, profectam. — V. 16 sq. receptae lectioni praestat codicis O scriptura: ὅπερ ἀνοίκειόν σοί τε ποιεῖν καὶ ἡμῖν τοιούτων ἐπακούειν. Cfr. adn. 1 et 2 ad Epit. alter. C. CXXXI.

P. 318, 3 recipienda erat codicis O scriptura: καὶ ὑφ' ἑτέρῳ κρίνοντι τοὺς λόγους δοτέον, quam porrigit etiam Epit. pr. C. CXXXI, pro eo quod codex C praebet: καὶ εἰς ἕτερον οἱ λόγοι γενέσθωσαν. — V. 12 item secundum codicem O et Epit. prior. C. CXXXII scribendum erat: εἰ γὰρ τἀληθῆ βούλει μαθεῖν, non secundum codicem C: εἰ δὲ τἀληθῆ ἀκοῦσαι ἐθέλῃς, pro quo postremo vocabulo in Epit. alter. C. CXXXII rectius scriptum legitur: θέλεις. — V. 16 non satis erat τὸν, cui favet etiam locus qui est p. 319, 2, recepisse, sed etiam omissum oportuit ψεύσματος, quum ἐλέγξαι per se solum significet „erroris convincere". Cum Hom. codice O de hoc quoque loco plane consentit Epit. pr. C. CXXXII. — V. 17 codicis O scriptura ferenda non esse videtur nisi pro ἐκεῖνος repositum fuerit: ἐκείνῳ, quod vocabulum construendum erit cum τὸ αὐτὸ. Codicis C lectionem integram servavit Epit. alter. C. CXXXII, ubi scriptum reperitur: ὡς ἀληθεύων τὸ αὐτὸ οὐ λέγει.

P. 319, 2 pro οὐκ ἄλλως, quod est etiam in Epit. prioris C. CXXXII, ex Epit. alter. C. CXXXII reponendum videtur: οὐ καλῶς. — V. 3 codicis C scripturam: δοξάζεις, spretam Dresselius ipse se corrigens in Epit. utriusque C. CXXXII e libris recepit. Eodem versu non erat quod sperneretur codicis O lectio: φημί, quam praebet etiam Epit. pr. C. CXXXII.

P. 320, 9 sq. nescio an legendum sit: πάλιν δὲ τῷ γεγράφθαι, ita ut verba σημαίνει et θέλει de Deo sint praedicata. — V. 13 dissoluta, ut nunc sunt, verba vix esse toleranda existimo, sed probabile est scriptum fuisse: καὶ τῷ εἰπεῖν, vel: τῷ δὲ εἰπεῖν. — V. 14 sqq. ex auctoritate librorum mscr., ni fallor, sic scribendum erat: θεοὶ οἱ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν μὴ πεποιηκότες ἀπολέσθωσαν· ὡς τῶν μὴ πεποιηκότων ἀπολλύσθαι μελλόντων. Quamvis enim p. 323, 1, ubi idem Jeremiae locus affertur, in utroque codice scriptum sit: θεοί, οἳ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν, et haec eadem verba reperiantur in interpretatione graeca Jeremiae, tamen, praeterquam quod servata est codicis O scriptura verbis aliis eandem referens sententiam, illam ipsam scripturam prae oculis fuisse

librario, cui debemus codicem C, inde probabile fit, quod verborum, quae in hoc codice desunt, transmissio facillime ex eo explicatur, quod oculi scribae a verbis μὴ πεποιηκότες transmigraverint in verba μὴ πεποιηκότων.

P. 321, 6 recipienda erat codicis O lectio: διακρινεῖ, quae eadem habetur Psalm. LXXXII, 1. — V. 17 scriptum oportuit: καὶ εἰσὶ.

P. 322, 6 non vituperaverim equidem quod Dresselius non recepit codicis O scripturam: ἡμῶν, quamvis ea consentiat cum eo, quod est Deuteron. VI, 4. — At non laudo, quod v. 18 non curavit codicis O lectionem ἄρχοντα, quae ipsa invenitur Exod. XXII, 28, quum praesertim ex illo codice receperit: σου. Nec profecto intelligo, quo jure Uhlhornius l. c. p. 128, adn. 40, scripturam ἄρχοντα correctori deberi censeat. — Praeterea ex illo veteris Testamenti loco v. 17 ante οὐ κακολογήσεις inserendum est vocabulum θεοὺς, quod, ut hoc Homiliarum loco facillime intercidere potuit, ita in utroque codice servatum videre est supra p. 320, 10.

P. 323, 11 sq. haud scio an legendum sit: καὶ πρὸς τὸ εἰπεῖν με, οὐ δεῖ κακολογεῖν θεούς, ἐπήγαγες πρὸς τοῦτο τὸ δεῖξαι, ὅτι cett. Similis est locus, qui proxime sequitur v. 13 sq.: πρὸς δὲ τὸ εἰπεῖν με, ὅτι δεῖ θεοὺς λέγειν —, καὶ πρὸς τοῦτο ἔδειξας, ὅτι cett. Sic autem scriptum oportuit secundum cod. O.

P. 324, 16 ferenda videtur utriusque codicis scriptura: ἀπολειφθείσης βοηθείας, accipienda ita fere, ut factum est in interpretatione latina, ubi redditur: „deficiente auxilio". — V. 18 recipienda erat codicis O scriptura: ἀλλάξει. Infra p. 326, 13 Dresselius ipse reposuit codicis O lectionem εἰ βούλει. Pariter p. 354, 10 p. 357, 3 et 14, p. 369, 12 huic, non alteri codici, obtemperavit scribendo: εἰ ἔχεις et εἰ ἔχει. Contra, p. 372, 2 posthabuit codicis O scripturam: εἰ ὁμολογήσεις lectioni codicis C: εἰ ὁμολογήσῃς, p. 339, 13 et p. 375, 5 codicis O lectionem: εἰ ἔχει, codicis C. scripturis: εἰ ἔχῃ et εἰ ἔχοι. P. 347, 10 recepit codicis C scripturam: εἰ χρῄζῃ, quamquam codex O praebet: εἰ χρῄζει, p. 364, 6 ἐκτὸς εἰ μὴ θέλῃς, quod est in cod. C, ubi cod. O habet: θέλεις, p. 370, 10 εἴγε θέλῃς, codicis C scripturam, pro qua codex O porrigit: εἴγε θέλεις. Attamen etiam codex O in Homilia XVI, cujus hic solius rationem habuimus, exhibet exempla conjunctionis εἰ cum conjunctivo constructae. P. 335, 6 in utroque libro mscr. reperitur: εἰ ἔχῃ. Ubi an indicativus sit reponendus dubitare liceat ei, qui potissimum sequi codicem O apud animum suum constituerit. Contra p. 348, 13 sq. minime tentanda est utriusque libri mscr. lectio: ἐκτὸς εἰ μὴ τραπῇ. Etiam p. 349, 2 libris de scriptura: εἰ ἴδῃ, consentientibus obtemperandum erit.

P. 325, 4 dicat aliquis voluisse hunc scriptorem: οὐδενὶ γάρ ἐστιν ἡ μόνη γνώμη Σίμωνος. — V. 5 credas fere, post ἐγὼ intercidisse: γοῦν. — De loco, qui est v. 12 sqq., probabiliter disseruit Uhlhornius l. c. p. 172.

P. 326, 3 ego sine mora receperim codicis C scripturam δίδους σοι σημεῖα, quum Deuteron. XIII, 1 legatur: καὶ δῷ σοι σημεῖα, et σοι ut in codice O intercideret facile fieri potuerit propter sequentes literas ση —. — Paullo infra aut v. 16 pro οὔτε scribendum: οὐδὲ, aut v. 17 οὔτε pro οὐδὲ.

P. 327, 10 non receptam mireris e codice O justam formam παρέδοσαν. Praeterea quaerendum, sitne verum, quod in adn. 3 traditur, codicem O praebere: εἰδῶμεν. Videtur potius intelligendum esse: ἰδῶμεν.

P. 328, 7 pro εἰ scribendum esse opinor: ἢ. — V. 9 interpungendum erat: τοῦτο λέγειν ἐστίν, οὐκ ἀποδεικνύειν. — V. 10 sq. quae leguntur verba: διὰ τί οὐ νοεῖς, ὅτι τὸ μὲν αὐτογέννητον τυγχάνει ἢ καὶ ἀγέννητον, τὸ δὲ γεννητὸν ὂν τὸ αὐτὸ λέγεσθαι οὐ δύναται, etiamnunc emendatione egent. Schweglerus pro τὸ μὲν conjecit scribendum esse: ὁ μὲν. At obstat neutrum genus verborum αὐτογέννητον et ἀγέννητον. Verosimilius est, excidisse post τὸ μὲν vocabulum: γεγεννηκὸς. Porro pro ὂν τὸ αὐτὸ, quae conjectura est Davisii, codex C praebet: ὄντα αὐτὸν, codex O: ὄν, τὰ αὐτὰ. Quae posterior lectio recipienda esse videtur; plurali enim numero uti poterat hic scriptor, quia de pluribus uno sermocinatur, quippe de eo,

quod est *αὐτογέννητον*, et de eo, quod est *ἀγέννητον*. — Post verba proxime sequentia: *οὐδ' ἂν τῆς αὐτῆς οὐσίας ὁ γεγεννημένος τῷ γεγεννηκότι*, quum lacuna reperiatur in codice O, Dresselius inseruit: *αὐτόν*, minus apte, opinor. Ego malim: *εἴη*. — V. 18 obtemperatum oportuit Schweglero.

P. 329, 7 in verbis: *ἓν ἔστι τὸ ἀσύγκριτον*, Schweglerus pro *τὸ* volebat: *καί*. Facilior mutatio verbi *τὸ* in: *τι*. — V. 10 sqq. verba Simonis interrogantis: *μὴ γάρ τοῦτό ἐστιν αὐτοῦ ἀπόρρητον ὄνομα* cett., et Petri respondentis: *ἐπίσταμαι ὅτι τοῦτο οὐκ ἔστιν αὐτῷ τὸ ἀπόρρητον ὄνομα*, necessasarium videtur ut magis inter se exaequentur. Scribendum igitur, opinor, et v. 10 et v. 13: *αὐτοῦ τὸ ἀπ. ὄν.* — V. 14 vocula *καί*, quam praebet codex O, minime significat: „et quidem". Priusquam hoc credam, scribam: *κατὰ τὸν τῆς προαιρέσεως λόγον*. At videntur verba, quae sunt v. 14 sqq., construenda esse ita: *καὶ τῷ τῆς προαιρέσεως λόγῳ τὸ λεγόμενον ὄνομα τοῦ μὴ λεγομένου πρόοδός ἐστιν*.

P. 331, 2 scribendum videtur: *ἴσως δὴ ἰδεῖν βουλομένη, τίς σοι τὰ ὅμοια φρονεῖν τολμήσει*. Postremam vocem porrigit codex O, nec video, cur spreta sit a Dresselio. Alia indicativi in oratione obliqua adhibiti exempla exstant p. 65, 13, p. 229, 9, p. 281, 2 et 14, p. 349, 7, p. 352, 5. — V. 8 mireris non receptam codicis O scripturam: *ἐπεχέθη*, apud recentiores scriptores idem quod *ἐπεχύθη* valentem, quo de cfr. Lobeck. ad Phryn. p. 731 sq. — V. 11 scribendum: *γάρ ἐστιν*.

P. 333, 1 nescio an jure spreverit Dresselius codicis O scripturam: *προσέρχεσθε*, quamvis non omnino ineptam.

P. 334, 17 vix dubitandum est, quin legendum sit: *τὸν ἑκάστου ὑμῶν — νοῦν*.

P. 335, 4 spretam nollem codicis O scripturam: *ἠπίους*. — V. 14 recipienda erat codicis O scriptura *ἀποκτέννει*, aeque atque infra, p. 398, 9 sq., ubi idem respicitur veteris Testamenti locus. Pari modo p. 336, 9 obtemperandum erat codici O, scribendo: *ἀποκτέννοντος*, et: *τὴν δὲ ψυχήν*. Etiam apud Matth. X, 28 scriptum legitur: *ἀπὸ τῶν ἀποκτεννόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι*. De forma *ἀποκτέννω* egit Sturzius de Dialect. Alexandr. p. 128.

P. 336, 6 et 9 ego reposuerim codicis O scripturas: *οὗτος* et *τὴν δὲ ψυχήν*. Cum verbis: *τὴν ψυχὴν μὴ δυναμένου τι ποιῆσαι*, cfr. p. 339, 8 sq., ubi codex O, cui obtemperatum oportuit, porrigit: *ὅ τι ἂν οὖν τις ποιήσῃ ἄνθρωπον*.

P. 337, 2 omittendum erat *καὶ* secundum codicem O. — V. 9 recte offendit Schweglerus in voce *καί*. Eliminanda est, nisi forte credere mavis, *καὶ* esse: *κατά*, et scriptum fuisse: *κατὰ σοῦ διαλ.*

P. 338, 1 nescio an scribendum sit: *ἵνα μὴ εἰς τοῦτον τὸν λόγον τὸν πάντα τῆς προθεσμίας δαπανᾷ χρόνον, καὶ οὕτως αὐτῷ συμβήσηται* cett. *λόγον* praebet codex O. *Τοῦτον τὸν λ.* dicens scriptor intelligit *τὸν τῆς ἀποδείξεως λόγον*, de quo sermo est. *Δαπανᾷ* (codex O: *δαπανᾶ*) probabilius quam *δαπανῷ* (codicis C) propter sequens *συμβήσεται* a codicibus praebitum, quippe in quo potius *συμβήσηται* latere videtur quam *συμβήσαιτο*, neque enim opinor, futurum positum fuisse. — V. 4 Schwegleri conjectura *ἐκφέρειν* prorsus est inutilis: *ἐπὶ πλεῖον* significat: „admodum, affatim, saepe", ut saepius. — V. 6 sq. obtemperandum erat codici O, porrigenti: *ἵνα ἡμῖν τι — μὴ ἀνόητον ᾖ*.

P. 339, 16 sq. quum in codice O post *πιστεύειν* reperiatur lacuna, probabile est hoc loco posita fuisse, quae interciderunt, et ne *καὶ* quidem certum est. — De v. 7 sqq. vid. quae adnotabuntur p. 318 sq.

P. 340, 2 recipienda erat codicis O scriptura: *ἡμῖν*, quum praesertim vocabulum propter locum, quem tenet, facilius cum *ἀνάγκη* construatur quam cum *παρέχειν*. — V. 3 aperte interpungendum: *περὶ τόπου ἐρῶ καὶ Θεοῦ. τόπος* cett. Vidit hoc etiam Uhlhornius l. c. p. 175, adn. 33. — V. 4 Uhlhornius pro *ὢν* scribendum esse animadvertit: *ὄν*. At *ὂν* per se solum ferri non potest, dicendum erat: *τὸ ὄν*. Duplici autem ratione restitui potest

locus, aut sic: πῶς γὰρ τόπος ὢν τὸ ὂν cett., aut ita: π. γ. τ. τὸ ὂν εἶναι δύναται; — V. 6 πληροῖ ego scripsi; apographum Dresselii praebebat: πληροῦ, solo, opinor, calami errore. — V. 9 tentet aliquis: κενὸν οὖν ὂν cett.

P. 341, 1 scripserim: καὶ ὃ ἂν αὐτοῦ μέρος (sic jam Davisius) λαμπρὸν μὴ γένηται. — V. 8 sqq. quae leguntur verba pluribus mendis inquinata restituere conatus est Uhlhornius l. c. p. 174, adn. 32. Et δείκνεῖται quidem scribendum esse pro δείκνυται, certum est. Confunduntur haec vocabula etiam paullo infra p. 342, 5. Contra dubito, an μόναις non sit probabilius quam νομοῖς, quod Cotelerius corruptae codicum lectioni μόνοις substituit. — Verba quae leguntur v. 9 difficilia sunt ad emendandum. Dresselii conjectura καθυπάρχων quin vera non sit, non dubito, quanquam concedo, non esse nimium tribuendum ei, quod etiam paullo infra verbo simplici ὑπάρχων usus est hic scriptor. Fieri enim potest, ut variatum sit. Cfr. etiam adn. ad p. 351, 3 sq. Quum pro δις, quod est in libro O, codex C exhibeat: δείς, equidem censeam, parvam, quae in codice O sequitur, lacunam sic esse explendam, ut scribatur: δεσπότης. Vocabulum καρδία eo, quem nunc tenet, loco, ferendum non esse, jam ex eo intelligitur, quod infra p. 342, 1 sqq. legitur: τοῦτο οὖν τὸ ἐξ αὐτοῦ πανταχόθεν ἄπειρον ἀνάγκη εἶναι καρδίαν cett. Scilicet postquam supra v. 9 periit subjectum, vocabulum καρδία ex hoc ipso loco invectum est. — V. 13 quod recepit Dresselius, vocabulum τρισεπάπειρος, procul dubio corruptum est. Primum enim aliunde incognitum est; neque de nihilo, nam praepositionis ἐπὶ usus ineptus esset, (quod apud Hesychium conjunctim scriptum vulgatur, ἐπάπειρα, jam pridem constat ortum esse ex: ἐπ' ἄπειρα). Deinde, etiamsi τρισεπάπειρος interpretari liceret „triplici ratione infinita“, tamen sententia male haberet. Nam verbis τὴν ἀπ' αὐτοῦ ζωοποιὸν καὶ φρόνιμον ἐκτείνουσα φύσιν revera idem continetur quod verbis proxime antegressis: ἀπ' αὐτοῦ—βρύουσα τὴν ζωτικὴν καὶ ἀσώματον δύναμιν. Inepta igitur sunt illa verba, nisi in enuntiato, ad quod pertinent, simul novi aliquid proferebatur. Equidem non dubito quin illud τρις — vel τρεῖς — sic enim scriptum in cod. C — omnino sit eliminandum. Potest ut ortum sit ex posteriore antegressi vocabuli πλάτος syllaba bis scripta. At probabilius etiam duco, natum esse ex adnotatione: γρ. εἰς, ad verborum ἐπ' ἄπειρον, quae procul dubio primitus scripta legebantur, id quod prius est, adscripta. Hoc si probaveris, habebis sententiam aptissimam, quae eadem infra p. 342, 10 similibus verbis repetitur: καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὴν εἰς ἄπειρον ἔκτασιν λαμβάνει (τὰ ἐξ ἄπειρα), quae ipsa ansam dedisse illi adnotationi jure tuo dicas.

P. 342, 4 scribendum esse: ἐξ ἀπεράντων, monet Uhlhornius. Cfr. v. 9 sq. At mirum est, quod nullusdum intellexit, in iis, quae sequuntur, verba ὧν ὁ μὲν — ὁ δὲ — εἰς οὓς non habere, quo referantur, et necessarium esse, ut aut scribatur τὸ μὲν — λαβὸν, τὸ δὲ — εἰς ἃ —, aut statuatur, intelligendos esse ἐξ ἀπεράντους, quum tamen v. 9 appellentur τὰ ἐξ ἄπειρα, vel post ἀπεράντων intercidisse substantivum masculini generis. — V. 8 nescio an recipienda sit codicis O scriptura: συνετέλει. — Contra v. 12 praestare videtur codicis C lectio: ὡς, „quandoquidem, nam“. — V. 14 aut scribendum erat: πῇ μὲν πέραντος, πῇ δὲ ἀπέραντος, aut omittenda erant verba: πῇ δὲ ἀπέραντος, utpote idem fere significantia quod: πῇ δὲ ἀκατάληπτος.

P. 343, 1 quo jure praepositionem διὰ a Davisio in textum illatam retinere potuerit Dresselius recepta codicis O scriptura: τὴν μετουσίαν ἔχων, non liquet. Contra delendum erat punctum majus post verbum ὑπάρχων locatum. — Praeterea v. 2 ἦν ex judicio Davisii in ᾖ mutandum erat. — V. 4 in verbis: ἐν χειμῶνι ὥρας οἱ ἀτμοὶ τῶν ὀρῶν, quod Schweglerus scribendum proposuit: χειμῶνος ὥρᾳ, cui non veniat in mentem? At haec mutatio minime talis est, quam probabilem quis vocaverit. Ei, qui sibi persuaserit, construenda esse verba: ὥρας οἱ ἀτμοί, et sic accipienda:

„vapores quales anni tempori proprii sunt“, in eo, quod libri praebent, acquiescere licebit.

P. 344, 7 recipienda erat Schwegleri correctio: τὸν δίκαιον. Cfr. etiam v. 17 et p. 345, 5. — V. 13 sq. pro λοιποὺς scribendum: λειτουργούς. Usurpatur hoc verbum de iis, qui numen divinum colunt, apud scriptores tam profanos quam sacros.

P. 345, 3 scribendum videtur: ἀτελεῖ τῷ πρὸς αὐτὸν φόβῳ. — V. 12 vitii sedes minime quaerenda est in verbo ἀποκρίνασθαι, quo de cfr. etiam p. 346, 1 sq., ubi Simon dicitur ἀποκρίνασθαι, sed locus sic restituendus: ἀλλ' ἵνα μὴ — δαπανῶ τὸν χρόνον εἰς ἃ μὴ δεῖ, θέλω πρὸς τὰ ὁρισθέντα ἡμῖν ἀποκρίνασθαι. — V. 18 non male Schweglerus pro θειότης scribi vult: θεότητος, provocans ad locum, qui est p. 337, 7: ἡ δὲ ὀπτασία θεότητος εἶναι ὁμολογεῖται. At fieri potest ut potius scriptum fuerit: θεία τις. Quin, nescio an idem priore illo loco reponendum sit, quum praesertim antegrediantur verba: ὅτι ἡ ἐνάργεια ἀνθρωπεία εἶναι δύναται.

P. 346, 1 et 2 Dresselio secundum codicem O transmittendum erat verbum ἔφη, recipiendum vero: ἀπεκρίνω, sed interrogationis signo in punctum mutato. — Sequentium lacunarum quin ea, quae prior est, non prorsus recte expleta sit a Dresselio, dubium non est. Servanda erat vocula διὰ a codice C praebita, sive praepositionis vice fungebatur, sive pars erat verbi alicujus compositi. Praeterea verba πλεῖον νοεῖν, quae exstant in codice C, si genuina sunt, ut par est credere, in fine lacunae erant ponenda. Probabile est enim, ante haec verba collocatam fuisse copulam καὶ, nam μᾶλλον πλεῖον ferri nullo pacto potest; unde rursus consequitur, intercidisse ante haec vocabula verbum si non eadem, at simili notione instructum atque νοεῖν. — V. 3 quomodo homines docti particulam γὰρ concoquere potuerint, difficile est ad intelligendum. — V. 7 Dresselio recipienda erat codicis O scriptura: ἀποκρίνομαι, quum praesertim etiam paullo infra, p. 347, 12, reperiatur. Cfr. praeterea p. 357, 2 sq. et 10. Sed vide an potius reponendum sit: ἀποκρινοῦμαι, quae futuri forma, a Suida commendata, reperitur infra p. 363, 3, atque p. 375, 13.

P. 347, 16 non liquet, cur Dresselius intacta reliquerit verba: εἰς ἑτέρας κατὰ πάντα καλῆς πρὸς συμβίωσιν νόμιμον τὸν ἑαυτοῦ οὐ μετατίθησι νοῦν. Sine mora obtemperatum oportuit codici O, in quo non reperitur importuna praepositio πρὸς. Vulgo sane dicitur graece: ἡ μετά τινος συμβίωσις. At licuit etiam dicere: ἡ τινος συμβίωσις, aeque atque ἡ τινος συνοικία, ἡ τινος συνουσία.

P. 348, 16 scriptum est secundum conjecturam Schwegleri: τὸ γὰρ ἀτρέπτως πατέρα ἰδεῖν υἱοῦ μόνου ἐστίν. δικαίων δὲ οὐχ ὁμοίως· ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν — ἰδεῖν δυνήσονται. Libri manuscripti praebent: δίκαιοι. Illud non est aptum, ut ex eo intelligitur, quod sequens sententia per particulam γὰρ annexa est. Potius οὐχ corruptum videtur ex verbo aliquo, quale est: ὄψονται.

P. 350, 8 quae sunt verba nuper tractavit Uhlhornius l. c. p. 160, adn. 13. Is non sequitur Dresselium, qui Schliemanni inventum: καρδίαν, post vocabulum σπερματικῶς inseruit, ductus lacuna, quae hoc loco reperitur in codice O. Attamen ipse Uhlhornius lacunae illi dandum esse aliquid significat. Quod si verum est, σπερματικῶς construendum erit cum τεθείσῃ, non cum ἔνεστι, et vehementer dubitare licet, num καρδίᾳ genuina sit hujus scriptoris manus.

P. 351, 3 sq. quae leguntur verba nescio an ita sint accipienda: Εἰ μὲν οὖν καὶ σοὶ ὁ Ἰησοῦς ἡμῶν δι' ὁράματος ὀφθεὶς ἐγνώσθη, καθωμίλησεν vel ὡμίλησεν (libri: καὶ ὡμίλησεν) ὡς ἀντικειμένῳ ὀργιζόμενος, διὸ δι' ὁραμάτων cett. Verbo simplici ὡμίλησεν usus est hic scriptor etiam v. 7, et sane facile fieri potuit, ut καὶ adderetur, postquam ὡμίλησεν perperam constructum est cum antegressis verbis. Vel sic tamen probabilius dicas scriptum fuisse: καθωμίλησεν, quam additam esse copulam καὶ. Cfr. etiam adn. ad p. 341, 9. — V. 5 aperte turbatum aliquid est in verbis εἴ τις δὲ δι' ὀπτα-

σίαν πρὸς διδασκαλίαν σοφισθῆναι δύναται. Conjicio equidem: εἰπὲ δέ, εἴ τις δι' ὀπτ. cett. Illud aptissimum est ad id, quod sequitur: καὶ εἰ μὲν ἐρεῖς· δυνατόν ἐστιν cett. — Neque sana non sunt, quae sequuntur v. 8: πῶς δέ σοι καὶ πιστεύσομεν αὐτὸ, κἂν ὅτι ὤφθη σοι; πῶς δέ σοι καὶ ὤφθη cett. Tentet aliquis: πῶς δέ σοι καὶ πιστεύσομεν αὐτὸ ἐκεῖνο, ὅτι ὤφθη σοι; πῶς γὰρ cett. — Porro v. 13 scribendum videtur: εἰ γὰρ vel εἰ δὲ μὴ ἀντικείμενος ἧς, vereor enim ut asyndeton ferri queat, et v. 16: εἰ δὲ κατεγνωσμένον με λέγεις, neque enim tolerandum est, quod ediderunt: ἢ εἰ κατεγνωσμένον με λέγεις. Eodem versu obtemperatum oportuit Schweglero, legendum esse censenti: μὴ εὐδοκιμοῦντος, certe librorum scriptura inepta est.

P. 352, 1 non erat negligenda codicis O scriptura: καταφέρῃ, quum καταφέρεσθαί τινος etiam alibi significet: „impetum facere, invehi in aliquem", cfr. Thes. Stephan. edit. Paris. Vol. IV, p. 128, 7. — Porro in verbis: ἐπεί περ ἀληθῶς τῇ ἀληθείᾳ συνεργῆσαι θέλεις, jure offendit Schweglerus. At equidem dubito, num eo, quod proposuit, genuinam hujus scriptoris manum restituerit Censeo autem locum in hanc fere speciem esse refingendum: ἐπεὶ πάρει, εἴπερ ἀληθῶς cett. — V. 5 sq. mireris tanquam sana edita esse haec verba: ἃ δὲ ὡς μανθάνων ἐπυθόμην, ἵνα ἴδω cett. Primo enim, opinor, obtutu apparet, post ἃ δὲ intercidisse verbum tale, quale est ἐπυθόμην.

P. 353, 7 nescio an scribendum sit: ἐπὶ ποίαις πράξεσι δοκεῖ σοι ὁ ἀγαθὸς ἀγαθὸς εἶναι, ἐπὶ ποίαις δὲ καὶ ὁ δίκαιος δίκαιος, quae postrema verba sic leguntur in codice O. — V. 11 sqq. quae leguntur verba Petri: ἵνα μὴ ἐριστικώτερον διαλεγόμενος δαπανῶ τοὺς χρόνους, ἀπαιτῶν δικαίως τῶν ἐμῶν προτάσεών σε τὰς ἀποκρίσεις ποιεῖσθαι, ὡς σοι δοκεῖ αὐτὸς ὢν ἐπυθόμην ποιήσομαι τὰς ἀποκρίσεις, tantum abest ut recepta probabili lectione codicis O in margine adscripta: προτάσεων, sanatus sit, ut tribus etiamnunc mendis laboret. Ac primum quidem pro δικαίως scribendum est: οἰκείως, quod arcte construendum cum τῶν ἐμῶν προτάσεων, hoc sensu „congruenter cum meis propositionibus." Adverbii οἰκείως constructi cum genitivo, quem et adjectivum οἰκεῖος regit, exempla nonnulla congessit L. Dindorfius Thesaur. Stephan. ed. Paris. Vol. V, p. 1177. Deinde post ποιεῖσθαι intercidisse videtur tale quid, quale est: καὶ μή, et post δοκεῖ virgula incidendum. Denique pro ὢν reponendum dicas aut: περὶ ὧν, aut, quod probabilius: ὡς.

P. 354, 6 nescio an pro διαφόροις scribendum sit: διαφόρως. — V. 18 scribendum aliquis dicat: ὅτι τῷ αὐτῷ ἔστιν ἀγαθῷ εἶναι καὶ δικαίῳ. Eadem ratione sanare licet locum, qui legitur p. 355, 8 sq.

P. 355, 5 non video, cur Dresselius non etiam τήρει receperit ex codice O, quippe quod aeque atque εἰς reperiatur loco sacrae Scripturae, qui est Matth. XIX, 17. — V. 10 aut delenda vocula νῦν aut mutanda in: ὤν. — Praeterea haud scio an codicis O scripturae: ὑποδεχόμενος, praeferenda fuerit codicis C lectio: ἀποδεχόμενος. Cfr. p. 369, 14 sq., 370, 5 sq. et 15.

P. 358, 3 post ἀποκάλυψις inserendum videtur: δέ. — V. 5 scriptum fuisse: συνιέντι, facile credat, qui paullo post συνίεντι legi atque etiam p. 359, 5, 9, 12, p. 360, 3 praesenti uti hunc scriptorem animadverterit. — V. 8 receptam vellem codicis O scripturam: ᾔδεις, qua de cfr. Lobeck. ad Phrynich. p. 237.

P. 359, 11 facile aliquis eo inclinet, ut credat legendum esse: ἀποκαλύπτειν vel ἀποκαλύψαι, conferens p. 336, 3 sq., 355, 16 sq. et imprimis p. 363, 5, ubi ἀποκαλύψαι in codice C transiit in ἀποκαλύψει, et p. 363, 13 sq. Infinitivo praesentis, qui propius accedit ad literarum tractus, usus est hic scriptor p. 360, 1, 363, 3 sq.

P. 360, 6 sqq. haec edita sunt: ἀλλ' ἐμὲ μάγον λέγουσιν ὑπὸ Πέτρου νικώμενον, ἀλλὰ καὶ συλλογιζόμενον. οὐκ εἴ τις δὲ συλλογισθείη, συναρπασθεὶς τὴν ἐν αὐτῷ ἀλήθειαν νενικημένην ἔχει. Equidem offendo in verbis: οὐκ εἴ τις δὲ. Codex C habet: οὐχὶ τίς cett. Dicat aliquis, duplicem

exstitisse scripturam: οὐκ; εἴ τις δὲ συλλογισθείη συναρπασθείς, τὴν — ἔχει; et: οὐχί; τίς δὲ συλλογισθεὶς, συναρπασθεὶς τὴν — ἔχει; — V. 9 sq. quum sana non esse intelligeret Schweglerus verba: οὐ γὰρ ἡ ἀσθένεια τοῦ ἐκδικοῦντος ἀλήθειά ἐστι τοῦ νικωμένου, id quod postremum est mutandum censebat in νικηφόρου. Facilius ego credam scriptum fuisse aut: νικῶντος, aut: νικοποιοῦ. Prius illud commendari aliquis dicat a codicis O scriptura: νικώμενος.

P. 361, 13 nescio cur Dresselius spreverit codicis O scripturam πολυλογίας.

P. 362, 1 non male habet codicis O scriptura ἴδης. — V. 5 sqq. quae corrupte tradita sunt in libris mscr. probabiliter tractavit Uhlhornius l. c. p. 283, adn. 3 et 2. Cfr. etiam nostram adn. ad p. 388, 10 sqq. vers. fin. — V. 12 scrupulum injiciat alicui, quod Dresselius verba latina faciens posuit: „coram populo docili", tanquam prae oculis habuisset: εὐμαθῶν. At ab ipsius amanuensi revera enotatum est: εὐμαθῆ.

P. 363, 9 sq. editum est ex libris: τοὺς πατέρα νομίζοντας εἶναι Χριστοῦ τὸν Δαβίδ, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Χριστὸν υἱὸν ὄντα, καὶ υἱὸν Θεοῦ μὴ ἐγνωκέναι. Schliemannus et Schweglerus postremum vocabulum mutandum censuerant in: ἐγνωκότας. Ego potius verbum aliquod existimo intercidisse, ex quo penderet infinitivus ἐγνωκέναι. Praeterea dubito num genuina sit vox αὐτὸν. Tento igitur: καὶ αὐτοῦ δὲ τὸν Χρ. υἱὸν λέγοντας, καὶ — ἐγνωκέναι. — V. 12 reponendum censeo: τότε ἐπάξαντα εἰπεῖν. — V. 13 scriptum legitur: αὐτὸν υἱὸν ὄντα οὐκ ᾔδεισαν. At nescio an scribendum sit: αὐτὸν Θεοῦ υἱὸν cett. Forma ᾔδεισαν, pro qua codex O praebet: ᾔδησαν, in utroque libro mscr. reperitur p. 320, 17 et 367, 9.

P. 364, 1 mireris intacta relicta esse ab editoribus verba: Εἰ δέ, ὡς φῄς, ἔσται διὰ τὸ εἰδέναι διὰ τοῦ Ἰησοῦ νῦν ἀποκαλύπτεσθαι. Scribendumne: ἔσται δέον τὸ εἰδέναι cett.? Similiter δέον ἐστὶ pro δεῖ positum est in Epit. prior. C. XCVI et Act. Apostol. XIX, 36. — V. 5 nescio an recipienda fuerit ex margine codicis O scriptura κρειττόνως.

P. 365, 1 vocem μου transmissam in codice O si recte recepit ex codice C Dresselius, propterea quod legitur Psalm. LXXVIII, 2 (sic scribendum adnot. 1) et Matth. III, 35, non item est laudandus quod codicis O scripturam ἐρεύξομαι non recepit, quippe quae etiam apud Matth. reperiatur, Ceterum cfr. quae adnotavit Uhlhornius l. c. p. 119. — V. 16 nescio an praestet codicis O scriptura τὸ γνῶναι.

P. 366, 13 ferri quidem potest codicis O lectio: κληρονομήσει, sed jure non praelata est codicis C scripturae: κληρονομήσω. Non solum apud Lucam XVIII, 16 (sic enim scribendum adn. 7) reperitur: κληρονομήσω, verum etiam in ipso codice O supra p. 355, 3 ea ipsa scriptura servata est.

P. 367, 12 non opus est correctione a Davisio commendata, quum etiam alibi ὅμοιός τινος sit „similis alicujus".

P. 369, 4 editum est secundum Schweglerum: κατεπλάγης, ὅτι εἶπον. Libri habent: ὅτι ἃ. Facile apparet, haec verba ex diversis recensionibus petita esse et in unum compacta. Sane igitur alterutrum erat transmittendum. Sed nescio an potius ὅτι quam ἃ spernendum fuisset, quod posterius optime construere licet cum κατεπλάγης.

P. 370, 16 προσέμενος scribendum erat secundum codicem O.

P. 371, 8 codicis O scriptura ἀποκρίθητι minime talis est quae ferri nequeat, cfr. p. 74, 15, 257, 1 et Lobeck. ad Phryn. p. 108; quamquam verum est, uti solere hunc scriptorem vocabulo: ἀπόκριναι. — Quae proxime sequuntur verba arctius cum antegressis construenda sunt, ita ut ante ἐπειδὴ virgula incidatur et ante οὗ εἵνεκεν punctum majus locetur. Praeterea eum in modum sunt turbata, ut ego quidem de ipsis certo restituendis desperem. Si tamen fas sit conjectandi periculum facere, ita fere scriptum fuisse dixerim: — ἐπειδή, ὡς ἀφ' ὧν ἀπ' ἀρχῆς ἐπακηκοὼς εἰμι ἐπίσταμαι, μηθὲν ἕτερόν σοι πρόκειται, ἢ πάσῃ μηχανῇ τὸν δημιουργὸν αὐτὸν δεῖξαι μόνον ἄμεμπτον εἶναι Θεόν, καὶ συννοῶ σε τοσοῦτον πόθον ἔχοντα τοῦ προαίρεσιν δισχυρί-

ζεσθαι vel τοσοῦτον τοῦ προαίρεσιν διισχυρίζεσθαι πόθον ἔχοντα, ὡς cett. Censeo autem verba συννοῶ σε et προαίρεσιν, quae codicis C scriptura procul dubio magis genuina est quam codicis O lectio προαιρέσεως a Dresselio reposita, vel διισχυρίζεσθαι eam ob caussam non esse justa sede collocata, quod in libro manuscripto, ex quo uterque Homiliarum codex ductus est, utpote a librario omissa, in margine posita essent.

P. 372, 2 probanda erat codicis C lectio εἰ — ὁμολογήσεις. — V. 7 sq. ante vocabulum πῶς punctum minus ponendum erat; neque liquet, cur spreta sit codicis O scriptura: στήκει. — V. 14 ex iis quae adnot. 9 scripta sunt conjicias fere, in codice O exaratum esse: λόγον ὑπέσχετο, atque hoc probatum a Dresselio. At apographum Dresselii praebet: εἰπεῖν ὑπέσχετο. Legendumne: εἰπὼν ἐπέσχε τοῖς ἀσεβοῦσιν, „locutus invectus est in impios"?

P. 373, 8 quae edita sunt, in iis vereor ut jam liceat acquiescere. An sufficiet reposuisse: πιστεύοντές ἐσμεν?

P. 374, 4 sq. Dresselius non recepit codicis O scripturas: γεννητὸν, ἀγέννητον, γεννητὸς, p. 378, 3 probavit codicis C lectionem γενητός. Contra p. 381, 3 et 4 reposuit: ἀγέννητον, p. 387, 8 assumpsit codicis O scripturam: γεννητὸν. Postremo loco unice aptum dicas γενητόν, nam non solum paullo supra v. 3, 5 sq., 8 positum est verbum γίνεσθαι, sed v. 8 γεννητὸς ὑπάρχων etiam oppositus est τῷ ἀεὶ. Cfr. p. 157, 15 sq. et quae adnotavit G. Dindorfius in Thes. Stephan. ed. Paris. Vol. II, p. 567, s. v. Γενητός. De reliquis locis adstipulor Dresselio, etiam de primo, quum praesertim p. 378, 3 codicis O scriptura γεγενητός propius accedere videatur ad γενητὸς quam ad γεννητός. — V. 9 ἤ, quod est ante τῶν πρός τι ἐστιν, a me de conjectura additum est; cfr. p. 378, 8. — V. 12 notandum, quod libri porrigunt: ἑκάστην οὖν ὁδεῦσαι δεῖ, quum paullo supra, v. 10, praebeant: μιᾷ τινι ὁδεύουσιν, et p. 375, 16 sq.: πάσαις ὁδοῖς συνοδεύων. — V. 13 sic interpungendum erat: ἢ γάρ; πῶς σοι δοκεῖ; De dictione: ἢ γάρ; significante: „nonne?" cfr. Heindorf. ad Platon. Phaedr. p. 226 D et Gorg. p. 468 D. — V. 15 ποιητὴν ποιήσαντα quum simul posita vix sint ferenda, fieri potest ut posterius delendum sit, non prius, quod in codice C alteri perperam videtur substitutum esse.

P. 375, 1 sqq. quae verba reperiuntur: — οὐδ' ἐν τούτῳ ὁ δημιουργὸς μεμπτός, ἢ μὴ τῶν ὅλων ἐστὶν ὁ κρείττων, εἰ καὶ ἀνάρχῳ ἀρχῇ τέλος ἐπιθεῖναι διὰ τὸ μὴ φύσεως ἔχειν οὐ δεδύνηται, ἢ δυνατὸς ὢν οὐκ ἀναιρεῖ αὐτόν, ἄδικον κρίνας ἀρχὴν μὴ εἰληφότι τέλος ἐπιθεῖναι, καὶ κακῷ πεφυκότι συγγνῶναι, — ea pluribus haud dubie mendis laborant. Et primum quidem non liquet, necessarium esse ut Schwegleri conjectura ἢ μὴ substituatur in locum scripturae codicis O: ἐπεὶ, quae subest etiam vocabulo ἐπὶ, quod codex C praebet. Deinde vel per se offendit locutio ἀνάρχῳ ἀρχῇ. Sufficit solum vocabulum ἀνάρχῳ. Accedit, quod sequens αὐτὸν non habet quo referatur, si ἀνάρχῳ ἀρχῇ legitur, hic vero scrupulus remotus erit, si ἀρχῇ abest. Videtur igitur hoc vocabulum mutandum esse in: ἀρχὴν, quod verbum cum sequente negatione οὐ constructum significat: „omnino non". Porro ferri nequit dictio: διὰ τὸ μὴ φύσεως ἔχειν. Vocem φύσεως Dresselius recepit ex codice O. Olim legebatur φύσιν secundum codicem C. Non opinor, corruptam esse illam vocem; sed ea ut stare possit, necesse est positum fuisse statuatur tale quid, quale est: — φύσεως ἱκανῶς ἔχειν. Postremo ego quoque censeo, post πεφυκότι inserendum esse: μὴ, ut primus intellexit Cotelerius.

P. 376, 11 sqq. verba sic interpungenda erant, ut post τί δέ interrogationis signum poneretur, post χρόνον punctum. — V. 14 post μακάριος intercidisse videtur: ὡς.

P. 377, 2 scripserim: τάχα δή. — V. 6 με secundum codicem O omitti debebat. — V. 15 sqq. etiam Dresselius non sanata reliquit verba: ἐπεὶ ἐκ τῶν εἰκότων λαμβάνεται τοῦτο βεβαίως, ὃ μὲν ὅτι Θεῷ τὸ εὐφημότερον πρέπει δοῦναι. Quum codex O pro ὃ μὲν praebeat: τὸ μὲν, conjiciat

aliquis scriptum fuisse: *τὸ νοεῖν, ὅτι* cett. Cfr. p. 379, 17, p. 381, 2, p. 403, 13.

P. 378, 3 sq. habemus locum, quod ego videam, pluribus mendis inquinatum huncce: *Πλήν, ὡς ἔφης, ὁ πονηρὸς εἴγε γενητός ἐστιν, ἢ ὡς ζῶον γεγένηται, ἢ οὐσιωδῶς ὑπ' αὐτοῦ προβέβληται, ἢ ἔξω κέκραται, ἢ τῇ κράσει συμβέβηκεν αὐτοῦ ἡ προαίρεσις, ἢ ἄνευ κράσεως καὶ Θεοῦ βουλῆς συνέβη γενέσθαι ἐξ οὐκ ὄντων, ἢ ὑπὸ Θεοῦ ἐκ τοῦ μηδαμῇ μηδαμῶς γέγονεν, ἢ ἐκτὸς ἦν Θεοῦ ἡ ὕλη ἄψυχος οὖσα ἢ ἔμψυχος ὅθεν γέγονεν, ἢ ἑαυτὸν δημιουργήσας, ἢ ὑπὸ Θεοῦ γεγονώς, ἢ τῶν πρός τί ἐστιν, ἢ αἰεὶ ἦν.* Et primum quidem dubitaverim, num Dresselius jure scripserit: *εἴγε γενητός*, codicem O secutus, porrigentem: *ἢ γεγενητός*, quod mihi quidem potius corruptum videtur ex *εἰ γενητός*, quae codicis C scriptura est. — Deinde ambigere licet, utrum vera sit codicis O lectio *γεγέννηται*, an codicis C scriptura *γεγένηται*. Sic etiam infra p. 378, 14 et p. 379, 8, ubi rursus codex C habet *γεγέννηται*, cod. O *γεγένηται*, quod recepit Dresselius Cotelerii secutus judicium. Equidem non dubito, quin *γεγένηται* aeque probum sit atque *γεγέννηται*. Illud autem per se mihi quidem majorem verisimilitudinis speciem habere videtur quam hoc. Neque omnino sibi constat codex O. Etenim, quamquam etiam p. 403, 16 habet: *γεγέννηται*, tamen p. 399, 21 porrigit: *γεγένηται*, quod a Dresselio injuria, ut opinor, mutatum est in *γεγέννηται*, cfr. e. gr. p. 53, 14 sq. Similiter non erat cur Dresselius p. 381, 12, codicis O scripturam *γεγενημένων* posthaberet codicis C lectioni *γεγεννημένων*, quum praesertim p. 383, 12 uterque liber manuscriptus praebeat: *τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένων*, quod intactum reliquit Dresselius, ut sane aeque ferendum est atque *ὑπό τινος γίνεσθαι*, quod paullo supra, p. 383, 5, legitur. — In verbis proxime sequentibus aliquid intercidisse manifestum est. Etenim et dicendum erat, a quonam Malus ut animal genitus esset, et demonstrant verba *ὑπ' αὐτοῦ*, praegressam esse personae alicujus mentionem. Scilicet addenda sunt verbis *ὡς ζῶον γεγένηται* verba *ὑπὸ* vel *ἀπὸ τοῦ Θεοῦ*. Confirmant hanc sententiam etiam quae paullo infra, v. 13 sq., leguntur verba huc spectantia: *πρῶτον μὲν γὰρ ὁ πονηρός, εἰ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ζῶον γεγένηται* cett. Cfr. etiam verba Simonis, quae respicit Petrus, p. 374, 5 sqq. et p. 398, 14 posita. — Porro legendum censeo: *καὶ ἔξω κέκραται, καὶ τῇ κράσει συμβέβηκεν αὐτοῦ ἡ προαίρεσις*. Cfr. p. 374, 7, 382, 1 sq., 403, 11 sqq. — Ad verba: *ἐκ τοῦ μηδαμῇ μηδαμῶς (ὄντος) γέγονεν*, quae genuina sunt, sed aliter capienda quam accepta sunt ab interprete, sic latina faciente: „a Deo nullo penitus modo factus est", conferendum, quod Philoponus, Aristotelis interpres, ut in Thes. Stephan. ed. Paris. Vol. V, p. 2364, s. v. *Οὐδαμῶς* adnotatum reperio, inter *ὑποθέσεις* hanc ponit: *Ἐκ τοῦ μηδαμῇ μηδαμῶς ὄντος μηδὲν γίνεσθαι*. — Denique corrupta videntur verba: *ὑπὸ Θεοῦ γεγονώς*, de quibus infra disputabitur ad p. 403, 15 sqq. — V. 12 sq. Dresselio recipienda erat codicis O scriptura: *ὑπέσχου*. Aoristo uti solet hic scriptor. Attamen infra p. 395, 1 sq. postquam posuit: *ὑπέσχου*, orationis variandae caussa adhibuit perfectum *ὑπέσχησαι*. — V. 14 inter *Θεοῦ* et *ζῶον* excidit *ὡς*, cfr. v. 3, p. 374, 6, 398, 14. Subinde scribendum erat: *τῆς αὐτῆς τῷ προβάλλοντι κακίας τυγχάνει*, ut linguae usui satisfieret. At hac correctione minime jam perfecta loci emendatio. Quis non offendat in voce *κακίας*? Praeterea displicet participium praesentis *προβάλλων*, exspectabas aoristi participium. Genuina scriptura exstat loco, qui est p. 399, 2, ad hunc, de quo agimus, referendo, ubi haec reperiuntur verba: — *ὁ πονηρός, εἰ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται, ἀκολούθως τῆς αὐτῆς τῷ προβαλόντι τυγχάνει οὐσίας*. Cfr. etiam p. 379, 9.

P. 379, 1 procul dubio vera est Cotelerii conjectura (in quam ego quoque incidi), post *ἀγαθούς* inserendum esse censentis: *τε καὶ κακούς*. (In Dresselii editione adnotationis signum ad vocabulum *ἀγαθούς*, quod est v. 1, pertinens perperam ad v. 2, ubi idem vocabulum legitur, appositum est). Praeterea pro *προβάλλοντας* scribendum videtur: *προβαλόντας*, ut v. 2 et paullo supra p. 373, 16 et 17 positum est aut aoristi aut perfecti parti-

cipium. — V. 8 legendum arbitror: *Αὐτίκα γοῦν σὺ τὴν ἀρχὴν ἔλεγες· εἰ ἐκ Θεοῦ ὁ πονηρὸς γεγέννηται, τῆς αὐτῆς αὐτῷ ὢν οὐσίας καὶ Θεὸς πονηρός ἐστιν.* — V. 12 tentaverit aliquis: *τὸ γεγεννῆσθαι ἐκ Θεοῦ*, quo de cfr. v. 8. At potius scriptum fuisse: *τὸ γεννῆσαι Θεόν*, verisimile reddit locus, qui est p. 400, 5.

P. 380, 6 nescio an pro *ἀνθρώπῳ* scribendum sit: *ἀνθρώποις*. Etenim plurali *ἄνθρωποι* hic scriptor constanter usus est tam hoc capite quam eo, quod praegreditur. — V. 13 Dresselio non erat repudiandus ordo verborum, quem praebet codex O, quum praesertim etiam paullo ante, v. 9 sq., in utroque codice reperiatur *τῶν προσόντων ἀνθρώποις τὰ κρείττονα*. Paullo infra, v. 17 sq., sane uterque liber mscr. praebet: *τὰ ἀνθρώποις πρόσοντα* et *τῶν ἀνθρώποις προσόντων*.

P. 381, 2 sq. extrema Simonis verba secundum codicem C et Schweglerum sic repraesentavit Dresselius: *ὅτι τὸν πονηρὸν ἑτέρα τις ἐγέννησεν ἀρχή, ἢ ἄρ' ἀγέννητόν ἐστιν*, satis habens adnotasse, Schweglerum pro *ἀγέννητόν* malle: *ἀγέννητός*. Profecto neutrum *ἀγέννητον* in illo enuntiato ferri nullo pacto potest. At quaeritur, num emendandi via, quam Schweglerus ingressus est, vera sit. Ego secus statuo. Quum enim Petrus ad illa Simonis verba ita respondeat: *οὔτε ἑτέρα τις δύναμις ἐγέννησε τὸν πονηρόν, οὔτε ἀγέννητόν ἐστιν τὸ κακόν*, credat aliquis potius post verba *ἀγέννητόν ἐστιν* (vel *ἐστι*) excidisse: *τὸ κακόν*, idque eo magis, quod sequitur vox *καὶ* externa specie similis. Ceterum nescio an praeferenda sit codicis O scriptura: *εἰ ἄρα γεννητόν*, quum praesertim *ἢ ἄρα* vix ferri possit. In fine enuntiati collocandum est signum interrogationis. — V. 8 codicis C scripturam *θερμοῦ τε* a Dresselio posthabitam lectioni codicis O *θερμοῦ λέγω*, ipse codex O praebet infra p. 398, 18. — V. 9 scriptum oportuit: *ταῦτα μὲν* secundum codicem O. Qua scriptura recepta, pro *ἔχει* reponendum erit: *εἶχε*. — V. 10 conjiciat aliquis ante *γενέσθαι* intercidisse verbum finitum, quod appellant, tale, quale est *συνέβη*, cfr. p. 158, 4, 378, 5.

P. 382, 4 Dresselio recipienda erat codicis O lectio: *τὸν ἑκάστου τρόπον*, pro eo, quod est in cod. C: *τὰ ἕκαστα τῶν τρόπων*. — V. 9 sqq. editum est: *νῦν ἡμῖν ὁ λόγος πρόκειται δεῖξαι πῶς ἐγένετο ὁ πονηρός, εἴπερ γέγονεν, καὶ ὑπὸ τίνος· τὸ δὲ εἰ ἀμέμπτως, ὁπόταν διεξιῶ τὸν νῦν ἡμῖν προκείμενον λόγον· τότε τὸ πῶς καὶ διὰ τί ἐγένετο δείξω, καὶ ὅτι ἄμεμπτος ὁ πεποιηκὼς πληροφορήσω.* Esse autem haec verba mendis referta, facile elucet. Ego scribendum censeo: *νῦν — ὑπὸ τίνος καὶ διὰ τί. τὸ δὲ εἰ ἄμεμπτος, ὁπόταν, διεξιὼν τὸν — λόγον, τό τε πῶς καὶ ὑπὸ τίνος καὶ διὰ τί* cett. *Διεξιὼν* proxime accedit ad *διεξίω*, quae est codicis O scriptura, injuria posthabita a Dresselio ineptae codicis C lectioni *διεξιῶ*. Quae supplevi, a sententia postulantur et posita sunt etiam p. 373, 5 et 14. Ceterum paullo supra, p. 381, 4 sq. Petrus ipse haec posuerat verba: *νῦν γὰρ ἀποδεῖξαί μοι πρόκειται, ὡς ἀπ' ἀρχῆς ὑπεσχόμην, ὅτι κατὰ πάντα τρόπον ὁ Θεὸς ἄμεμπτός ἐστιν.*

P. 383, 1 ante *μήπως* aliquid excidit. — V. 8 post *βουλήμασιν* interrogationis signum locandum erat. — V. 15 sic interpungendum: *τί δέ; καὶ οἱ δαίμονες* cett.

P. 384, 6 crediderim, excidisse: *ὡς*, ante *ἔμψυχος*. — V. 8 sic interpungenda sunt verba: *τί δέ, εἰ* cett. — V. 15 Dresselius edidit: *ἅπερ τὰ [νῦν χα]λεπὰ οὐκ ἂν ἦν*. Sed quum in codice scriptum reperiatur: — *λεπὸν*, equidem suaserim ut intactum relinquatur neutrum singulare *χαλεπὸν*, neque enim minus ferendum esse videtur *ἅπερ χαλεπὸν οὐκ ἂν ἦν*, quam id quod infra p. 387, 14 legitur: *ἡ πλεονεξία κακόν*. — V. 17 apographum Dresselianum praebebat: *οὐχ'*, ut passim, non constanter, etiam infra et supra.

P. 385, 6 Dresselium genuinam hujus scriptoris manum non praestitisse certum est. Vellem intactam reliquisset codicis scripturam: *ἢ καί*. — V. 9 sq. qui legitur locus, et ipse corruptus, sine ulla literarum mutatione sic restituendus est: *περὶ πονηροῦ τί ἔτι ἔχω ἕτερον λέγειν, ἢ ὅτι* cett. Cfr. p. 381, 1 sq.: *οὐκοῦν — τοῦ λοιποῦ τί ἔστι νοεῖν, ἢ ὅτι* cett. — V. 16 notanda est

dictio: *χαίρειν ἐπ᾽ ὀλέθρου*. P. 398, 10 scriptum reperitur: *ἐπὶ κακώσει χαίρειν*, ut postulat linguae usus. — V. 18 sq. sermo est de Malo his verbis: — *καὶ διὰ τί ἀρχῇ τετίμηται; ὁ τιμήσας, δι᾽ οὗ τετίμηκεν, ὡς κακοῖς χαίρων φαίνεται*. Dresselius pro *δι᾽ οὗ* legendum esse existimat: *δι᾽ ὅν*. At haec correctio procul dubio non est admittenda. Equidem nescio an *δι᾽ οὗ* servandum sit ita acceptum: „per eum, quem honoravit." Facile alicui in mentem veniat: *διότι*. Sed id mihi quidem non omnino placet. Praeterea in initio posterioris enuntiati desideratur vocabulum graecum ea notione praeditum, qua „nimirum", quod posuit Dresselius in interpretatione latina.

P. 386, 2 sq. scribendumne: *εὖ δέ, ὅτι* cett. pro *εἰ δὲ ὅτι*, ita ut verba *εὖ δὲ* construenda sint cum verbis: *τὸ χρήσιμον ὁ τιμήσας προεῖδεν*? — V. 5 verba: *μήτι ἀεὶ ὢν καὶ οὕτως ἀναιρεῖται τὰ τῆς μοναρχίας*, aperto vitio inquinata sunt. Scripserim: *μὴ τοίνυν καὶ οὕτως* cett. Quae proxime sequuntur v. 6 sic interpungenda sunt: *συναρχούσης καὶ ἑτέρας, τῆς κατὰ τὴν ὕλην, δυνάμεως;* — V. 10 dubito an verba, quae de conjectura addidit Dresselius, apta non sint. Cum verbis: *ὅτι δὲ οὐκ εἰσὶν ἰσοδύναμοι φαίνονται*, cfr. Epist. I. Johann. II, 19: *ἵνα φανερωθῶσιν ὅτι οὐκ εἰσὶν πάντες ἐξ ἡμῶν*, ubi *φανερώθην ὅτι* idem est atque: *φανερὸν ἦν ὅτι ἐγώ* cett. — V. 12 vide an codicis scriptura sana sit et sic interpungenda: *καὶ μήτι γε ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ἀεὶ ἦν, οὐσία οὖσα, οὐχ ὕλη ὡς Θεοῦ ταμεῖον*. Porro particula *ὅτι*, quam de suo addidit Dresselius, haudquaquam omnino opus videtur. Denique quae proxime sequitur lacuna, eam non dubito quin perperam expleverit Dresselius vocabulum *ταμεῖον* inserendo. Excidit forsan: *ποτε*. Cfr. p. 157, 5. — V. 14 quum codex O praebeat *μο* sine accentu, lacuna, quae sequitur, sic erat explenda ut scriberetur: *μονάρχης*. Vidit hoc etiam Uhlhornius l. c. p. 180, adn. 40. Patrocinantur nostrae sententiae praeterea quae proxime antegrediuntur verba: *ἀλλὰ ἀεὶ ἦν μόνος ἄρχων*. Paullo infra scribendum: *λέγοιτο τοῦ ὄντος*. — V. 15 sqq. sic interpungendum et corrigendum censeo: *τί οὖν, εἰ ἑαυτὸν ἐποίησεν ὁ πονηρός; καὶ οὕτως ἀγαθὸς ὁ θεός, ὅτι, εἰδὼς αὐτὸν ἐπὶ κακῷ ἐσόμενον, γινόμενον αὐτὸν οὐκ ἀνεῖλεν, ὅτε ὡς ἀτελὴς ἀναιρεθῆναι δυνατὸς ἦν;* Quum Dresselius prima verba tali modo latina fecerit: „Quid, si semet ipse creaverit Malus", dubitet aliquis, an id ipsum prae oculis habuerit, quod ego proposui; sed res minime certa est. Ne quis vocabulum *αὐτὸν* altero loco positum existimet mutandum esse, offendens scilicet in abundantia orationis, relego ad librum Vigeri de Idiotism. p. 171 adn. edit. IV. Cfr. etiam p. 413, 21 sq. Vocabulum *ἀτελὴς* significare „nondum finitus, absolutus" non opus esset monere, nisi Dresselius interpretatus esset „non initiatus". — V. 18 non dubito quin delenda sint verba: *καὶ διὰ ταῦτα τέλειος*.

P. 387, 3 sq. quae sunt verba: *καὶ γὰρ κατ᾽ ὀλίγον γινόμενον αὐτὸν ὡς ἐχθρὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ προαιρέσει ἀνελεῖν ἠδύνατο*, sic interpretatur Dresselius: „neque enim eum paulo ante genitum ut inimicum e consilio ipse extinguere potuit". Credas fere, eum in codice scriptum repperisse: *ἀνελεῖν οὐκ ἠδύνατο*. At quovis pignore contenderim, non ita esse. Verba *κατ᾽ ὀλίγον γινόμενον* significant „paullatim, sensim nascenti". Negat Petrus quum iis utitur, id quod posuerat Simon, *ἐξαίφνης συμβεβηκέναι* Malum. Dictio *ὑπ᾽ αὐτοῦ προαιρέσει* quid sibi velit, plane est obscurum. Neque enim ferenda est Dresselii interpretatio: „e consilio ipse". Non dubito quin verba corrupta sint. Conjicio autem scriptum fuisse: *ὑπάρχοντα* vel *ὑπαντῶντα αὐτοῦ προαιρέσει*. — V. 5 ego scripserim: *οὐκ ἂν συνεχώρει*. Subinde typothetae errore post *πρὸς* intercidit: *τό*. — V. 7 sq. inepte editum est: *καὶ τέλειος οὔτε ἐξ οὐκ ὄντων γενέσθαι τι οὐσίαν ἔχειν δύναται*. — V. 10 sq. deprehendimus verba haecce, multifariam corrupta: *καὶ οὕτως πονηρὸν οὐκ ἔστι κακὸν μόνον ὡς ὕδωρ πυρί, ἀγαθὸν δὲ τῇ εὐκαίρως διψώσῃ γῇ*. Ac primum quidem nescio an praestet inter *οὕτως* et *πονηρὸν* inserere *τὸ*, quod facile intercidere potuit. Deinde non dubito, quin erraverit Dresselius, quum sibi persuasit, intercidisse negationem *οὐκ*. Aut omnia me fallunt aut sequentia verba in hanc fere speciem sunt

refingenda: πονηρόν ἐστί τι μέσον, ὡς ὕδωρ κακὸν μὲν πυρί cett. Vocabulum μέσον significat „rem mediam, indifferentem". Gellius Noct. Att. II, 7, 18: „Quae in medio sunt, a Graecis tum ἀδιάφορα tum μέσα appellantur". Denique pro εὐκαίρως, quod prorsus ineptum, legendum: ἀκαίρως „intempestive". — V. 18sqq. sequitur locus procul dubio corruptus, sed ad sanandum tam difficilis, ut ego manus esse abstinendas censeam.

P. 388, 6sq. Dresselius scripsit: ἀλλὰ τὸ μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τὰς ψυχὰς αὐτῶν κολαζομένας διαμένειν, τοῦτο ὄντως εἶναι χαλεπὸν δικαίως τῶν κακῶς προδιωρισμένων ὀρθῶς ἔχειν εἴποι τις, pro eo, quod codex O praebet: δικαίως τὸν κακῶς προδιωρισμένον ὀρθῶς ἔχειν εἰπόντος. Fieri potest, ut εἴποι τις genuina sit scriptoris manus. Sed addendum erat ἄν, ut etiam supra p. 387, 9 scriptum legitur: ἂν εἴποι τις. Vel sic tamen emendatio minime perfecta censenda erit. Probabile est, plura verba excidisse post χαλεπὸν. — Quae sequuntur verba, v. 10sqq., sic corrigenda: οὗ εἵνεκεν παραιτεῖσθαι χρή, ὡς ἔφην, βραχείας χάριν ἡδονῆς ἄλλον ἀδικεῖν (codex O: ἄδικον) πρὸς τὸ μὴ αὐτόν τινα ὀλίγης χάριν ἡδονῆς ἀϊδίῳ περιβαλεῖν κολάσει, „quapropter vitandum est, propter brevem voluptatem alium afficere injuria, ne quis sibimet ipsi propter parvam laetitiam sempiternam contrahat poenam". Necessarium est autem, ex nostro sensu, ut pro αὐτόν, quae codicis O est lectio, reponatur αὑτόν. —Videtur hic locus idoneus esse, quo agamus de usu formarum αὐτοῦ et αὑτοῦ apud hunc scriptorem obvio. Monuerunt jam Buttmannus in Excurs. X ad Demosthenis Orat. in Mid., p. 140sqq., et Fritzschius in Exc. V ad Quat. N. T. Evang. T. I, p. 858sqq., quantis difficultatibus impeditae essent hoc genus disquisitiones et quam parum liceret ubique pronuntiare inter formam reflexivam et simplicem. Nonnumquam variant libri manuscripti. P. 33, 7sqq. tanquam ex utroque Homiliarum codice editum est: ὁ δὲ μετὰ τὴν πεῦσιν τὸν ἐμποδισθέντα ἀναλαβὼν λόγον — τὸν αὑτῷ ἀπ' ἀρχῆς προκείμενον ἀνελάμβανε λόγον. At utraque Epitome C. X praebet: αὐτῷ, quod non sane minus aptum. P. 46, 5 uterque Hom. codex habet: αὐτῆς, pro quo Schweglerus reposuit: αὑτῆς. Et revera Epit. alt. C. XXI porrigit: ἑαυτῆς. P. 99, 9 ἑαυτὸν reperitur in cod. O, at in cod. C: αὑτὸν. Prius illud, quod invenitur etiam in utr. Epit. C. XXXVII, quin recte receptum sit a Dresselio, dubitari nequit. Difficilius judicium est p. 99, 10, ubi uterque Homil. codex praebet: ἐκβάλωμεν αὐτόν, μήπως ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἅψηται, at utraque Epit. C. c. habet: αὐτοῦ, atque hoc ipsum invenitur loco, ad quem respicitur, qui est Genes. III, 22. Similis discrepantia reperitur locis, qui sunt p. 128, 8, ubi Homiliae et Epit. prior C. LI praebent: ὁ Ζεὺς τὸν αὑτοῦ πατέρα δήσας καθεῖρξεν, sed in Epit. alt. C. LI reperitur: αὐτοῦ, et p. 129, 13 ubi Homiliae habent εἰς τὸν αὑτῶν συμφ. νοῦν, at Epit. alt. l. c. porrigit: τὸν αὐτῶν σ. ν. Plura similia exempla reperiuntur p. 102, 1, 4, 6 et in Epit. utr. C. XL. In Homiliis est: τῷ κτίσαντι αὑτὸν — ἐπιθεὶς, τοῖς υἱοῖς αὑτοῦ — ἐπέθηκεν, ἀνεῖλε τὸν ἀδελφὸν αὑτοῦ, at Epitomae praebent pronomen simplex. Atque ipsae Homiliae v. 2 habent: προέγνω τὸν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μέλλοντα ἀπατᾶν ὄφιν. Quo loco Schweglerus reponi jussit: αὑτοῦ. Mihi contra potius in verbis proxime antegressis v. 1 αὑτὸν mutandum videtur in αὐτὸν. Reliquos Homiliarum locos censeo intactos esse relinquendos. Amat enim hic scriptor in ejusmodi dictionibus adhibere pronomen reflexivum, neque id ibi solummodo, ubi vis est in pronomine, qualibus locis vel flagitari αὑτοῦ cett. Augustus Matthiae censebat ad Eurip. T. VII, p. 508. Sic, ut hic paucis tantum exemplis defungar, legitur p. 53, 3: πατὴρ τὰ αὑτοῦ τέκνα, p. 151, 1 sq. Κρόνος τὰ αὑτοῦ τέκνα κατέπιεν καὶ Ζεὺς τὴν αὑτοῦ θυγατέρα, 11: γηροτροφεῖν τὸν αὑτοῦ πατέρα, 15sqq.: χρὴ τοὺς γονεῖς — τοὺς αὑτῶν παῖδας προπαιδεύειν. P. 177, 4 nollem Dresselius codicis O scripturam ἑαυτοῦ posthabuisset cod. C lectioni αὑτοῦ. P. 190, 4, ubi cod. O habet ἑαυτοὺς, cod. C autem: αὑτοὺς, procul dubio prior scriptura recte praelata est alteri. P. 202, 9 codicis O lectio αὑτοῖς jure cessit codicis C scripturae ἑαυτοῖς, nisi quis ab eo, qui potissimum codicem O sequi apud animum suum constituerit, postulat, ut

reponat: *αὐτοῖς*. P. 204, 3 sq. editum est ex codice C: *κάματος οὖν ἐστιν ἑκάστῳ ἐννοηθῆναι τὴν τοῦ ἑαυτοῦ δαίμονος φυγήν*. At codex O pro *ἑαυτοῦ* porrigit: *ἐν αὐτῷ*, quam ego scripturam recipiendam esse arbitror, sed ita ut *αὐτῷ* mutatur in *αὑτῷ*. Cfr. p. 21, 15 sq., 232, 15 sq.: *ὅταν πάντες τὴν αὐτῶν πρὸς αὐτὸν δείξωσι προαίρεσιν*. P. 227, 6 manifestus est error codicis C, exhibentis: *ἑαυτούς*. Genuinam scripturam *αὐτούς*, quam Schweglerus conjectura assecutus erat, praebet codex O. P. 244, 3 sq. nobis quoque codicis O scripturam *αὐτοὺς* veriorem videri codicis C lectione *ἑαυτούς*, supra p. 285 significavimus. P. 251, 8 neque codicis C scripturam *τὰ καθ᾽ αὐτῶν* neque codicis O lectionem *τὰ κατ᾽ αὐτὸν* genuinam hujus scriptoris manum praestare, supra p. 288 disputavimus. P. 256, 17 sq. uterque Homil. codex habet: *ἐγὼ Κλήμης μεγάλως ἔχαιρον, ὅτι σὺν αὐτῷ με ἐκέλευσεν εἶναι*, et utraque Epitome C. LXXII: *σὺν αὑτῷ*. Illud ego praeferendum duco. Cfr. quae paullo infra adnotabuntur ad p. 221, 5 sq. P. 261, 6 secundum utrumque Homil. codicem scriptum reperitur: *ὁ πατὴρ ἔπεμψεν εἰς Ἀθήνας χρήματα τοῖς αὐτοῦ*. In Epit. prior. C. LXXVII recepta est nonnullorum codicum scriptura: *τοῖς ἑαυτοῦ*. Alii tamen libri mscr. porrigunt: *τοῖς αὐτοῦ*. Hoc idem invenitur in codicibus Epit. alter. C. LXXVII, ubi repositum mireris a Dresselio, qui adnot. 3 ad Epit. prior. C. LXXVI in verbis: *ὅθεν τῷ ἐμῷ πατρὶ ὡς καὶ συντρόφῳ αὐτοῦ Καῖσαρ γυναῖκα συγγενῆ συνηρμόσατο*, pro *αὐτοῦ* reducendum esse *αὑτοῦ* judicasset. At vel illo loco ferri potest *αὐτοῦ*, aeque atque in utr. Epit. C. LXXXIX init. *αὐτῆς*, quamquam adstipulamur Dresselio, quod in Epit. altera *ἑαυτῆς* edidit, sed non item, quod in Epit. priore *αὐτοῖς* intactum reliquit, ut neque Homiliarum locum tentandum esse arbitramur. P. 268, 9 uterque Homil. codex praebet: — *ἔφη, αὐτὴν μὲν Ἐφεσίαν εἶναι, τὸν δὲ ἄνδρα Σικελόν*. Id ipsum habet Ep. alt. C. LXXXVII. At in Epit. prior. C. LXXXVII invenitur: *αὐτήν*. An primitus scriptum erat: *ἔφη αὐτὴ μὲν Ἐφεσία εἶναι*, cett.? P. 271, 8 sqq. uterque Homil. codex praebet: *ὅτι εἴ τις βούλεται ταῦτα ἀκριβῶς μαθεῖν, εἰς Ἀντιόχειαν — ἐλθὼν τὰ πρὸς τὴν αὐτοῦ σωτηρίαν μανθανέτω*, sed in Epit. alt. C. XCII reperitur: *αὑτοῦ*. Cum illo cfr. e. gr. p. 204, 4 sq.: *ὅπως τις τῆς αὐτοῦ σωτηρίας ἀμελήσῃ*, cum hoc locum, qui est p. 247, 14 sqq., infra tractandum. P. 274, 10 sq. legitur in utroque Homil. codice: *ὁ Θεὸς — τόν τε ἥλιον καὶ τοὺς ὑετοὺς αὐτοῦ παρέχων*. Contra in utr. Epit. C. XCIV scriptum reperitur: *αὑτοῦ*, quod habetur etiam in Evang. Matth. V, 45. At constant sibi Homiliarum libri mscr., etiam supra p. 237, 11 sqq. praebentes: *οὐκ ἂν οὔτε* (sic scribendum pro: *οὐδὲ*) *τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνέτελλεν ἐπὶ ἀγαθοὺς καὶ πονηρούς, οὔτε τὸν ὑετὸν αὐτοῦ ἔφερεν ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους*. P. 279, 6 sq. Homil. codices porrigunt: *καὶ ὡς θέλει — τὰ ἁμαρτήματα αὐτῷ συγχωρεῖσθαι*. At Epit. alt. C XCVI habet: *αὑτῷ*, quod equidem corrigendum censeo. Cfr. e. gr. p. 231, 18: *πάντα ὅσα ἑαυτῷ τις θέλει καλά*, cett. P. 280, 17 uterque Homil. codex exhibet: *ὁ Κλήμης μετὰ τῆς αὐτοῦ μητρὸς Μ. καὶ τῆς ἐμῆς γυναικὸς* cett. In Epit. prior. C. XCVIII est *ἑαυτοῦ*. At Epit. alt. C. CXVIII praebet: *αὐτοῦ*, quod minus placet. P. 282, 17 recte ex codice O receptum est: *ἑαυτοὺς* h. e. *ἡμᾶς αὐτοὺς* pro codicis C lectione *αὐτούς*. P. 299, 9 sq. in utroque Homil. codice et in Epit. alt. C. CXIII invenitur: *αὐτοί τι ποιεῖν δύνανται, τῇ καθόλου αὐτῶν ὑποκείμενοι γενέσει*. Contra Epit. prior. C. CXIII habet: *αὑτῶν*, quod non sane deterius. P. 302, 4 variat quidem utriusque codicis scriptura, sed eodem redit, quum codex C habeat: *παρ᾽ αὐτῷ*, codex O: *παρ᾽ ἑαυτῷ*. P. 310, 5 sq. codices Homil. et Epit. prior. C. CXXV porrigunt: *δίκαιον ἔφασκεν εἶναι καὶ τῷ τύπτοντι αὐτοῦ τὴν σιαγόνα παρατιθέναι καὶ τὴν ἑτέραν, καὶ τῷ αἴροντι αὐτοῦ τὸ ἱμάτιον προσδιδόναι καὶ τὸ μαφόριον*. At in Epit. alter. C. CXXV non falso bis scriptum invenitur: *αὑτοῦ*. P. 327, 17 sqq. in verbis: *ὁ κύριος — ἑαυτὸν θεὸν εἶναι ἀνηγόρευσεν*, recte codicis O scriptura *ἑαυτὸν* praelata est codicis C lectioni *αὐτὸν*, quae mutanda est in *αὑτόν*. P. 374, 11 quod pro *αὐτῶν* in codice O reperitur: *αὑτῶν*, manifestus est error librarii. Denique seorsim commemorandum est, p. 220, 5 codicem O praebere: *αὐτὴ καθ᾽*

αὐτὴν, at codicem C: *αὐτὴ κατ' αὐτὴν*. Illud repositum est a Dresselio. Sed hoc oportuit receptum; cfr. adn. ad p. 393, 13 sq. et ad p. 403, 9 sqq. — Multo saepius libri manuscripti consentiunt. Ridiculum esset, si quis hunc librorum consensum pro firmo argumento veritatis habere vellet. Immo plus semel peccatum esse a librariis, aut certum est aut veri saltem simile. At vel sic apparet, hunc scriptorem in usurpandis pronominibus *αὑτοῦ* et *αὐτοῦ* certam normam non esse secutum. Temerarie autem nobis quidem agere videbitur, qui codicum auctoritatem omnino nihili facere atque omnia inter se exaequare ausus fuerit. Recensebimus jam priore loco principalia, quae in Homiliis reperiuntur, exempla pronominis reflexivi ita usurpati, ut pronomen simplex aut potuisset adhiberi aut revera pro illo reponendum esse videri possit. P. 142, 4 positum est de Jove: *ἀδελφὴν γὰρ αὑτοῦ Ἥραν οὖσαν γαμεῖ*. Si abesset vocabulum *οὖσαν*, nemo unus offenderet in *αὑτοῦ*. At vel sic ego quidem hoc vocabulum tentare non ausim. De loco, qui est p. 144, 5 sqq., jam supra diximus p. 272. P. 184, 7 sq. haec sunt verba: *Οὐδὲ γὰρ Ἑβραῖοι Μωϋσεῖ πιστεύοντες καὶ τὰ δι' αὑτοῦ ῥηθέντα μὴ φυλάσσοντες σώζονται, ἐὰν μὴ τὰ ῥηθέντα αὐτοῖς φυλάξωσιν*. P. 187, 8 sq. legitur: *τοῦ μόνου ἀγαθοῦ Θεοῦ τὰ πάντα — παραδεδωκότος τῷ κατ' εἰκόνα αὑτοῦ γενομένῳ ἀνθρώπῳ*. P. 206, 9 sqq. secundum libros mscr. editum: *Ὡς γὰρ οἱ δεινοὶ ὄφεις τοῖς αὑτῶν πνεύμασι τοὺς στρούθους ἐπισπῶνται, οὕτω καὶ αὐτοὶ τοὺς μεταλαμβάνοντας τῆς αὐτῶν τραπέζης, διά γε τῶν βρωτῶν καὶ ποτῶν ἀνακραθέντες αὐτῶν τῷ νῷ, εἰς τὸ ἴδιον αὐτῶν ἐπισπῶνται βούλημα, μεταμορφοῦντες ἑαυτοὺς κατ' ὄναρ* cett. Exspectabas, eum, qui posuisset: *τοῖς αὑτῶν πνεύμασι*, etiam positurum fuisse ne dicam: *τῆς αὑτῶν τραπέζης*, at tamen: *εἰς τὸ ἴδιον αὐτῶν βούλημα*. Jam sane fieri potest ut in his postremis verbis aliquid sit turbatum. Non tribuerim nimium ei, quod in codice O pro *ἴδιον αὐτῶν* invenitur: *δι' αὐτῶν*, at vero aegre desideratur objectum, quod vocant. Atqui aliquis conjiciat: *εἰς τὸ ἴδιον αὐτῶν* vel potius *αὑτῶν α ὐ τ ο ὺ ς ἐπισπῶνται βούλημα*. Sed, ni fallor, probabilius erit: *εἰς τὸ ἴδιον α ὐ τ ο ὺ ς ἐπισπ*. Ceterum per se non minus tolerandum esse *τὸ ἴδιον αὐτῶν* quam *τὸ ἴδιον αὑτῶν*, vix est quod moneam. Loco Theognidis, qui est v. 439 sq., ubi libri mscr. variant et olim legebatur *αὑτοῦ*, Th. Bergkius edidit: *Νήπιος, ὃς τὸν ἐμὸν μὲν ἔχει νόον ἐν φυλακῇσιν, τὸν δ' αὐτοῦ ἴδιον οὐδὲν ἐπιστρέφεται*. Quin ipse Homiliarum scriptor secundum cod. Op. 402, 15 sq. posuit: *παλαίσας ἐπὶ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ φύσιν βουληθεὶς ἐτράπη*. P. 215, 5 sq. scriptum invenitur: *ἐξ ὑπερβαλλούσης αὑτοῦ εὐσπλαγχνίας — τὸν αὐτοῦ ἔπεμψε προφήτην*. P. 220, 9 sq. codices praebent: *ὁ Θεὸς ὀλοθρεύσει τοὺς μὴ θελήσαντας τὴν εἰς αὑτὸν θρησκείαν ἀναδέξασθαι*. P. 227, 10: *οὐ πεφροντίκασι τῶν ξοάνων αὑτῶν οἱ ἐν αὐτοῖς ὄντες θεοί*. P. 220, 15 sq. in libris mscr. est: *βίωσας χρόνον οὐκ ἔγνω τίς αὐτῷ τε καὶ τῶν αὐτῷ ἐπιχορηγηθεισῶν* vel *ἐπικουρηθεισῶν τροφῶν ὑπῆρξεν εὐεργέτης*. Facile apparet, corrupta esse verba. Davisius scribendum censebat: *καὶ τῶν α ὐ τ ο ῦ*. Nescio an praeterea post haec verba exciderit tale quid, quale est: *ἀ π ὸ τ ῶ ν*, ita ut hanc fere sententiam habeamus: „per subministratos cibos". Porro etiam *αὐτῷ* mutandum erit in *αὑτῷ*, aut pro *αὐτοῦ* reponendum: *α ὑ τ ο ῦ*. P. 222, 11 sqq. editum est tanquam ex utroque codice: *Αὐτίκα γοῦν τῶν Αἰγυπτίων ὑμῶν οἱ ἀρχηγέται — ὑπὸ κακῆς αὐτοῖς ἐνδομυχούσης ἐννοίας πάσῃ αὐτὸ ἀτιμίᾳ ὅσον τὸ κατ' αὐτοὺς ὑπέβαλον*. At dubitet aliquis, an potius legendum sit: *αὑτοῖς*, quamquam similiter variatum est p. 206, 9 sqq. et aliis locis infra tractandis. P. 236, 11 sq. scriptum legitur: *ὅσων ἀπολαύομεν ἀγαθῶν, τῷ αὑτοῦ ἐλέῳ εἰς τὴν ἡμετέραν φιλανθρωπίαν βιάζεται τὴν κτίσιν*, ubi ferendum est etiam *αὑτοῦ*, aeque atque v. 18 *αὑτῆς* commutari poterat cum *αὐτῆς*. P. 241, 3 legitur: *ὁ δὲ ὄντως ὢν τοῦ δοθέντος αὐτῷ νόμου ἐκτελεῖ τὰς πράξεις*, et p. 244, 4 sq.: *ηὔχοντο ὑπὲρ τῶν τὰ κακὰ αὐτοὺς διαθεμένων*, quae non sunt tentanda, quamquam differunt ab eo, quod est p. 244, 6 sq.: *ηὔχετο τῷ πατρί, τοῖς αὐτὸν ἀναιροῦσιν ἀφεθῆναι τὸ ἁμάρτημα*. Contra p. 288, 9 sq. in verbis: *μηδ' οὓς ἀγαπῶσιν, λέγω δὴ γυναῖκας αὐτῶν —, πρὸς τοῦτο προτρέ-*

πωνται, aliquis putet reponendum esse: αὐτῶν, at consensus utriusque Epit. C. CVII praebentis: ἑαυτῶν, fidem facit illud jam antiquitus fuisse positum. P. 373, 10 sq. scriptum reperitur: ὁ δὲ Σίμων, συνεὶς ὅτι πρὸς τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῦ εἴρηκεν. Is qui dixit est Petrus. Vesania autem, contra quam dixit, est ipsius Simonis. Contrario modo locutus est scriptor e. gr. p. 406, 18. — Nunc congeremus exempla pronominis simplicis adhibiti, ubi reflexivum aut reponendum est aut et ipsum usurpari poterat. Agmen ducunt verba p. 29, 15 posita, secundum scripturas supra p. 252 a nobis significatas: ἐάν τις αὐτοῦ vel αὐτῷ προκατορθώσῃ τὴν πολιτείαν, ubi rectius habebit pronomen reflexivum. Proxime sequuntur, quae sunt p. 34, 8: ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀκατάληπτον τὴν αὐτοῦ βούλησιν ἔθετο. Consentit utraque Epit. C. XI. Tertium locum tenent verba p. 54, 7 repraesentata, de quibus diximus supra p. 257. P. 93, 17 et in utr. Epit. C. XXXIV scriptum invenitur: Στὰς οὖν καὶ ἰδὼν — τὸν πάντα λαὸν εἰς αὐτὸν ἀτενίζοντα. P. 109 11. uterque codex praebet: ὁ Θεὸς — θέλει — ἐπίγνωσιν αὐτοῦ καὶ οὐχ ὁλοκαυτώματα. P. 115, 2 sq. receptum est ex codice O: ἵνα καὶ αὐτοὶ οἱ ἀδελφοὶ τῆς πρός σε ἀπειθείας τὸν κίνδυνον αὐτῶν μὴ ἀγνοῶσιν. P. 116, 17 sqq. in utroque codice scriptum est: ὡς γὰρ μοιχὸς ὑπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ πνεύματος προφάσει τινὸς ἑαυτὸν ἀφώρισεν, καὶ τῷ πονηρῷ κατ' αὐτοῦ χώραν ἔδωκε. Similis est locus, qui est p. 372, 5 sq.: ὁμολογεῖ ὁ διδάσκαλος ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας διαλεχθέντα (τὸν πονηρὸν) πεπειρακέναι αὐτόν. P. 141, 6 sqq. est: ὁ Ζεὺς — εὐεργέτης πρὸς τεκνοποιΐαν γενόηται (vid. quae adnotavimus supra p. 265), τὴν αὐτοῦ μῖξιν ἀνθρώποις δωρούμενος. P. 155, 12 sqq.: Κρόνος — Πλούτωνα — κατέπιεν, — δεδιώς, μήποτε τὸ γεννηθὲν ἐξ αὐτοῦ βρέφος, γενναιότερον αὐτοῦ γενομένον, ἀφέληται αὐτὸν τῆς βασιλείας. P. 209, 2 sqq. legitur: πόσοι δὲ ἐπὶ μισθῷ ἑαυτοὺς ἐξέδωκαν, — καὶ οὕτως κηρύξαντες, αὐτῶν τὸ πάθος ἀντιπαθείᾳ ἀποκατασταθέντες, κεχρηματίσθαι τὴν θεραπείαν λέγουσιν. P. 211, 8 sqq. in verbis: οὕτω καὶ τὸν Θεῷ προσφεύγοντα καὶ τὴν δικαίαν πίστιν ὥσπερ εἰκόνα αὐτοῦ ἐν τῇ αὐτοῦ βαστάζοντα καρδίᾳ πάντα τὰ παθοποιὰ πνεύματα τιμᾷ καὶ φεύγει, nescio an praestet: ἐν τῇ αὑτοῦ. P. 221, 5 sq. libri mscr. porrigunt: ὅνπερ γὰρ τρόπον εἷς ἐστιν ὁ Καῖσαρ, ἔχει δὲ ὑπ' αὐτὸν τοὺς διοικητάς cett., qui locus, ni fallor corruptus, comparandus est imprimis cum eo, qui est, p. 302, 4: τρίτον δὲ νεώτερον υἱὸν ἔχων ἔσχε παρ' ἑαυτῷ (sic cod. O) vel αὐτῷ (sic cod. C). P. 226, 11 sqq. rursus variatum est: πλὴν εἰ οὕτως ἔμπνοα ἦν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, ἀφ' ἑαυτῶν ἂν ἐκινεῖτο φωνὴν ἂν εἶχεν, τὴν ἐπ' αὐτοῖς ἀράχνην ἂν (hanc enim voculam inserendam esse arbitror) ἀπεσείετο. P. 247, 14 sqq. repositum est de conjectura: τούτῳ ὁ μήπω προσελθεῖν θέλων ἔτι τὸ τῆς λύσσης φέρει πνεῦμα, οὗ ἕνεκα ἐπὶ τῇ αὐτοῦ σωτηρίᾳ ὕδατι ζῶντι προσελθεῖν οὐ θέλει. Uterque codex praebet: αὐτοῦ, quod cur mutetur caussa idonea non est. P. 270, 3 sqq.: uterque codex porrigit: καὶ ἅμα τῷ ἅψασθαί με τῆς χειρὸς αὐτῆς ὀλολύξασα ὡς μήτηρ μέγα — κατεφίλει με τὸν υἱὸν αὐτῆς vel τὸν αὐτῆς υἱόν. Etiam Epit. alt. C. XC habet: τὸν αὐτῆς υἱόν. In Epit. prior. C. XC perperam typis exaratum est: τὸν αὐτοῦ υἱόν. P. 271, 3 in codice O reperitur: ἡ δὲ ὅλον αὐτῆς τὸ πρᾶγμα τοῦ ἀναγνωρισμοῦ συντόμως διηγήσατο, cujus scripturae rationem habere debebat Dresselius, quum praesertim sequantur verba: καὶ οἱ ἀκούσαντες κατεπλάγησαν, quamvis codicis C lectio αὐτῇ inveniatur etiam in utr. Epit. C. XCI. P. 288, 4 sq. habemus: ἡ ἀξίωσις αὐτῆς τοῦ συμβαπτισθῆναι αὐτῇ τὴν ξενοδόχον. Ex iis, quae sunt p. 339, huc pertinent verba posita de Deo v. 5: τῇ γὰρ αὐτοῦ μορφῇ ὡς ἐν μεγίστῃ σφραγῖδι τὸν ἄνθρωπον διετυπώσατο, et v. 12: τὴν γὰρ αὐτοῦ μορφὴν ἐκδικεῖ — ubi praestare arbitror pronomen reflexivum —, at non item verba, quae habentur v. 7 sqq., haecce: διὸ κρίνας εἶναι τὸ πᾶν αὐτόν, καὶ τὴν αὐτοῦ εἰκόνα τὸν ἄνθρωπον, αὐτὸς ἀόρατος, ἡ δὲ αὐτοῦ εἰκὼν ὁ ἄνθρωπος ὁρατός, ut censuisse videtur Dresselius, interpretatus: „Quare arbitratus se esse omnia, suique imaginem esse hominem" cett. Non videtur dubitandum, quin verba postrema: αὐτὸς — ὁρατός, de sede sua mota sint. Probabile est autem, constructa fuisse cum antegresso verbo διετυ-

πώσατο. Contra verba: διὸ κοίνας — ἄνθρωπον construenda sunt cum verbis sequentibus: ὁ αὐτὸν σέβειν θέλων τὴν ὁρατὴν αὐτοῦ τιμᾷ εἰκόνα, ὅπερ ἐστὶν ἄνθρωπος. P. 362, 5 sq. fieri potest ut codicum scriptura: οὐδ' ὅτι ἑαυτὸν ἕκαστος ἐλθών, ἐφ' οἷς ἐποίησεν, ὡς αὐτὸς ὢν αὐθέντης, αὐτὸν ἤγγειλεν in verbis ἑαυτὸν et αὐτὸν binarum recensionum lectiones servaverit. Ergo alterutrum verbum delendum erit; et ex nostra quidem sententia alterum. De loco corrupto, qui est p. 387, 4 supra p. 314 diximus. Verba et ipsa depravata, quae sunt p. 393, 14, tractabimus infra p. 320. Ex iis, quae leguntur p. 402, praeter verba v. 15 sq. posita, quae jam paullo supra in censum vocavimus, huc pertinent v. 18 sq.: ὁ δὲ ἕτερόν τι γενέσθαι, ὅ, τι θέλει, μὴ δυνάμενος, ὡς ὑποκείμενος τῇ αὐτοῦ φύσει, θνητός ἐστιν, ubi praestare censeo: αὑτοῦ, ut supra p. 299, 9 sq. De loco, qui est p. 403, 16 sq. agemus infra. P. 406, 18 editum est ex codice O: ἧκεν ὁ πατὴρ αὐτόθι, τὸν Πέτρον ἡμῖν περὶ αὐτοῦ διαλεγόμενον καταλαβών. Pronomen αὐτοῦ spectat ad patrem Clementis, non ad Petrum. Denique p. 415, 3 sq. codex O praebet: αὐτοῦ Φαύστου παρακαλέσαντος αὐτόν (sc. τὸν Σίμωνα) ὅτι μὴ ἔθελεν ὁρᾶν τοὺς αὐτοῦ υἱοὺς Ἰουδαίους γεγενημένους, ubi vellem scriptum esset: αὑτοῦ, ne locus perperam accipi ita posset, quasi de filiis Simonis sermo esset. — Redeamus jam in ordinem, ea, quae ad p. 388 adnotanda restant, in medium prolaturi. V. 12 lacunam quae est inter ἔθει et παρὰ, aliquis dicat explendam esse ita, ut inserantur verba: καὶ γάρ. Si tamen aliquid dandum ei, quod, ut Dresselii verbis utamur, supra lacunam signa ^ apparent, potius scribatur oportet: ἢ οὐ, quo facto verba in interrogatione esse posita statuendum erit. — V. 13 quae reperitur lacuna procul dubio ita explenda est, ut scribatur: χαλεπώτατον ἀπαγορεύεται. — V. 19 sq. ita scriptum est, ex parte de conjectura: καὶ ἄλλοι σάρκας ἀνθρώπων ἐσθίουσιν, καὶ οὐ μυσάττονται· καὶ ἕτεροι τὰ κυνῶν καὶ ἄλλα ἄρρητα πράσσουσιν. Codex O: καὶ ἕτεροι κυνῶν καὶ ἄλλοι ἄρρητα πράσσουσιν. Non dubito, quin legendum sit: καὶ ἕτεροι κυνῶν· καὶ ἄλλοι ἄλλα ἄρρητα πράσσουσιν. At verba καὶ ἕτεροι κυνῶν ex praegressis cogitatione supplendum: σάρκας ἐσθίουσιν. Scilicet secundum Sext. Empir. p. 184 Θρᾳκῶν ἔνιοι κυνοφαγεῖν ἱστοροῦνται.

P. 389, 2 ne quis forte mendum latere existimet, moneo, verba sic esse construenda: αἰσθήσει ὑπὸ ἔθους ἐκτραπείσῃ τοῦ κατὰ φύσιν, „e sensu qui more aliquo aversus est ab eo, quod naturae congruens est.“ — V. 4 verba: ὅτι — κλοπῇ οὐδεὶς ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ κολάσει ἥδεται, significare non possunt: „quum poena ob furtum sibi inflicta nullus delectetur“. Omnino non liquet, quid sibi velit commemoratio furti, quum sermo sit de caede. Ergone posuerat sic scriptor: (ὅτι μηδεὶς —) καὶ κοπῆν θεὶς ἐπὶ cett.? Vocabulum κοπὴ „caedem, stragem“ significat in ep. ad Hebraeos VII, 1. — Praeterea dignum est, ad quod quis animum advertat, verbum: αὐτοπαθεῖν paullo supra adhibitum. Est enim perrarum. — Sequuntur v. 4 sqq. verba corrupta: κἂν οὖν ἑνὸς οὐδήποτε ὁμολογουμένου εἶναι ἁμαρτήματα, ἐξ ἀνάγκης καὶ τρίτην κρίσιν πρὸς τὰ ἁμαρτήματα ὀρθῶς ἔστι προσδοκᾶν. Tentavit locum jam Uhlhornius l. c. p. 199, adn. 70, verum ita, ut ferri non possint ipsius conjecturae. Nobis non tam verba οὖν ἑνὸς mendosa esse videntur quam vocabulum οὐδήποτε, pro quo reponendum proponimus: οὐ δήποτε. Porro verba καὶ τρίτην, in quibus jure offendit Uhlhornius, mutanda censemus in: καὶ κάρτα τήν. — V. 14 sqq. Dresselius codicis O scripturam recepit hancce: ἀλλ' ἵνα μὴ δόξωσί τινες τῶν παρεστώτων, ὅτι ἀδυνατῶ πρὸς τὰ ὑπὸ σοῦ ῥηθέντα ἀποκρίνασθαι (προφάσεως διαμηχανῶμαι) ἐρῶ cett. Postrema verba sensu omnino cassa sunt. Scribendum: ὅτι, ἀδυνατῶν — ἀποκρίνασθαι, προφάσεις διαμηχανῶμαι. Προφάσεις διαμηχανῶμαι significat: „praetextus (ne loqui opus habeam) molior summo studio“. — V. 17 legendum: ἆρά γε. — V. 18 reponendum: οὐδὲ μὴν, quod ipsum legitur paullo infra, p. 390, 6. — V. 20 scriptum oportuit: ἔστι.

P. 390, 2 pro οὔτ' οὖν legendum: οὔκουν. — V. 10 sqq. verba ita constituit Dresselius: ὅτε αὐτοῦ καὶ ἡ κρᾶσις εὔκρατός ἐστιν, ἵνα μὴ ὀξείας [φύῃ]

ὁρμάς· ἔτι τε καὶ γνῶσις ἄπταιστος, ἵνα μή τι τῶν κακῶν ὡς ἀγαθὸν π[ικροποιοῦν] τε ἀλγοῦν ἔσται, ἵνα μὴ θνητὸς ᾖ. Equidem pro φύη, quo vocabulo Dresselius priorem lacunam explevit, scriptum fuisse conjicio: ὁρμᾷ, quod facillime intercidere potuit ante ὁρμάς. Platon Parmen. p. 135 D: καλὴ καὶ θεία ἡ ὁρμή, ἣν ὁρμᾷς ἐπὶ τοὺς λόγους. Quae inde a verbis ἵνα μή τι leguntur, prorsus inepta sunt. Codex O praebet: ἀλγῶν. Locus sic restituendus erat: ἵνα μή τι τῶν κακῶν ὡς ἀγαθὸν π[αραδέχηται]· [οὔ]τε ἀλγῶν ἔσται cett. Ad verba οὔτε ἀλγῶν ἔσται ex antegressis repetendum: ὅτε. De sententia hujus enuntiati cfr. p. 389, 18 sqq. Num παραδέχηται genuina scriptoris manus sit, in medio relinquendum; at simile aliquod vocabulum lacuna haustum esse, certum videtur. Ceterum vide an pro ἐστιν, quod est post εὔκρατός, v. 11, scribendum sit: ἔσται, aeque atque paullo post legitur ἀλγῶν ἔσται. — V. 18 scr.: ᾗ τε γάρ. Τε γάρ est „etenim", ut p. 171, 16, p. 268, 19. Cfr. etiam p. 120, 14.

P. 391, 7 haud scio an pro ἀμέτρῳ reponendum sit: ἀμέτρως, „immodice". Cfr. p. 46, 2. Infra p. 399, 15 sq. est: παρὰ τὸ μέτρον ἐξελθών. — V. 8 secundum codicem O scriptum erat: καταξίαν, contra quam p. 93, 2, 126, 16, 127, 2, 132, 7, 339, 11, 354, 9 factum est, ubi eadem in illo codice scriptura reperitur. Similis vero inconstantiae exempla reperiuntur etiam alibi. Sic p. 280, 6 editum: καταρχὰς, contra p. 385, 8 et p. 392, 3: κατ' ἀρχάς, p. 119, 4 et p. 296, 10: καθημέραν secundum codicem O, ubi cod. C praebet: καθ' ἡμέραν, at p. 284, 5 καθ' ἡμέραν ex cod. C, quamquam cod. O habet: καθημέραν. — V. 9 scribendum: ἐπὶ τῷ θανάτῳ pro ἐπί τε θ. — V. 11 pro εἶμεν legendum censeo: ἦμεν.

P. 392, 5 forsan legendum: ἐκτότε οἱ κατὰ διαδοχὴν υἱοί. Subinde non recte Dresselius lacunam explevit eo quod inseruit voculam: ὡς. Videtur autem statuisse, verbum δεῖν positum esse pro δέον. Equidem conjecerim, intercidisse vocabulum tale, quale est: τότε, vel: ποτὲ. Cfr. verba, quae sunt v. 11 sq., de quibus paullo infra sermo erit. Dictio τότε vel ποτὲ μὴ δεῖν pendebat ex verbo ἀγνοίας. — V. 6 sqq. a Dresselio verba ita sunt restituta: ὅθεν καὶ [διδάσκ]αλος ἡμῶν περὶ τοῦ ἐκ γενετῆς πηροῦ καὶ ἀναβλέψαντος παρ' αὐτοῦ ἐξετά[ζων ἐρωτήσασιν], εἰ οὗτος ἥμαρτεν ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ, ἀπεκρίνατο. Rectissime scripturas codicis O ἐν et ἐγεννήθη mutavit in εἰ et γεννηθῇ. De iis vero, quae praestitit ad lacunas explendas, secus statuendum. Pro διδάσκαλος reponendum videtur: ὁ διδάσκαλος. Ἐξετάζων omnino caret sensu. Non dubito, quin scriptum fuerit: ἐξετάζουσιν vel ἐξετάσασιν ἡμῖν. Similiter locum expedivit G. Volkmar in Annal. theol. Tubingens. 1854, Fasc. III, p. 449. — V. 11 sq. haec leguntur: καὶ ἀληθῶς ἀγνοίας αἰτίᾳ τὰ τοιαῦτα γίνεται. ἤτοι τῷ μὴ εἰδέναι πότε δεῖ κοινωνεῖν τῇ γαμετῇ, εἰ καθαρὰ ἐξ ἀφέδρου τυγχάνει. Quibus vitium subesse, quis non videat? Ego verosimillimum duco, postrema verba, εἰ — τυγχάνει, a principio explicandi caussa fuisse adscripta et sic verborum in perpetuitatem irrepsisse. Ceterum ante ἤτοι incidendum erat puncto minore. — V. 14 sq. scribendum: καὶ πρὸς τὸ μὴ πάσχειν καὶ ἄλλους αὐτὸν θεραπεῦσαι δυνάμενον (pro δυναμένους) εὑρήσεις (sic recte Dresselius). Ἄλλους pendet ex θεραπεῦσαι, αὐτὸν — δυνάμενον ex εὑρήσεις. Documento sunt verba proxime sequentia: αὐτίκα γοῦν Μωϋσῆς διὰ εὐσέβειαν ἀπαθὴς τὸν πάντα τῆς ζωῆς διετέλεσε χρόνον, καὶ τοὺς Αἰγυπτίους δι' ἁμαρτίας πάσχοντας εὐχαῖς ἰᾶτο.

P. 393, 13 sq. editum est: ᾧ δ' ἂν μὴ ἀρέσκῃ ὁ κλῆρος, ἔνεστιν ἐκκλήτως χρησάμενον καὶ νομίμως διαδικασάμενον τὸν ὑπ' αὐτοῦ ὑπαλλάξαι βίον. Facile apparet, bina in his verbis esse menda. Pro ἐκκλήτως sine dubio reponendum: ἐκκλήτῳ. Ἔκκλητος substantivum est et valet „appellatio, provocatio", cfr. Harpocrat., Suid., Etym. M. s. v. et Zonaras p. 930. Sic etiam paullo infra, v. 15: τίς οὗτος ὁ κλῆρος, καὶ ἔκκλητος, quo loco nostra emendatio eximie confirmatur. Praeterea nihili sunt verba: τὸν ὑπ' αὐτοῦ— βίον. Conjicio positum fuisse: αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ cett., ita ut αὐτὸν esset accusativus subjecti, βίον vero objecti accusativus. Esse autem scriben-

dum: αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ, non αὐτὸν ὑφ' αὐτοῦ, post Elmslejum ad Eurip. Heraclid. v. 144 et 814 atque Bernhardyum Synt. p. 287 monuit H. L. Ahrensius de Dialect. Dor. p. 274. — V. 18 sqq. ita scriptum est: μήτι νομίσῃς, ὡς ἐπειδὴ εἰς ἕκαστον κεφάλαιον ζητῶν [σε] συνετιθέμην. ὡς πληροφορούμενος ἐφ' ἕτερον ἐρχόμενον κεφάλαιον; ἀλλ' ἀγνοίας σοι τὸ πείθεσθαι παρεῖχον, ἵνα ἐπ' ἄλλο ἐλθῃς κεφάλαιον, ὅπως πάσης ἀγνοίας σου μαθὼν μὴ στοχαζόμενος καταγινώσκω σου. ἀλλὰ πεπληροφορημέ[νων] νῦν ἤδη τριῶν ἡμερῶν μοι συγχώρησον, καὶ ἐλθὼν δείξω σε μηδὲν εἰδότα. Scatent haec mendis. Ac primum quidem σε a Dresselio ad lacunam explendam invectum nequit ferri. Scribendum: σοι, quod verbum tam cum συνετιθέμην quam cum ζητῶν (cfr. p. 377, 5, 394, 13) construere licet. Deinde apparet, in verbis vel post verba ὡς πληροφορούμενος — κεφάλαιον excidisse verbum finitum, quod vocant, ex ὡς, quod est ante ἐπειδή, pendens. Conjiciat aliquis, scriptum fuisse: ἠνειχόμην ἐρχόμενον, vel: ἕτερον ἠρχόμην κεφάλαιον. Post vocabulum κεφάλαιον puncto incidendum. Deinde legendum videtur: ἀλλ' ἀγνοίᾳ σοι τοῦ πείθεσθαι δόξαν παρεῖχον, cett. Codex O praebet: τοῦ πείθεσθαι. Pendet hic genitivus ex δόξαν, dativus ἀγνοίᾳ ex πείθεσθαι, dativus σοι ex παρεῖχον. — Quod ad postrema verba attinet (ne pluribus refutem Dresselii sententiam, πεπληροφορημένων scribentis et cum ἡμερῶν construentis atque ita interpretantis: „quum jam praeterierint"), moneo tantummodo, non tertium hunc, de quo jam sermo est, sed quartum esse disputationis diem. Praeterea non est ferenda Dresselii explicatio verborum: μοι συγχώρησον et ἐλθών, „mecum dissere" atque „continuando" interpretantis; sed iis, quae sequuntur, probe perpensis, elucebit, post μοι συγχώρησον („mihi permitte") intercidisse infinitivum verbi alicujus notione abeundi vel absentiae instructi. Jam quum codex O pro νῦν ἤδη praebeat: νῦν δέ, non dubito, quin locus ita sit restituendus: — ὅπως — μὴ στοχαζόμενος καταγινώσκω σου, ἀλλὰ πεπληροφορημένος. νῦν δὲ τριῶν ἡμερῶν μοι συγχώρησον ὑποχωρῆσαι. Quam egregie sibi opposita sint verba στοχαζόμενος et πεπληροφορημένος, „conjectans" et „plane persuasus, certo sciens" (cfr. p. 17, 16), ultro apparet.

P. 394, 7 προλήψεις μου κατέφερες significat „praejudicatas opiniones contra me proferebas". Locus, ad quem respicit Simon, est p. 318, 9 sq. — V. 9 in corrupta codicis scriptura: καὶ τί σοι φαίνομαι ὀρθῶς κρίνειν εἰδώς, ἢ οὔ; fieri potest ut post καὶ aliquid interciderit. Quo probato, sequentia verba sic erunt constituenda: τί σοι φαίνομαι; ἢ ὀρθῶς cett. — V. 10 sq. locus est difficilis ad restituendum nec profecto a Dresselio sanatus ita scribente: εἰ μὲν γὰρ ὀρθῶς κρίναντά με φαίης, μὴ συνθῇ, ἵνα μὴ φαίνῃ προειλημμένος, ὁ καὶ μετὰ ὁμολογίαν ἥττων συνθέσθαι μὴ θέλων. Pro ἵνα μὴ φαίνῃ codex O praebet: δὲ σὺ φαίνῃ, et ἧτταν pro ἥττων. Sententiarum nexus postulare videtur, ut is qui loquitur Simonem jubeat adstipulari (συνθέσθαι) Petro. Ergo haec fere posita fuisse verba conjicias: — φαίης, μὴ ὀκνήσῃς συνθέσθαι, μὴ φαίνῃ προειλημμένος ὡς καὶ μετὰ ὁμολογίαν ἥττης συνθέσθαι μὴ θέλων. De usu verbi προειλημμένος, „deprehensus," cfr. Sap. Salom. XVII, 17 et Epist. ad Galat. VI, 1. — V. 12 sq. apographum Dresselianum praebebat: ἀποφαινόμην. — Mox, v. 13 sqq., haec habentur edita: — ἢ τοῦ ζητεῖν αὐτῷ ἐπὶ πάντων μὴ παύσῃ, ἐπεὶ ἔσται σοι ἑκάστοτε ἡττωμένῳ καὶ συντιθεμένῳ. ἢ δὲ τὸ αἰδεῖσθαι ἔχεις ἀπὸ πάντων τῶν ἀκροατῶν ἀντὶ μεγίστης τιμωρίας καταγινωσκομένῳ καὶ ἀσχημονοῦντι ὑπὸ συνειδήσεως τὴν σεαυτοῦ ἀλγεῖν ψυχήν. Pro αὐτῷ apographum Dresselianum praebet: αὐτῶ. Illud ego recipere non dubitavi. Nam dictione ζητεῖν τινι saepius usus est hic scriptor (cfr. adnot. ad p. 393, 18 sqq.) et sane pluries in codice O similiter omissum est iota subscriptum. Sed procul dubio valde turbata sunt verba, quae inde ab ἐπεὶ ἔσται leguntur. Locus ita restituendus videtur: ἐπεὶ ἔσται σοι ἑκάστοτε ἡττωμένῳ καὶ συντιθεμένῳ, εἰ δὴ τὸ αἰδεῖσθαι ἐπὶ πάντων τῶν ἀκροατῶν ἔχεις ἀντὶ μεγίστης τιμωρίας, καταγινωσκομένῳ cett. Fieri etiam potest ut ἔχεις post μεγίστης vel post τιμωρίας collocatum fuerit. Construenda verba: ἔσται σοι ἀλγεῖν. Ἐπὶ

πάντων τῶν ἀκροατῶν significat: „coram omnibus auditoribus“, aeque atque paullo supra v. 14: ἐπὶ πάντων, „coram omnibus“. Cfr. etiam dictionem τὸν ἐπὶ τῶν ὄχλων ἔλεγχον, quae est p. 373, 13, ut alia taceam exempla praepositionis ab hoc scriptore saepius eodem significatu adhibitae. — V. 18 sqq. quae reperimus verba: πέρας γοῦν οὐκ οἶμαι, σὲ ἐπὶ τὴν ζήτησιν ἐλθεῖν, ὡς ὑπέσχου, ἀλλὰ πρὸς τῷ δοκεῖν μὴ αἰτιᾶσθαι ἐξιὼν ἐπανελθεῖν ὑπέσχησαι, ea etiamnunc duo continent menda. Dictio πρὸς τῷ δοκεῖν sensum idoneum non praebet. Corrigendum: πρὸς τὸ δοκεῖν, „ut videreris“. Praeterea Dresselii conjectura αἰτιᾶσθαι non satisfacit. Codex O: αἰτεῖσθαι. Scribendum erat: ἡττῆσθαι.

P. 395, 5 sq. ne quis de mendo suspecta habeat verba: μετὰ τῶν συνηθεστέρων εἰσιὼν οἴκοι ἐκαθέσθη, moneo, construenda esse verba εἰσιὼν οἴκοι, ita ut οἴκοι sit „domum“, secundum usum rariorem, cujus exemplum exstat etiam in Xiphilini Excerptis ex Cassio Dione 75, 9: οἴκοι ἀναχωρησάντων. — Contra corruptelae manifesta sunt verba, quae sunt v. 7: ὁ θεός, ὁ ἐκλεξάμενός σε καὶ σοφίας ἀναπαύσεως μὲν ἕνεκεν τῶν εὐγνωμόνων. Ocius corrige: σοφίσας. Σοφίζειν, quo verbo hic scriptor usus est etiam p. 118, 19, et p. 351, 6, significat: „sapientem reddere, instituere“. — V. 9 sq. haec reperiuntur scripta: καὶ ἡμῖν δὲ περὶ πονηρῶν διαλεχθῆναι σε ἀξιοῦμεν, ἐλπίζοντες γνησιώτερόν σε ἡμῖν τὸν περὶ αὐτοῦ ἐκφάναι λόγον. Vocabulum πονηρῶν quum jam eam ob caussam offendat, quod plurale est, tum in πονηροῦ mutandum esse monstrat sequens περὶ αὐτοῦ. Cfr. etiam p. 396, 3 et 13. Pro ἐκφάναι apographum Dresselianum praebet: ἐκφάνει. Ergo aliquis conjiciat scribendum esse: ἐκφανεῖν. Ego tamen nescio an potius scriptum fuisse dicam: ἐκφῆναι. De aoristo verbis sperandi subjuncto cfr. Lobeck. ad Phrynich. p. 751 sq. Neque vero opinor, quemquam probaturum esse ἐκφάναι, provocantem ad Hesychium, apud quem ἐκφάναι explicatur per φανερῶσαι. Quippe jam L. Dindorfius in Thes. Stephan. ed. Paris. Vol. III, p. 619 animadvertit scribendum videri: ἐκφᾶναι, ita ut vox sit a scriptore Dorico adhibita. Locutio ἐκφαίνειν λόγον saepius reperitur, cfr. e. g. Eur. Hippol. v. 881, Herod. VII, 160, Thales ap. Diog. Laert. I, 43. — V. 17 Dresselius scripsit: ὡς αὐτῷ ἔθος ἦν πρὸς τοὺς γνησι[ωτέρους] λέγεσθαι, quae verba sic fecit latina: „quemadmodum mos ei erat cum familiaribus colloquendi“. Quin γνησιωτέρους genuina sit hujus scriptoris manus, dubitare non sinit locus, qui est p. 413, 17. Exempla vocabuli γνήσιος a recentioribus Graecis ad „cognatum, familiarem“ significandum adhibiti congessit G. Dindorfius in Thesaur. Stephan. ed Paris. V. II, p. 671. Sed pro λέγεσθαι repositum oportuit: διαλέγεσθαι, quo verbo hic scriptor etiam in antegressis usus est.

P. 397, 2 legimus: τὸ δὲ πνεῦμα καὶ αὐτὸ οὐ τριτογενὲς ὄν, ἀλλὰ τριμερές cett. At vocabulnm τριτογενὲς corruptum esse, etiam Uhlhornius vidit, cfr. l. c. p. 190, adnot. 58. Conjecit is, scribendum esse: τετραγενές. Quod quum sit „ex quattuor elementis ortum“ secundum Homil. XX, 8, (cfr. etiam XX, 5, p. 400, 12 sq., XX, 7, p. 403, 10 sqq.) bonam oriri sententiam existimat; dici enim: σῶμα τετραγενὲς esse, πνεῦμα vero non esse τετραγενές. Verum enim vero verbis: τὸ δὲ πνεῦμα καὶ αὐτὸ οὐ τετραγενὲς ὄν, potius significatum esset, neque σῶμα esse τετραγενές. Omnino non liquet, qua ratione sive τετραγενὲς sive τριτογενὲς oppositum esse possit ei, quod est τριμερές. Non dubito, quin legendum sit: ταυτογενὲς, „ejusdem generis, ex uno eodemque constans“. — V. 5 nollem Uhlhornius l. c. pro φυραμάτων δύο scribendum proposuisset: φ. δυοῖν, satis enim frequens est δύο indeclinabile, quod etiam paullo post, v. 14, invenitur. — V. 7 in verbis ἡ μὲν οὐρανῶν λεγομένων, ἡ δὲ τῶν ἐπὶ γῆς νῦν βασιλευόντων pro λεγομένων scribendum: λεγομένη. Cfr. p. 389, 11 sq., ubi mentio fit τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας. — Difficilia ad emendandum sunt verba, quae leguntur v. 10 sqq.: ὁ δὲ ἕτερος, καὶ αὐτὸς βασιλεὺς ὑπάρχων τοῦ ἐσομένου αἰῶνος, στέργει πᾶσαν ἀνθρώπων φύσιν, ἐν τοῖς παροῦσι τὴν παρρησίαν ἔχειν οὐ δυνάμενος, [ἀλλ'] ὥς τίς ποτ' ἐστὶ λανθάνειν πειρώμενος τὰ συμφέροντα συμβουλεύει. Inesse

enim plura menda certum est. Et primum quidem dictio *καὶ αὐτὸς* ferri non potest. Sensit ejusmodi quid Dresselius, verba sic latina faciens: „rex et ipse, futuri quidem aevi". Sed haec locum capiendi ratio nullam habet probabilitatem. An scriptum erat: *κληρωτὸς*, similiter atque antea de altero rege dictum est: *βασιλεύειν χειροτονεῖται*? Deinde in verbis *ἐν τοῖς παροῦσι* intercidisse particulam aliquam adversativam, vero est simile. Denique dubito an tam supplementum Dresselii *ἀλλ'* quam codicis scriptura *ὡς* genuinam scriptoris manum non praestet. Ergone legendum: *ἐν δὲ τοῖς παροῦσι, τὴν παρρησίαν ἔχειν οὐ δυνάμενος, [αὐ]τοῖς* (sc. *τοῖς ἀνθρώποις*), *τίς ποτ' ἐστὶ λανθάνειν πειρώμενος, τὰ συμφέροντα συμβουλεύει*? — V. 14 Dresselius scripsit: *τῶν δὲ δύο τούτων [ὁ ἕτερος] τὸν ἕτερον ἐκβιάζεται*. Et sane lacuna aut hoc modo explenda est (cfr. p. 329, 6) aut ita, ut *ἑκάτερος* inseratur, quo de vid. p. 387, 16.

P. 398, 6 dubitare licet, pro *δίκην ὑπέσχειν* utrum *δ. ὑποσχεῖν* an *δ. ὑπέχειν* scribendum sit. Mihi accentus ratione habita alterum facilius ideoque probabilius videtur. An quis existimat positum fuisse: *ὑπίσχειν*? — V. 15 sq. quum *συμβεβηκόσιν* ineptum et verbo finito opus sit, non dubito, quin legendum sit: *συμβεβήκασιν*, „orti sunt". — V. 18 sqq. haec habemus verba: *ὅθεν δὴ καὶ πατὴρ τυγχάνει πάσης οὐσίας οὔσης γνώμης τῆς κατὰ τὴν κρᾶσιν· ἔξω γὰρ κραθεῖσιν αὐτοῖς ὡς τεκνὸν ἡ προαίρεσις ἐγεννήθη*. Quorum priorem partem corruptam esse pro certo habeo. Videntur autem inter *οὐσίας* et *οὔσης* plura verba excidisse, in quibus de ortu duorum regum vel ducum sermo erat. Ad hos enim spectat vocabulum *αὐτοῖς*. Ante *ὅθεν δὴ* puncto minore incidendum.

P. 399, 7 sqq. Dresselius scripsit: *ὅθεν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν, ὡς ἄλλοτε εἶ[πον], διαδοχὴν βίου ἔχοντες, ταύτην πληροφοροῦσιν, ὡς ἔτυχεν ἡμ[έρων] παίδων φθορᾷ, ἢ ἄλλῃ τινὶ κολακευούσῃ ἁμαρτίᾳ*. Quod priore lacuna posteriorem verbi *εἶπον* syllabam absorptam esse existimavit, procul dubio verum vidit. Cfr. de re p. 390, 18 sqq. Sed necesse est post illud vocabulum etiam exciderit praepositio *εἰς*. *Εἰς διαδοχὴν βίου* prorsus respondet ei, quod paullo infra, v. 13, reperitur: *ἵνα διαδοχὴ βίου γένηται*. Alteram lacunam a viro docto inepte expletam esse, quis non videat? Quovis pignore contenderim, locum ita constituendum esse: *ταύτην πληροφοροῦσιν ὡς ἔτυχεν, ἡμιπεπάνων* vel — id quod mihi probabilius videtur — *ἡμιπεπείρων παίδων φθορᾷ*. *Ἡμιπέπανοι* sive *ἡμιπέπειροι παῖδες* sunt „semimaturi, semiadulti pueri". Utriusque adjectivi usus rarus quidem est, at neutrum in dubitationem vocare licet. Vocabulum *φθορὰ* de vitiando intelligendum. De occisione infantium neque hic cogitandum neque loco consimili, qui est p. 133, 10, ubi *οἱ θεοὶ* appellantur *παίδων φθορεῖς*. — Adnotatu etiam digna locutio *ἐπιθυμίαν πληροφορεῖν* eodem sensu, quo paullo infra *ἐπιθυμίαν πληροῦν*, adhibita. Similiter Paulus in epist. II ad Timoth. v. 5 posuit: *τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον*. — V. 14 apographum Dresselianum praebebat: *ἐστι*.

P. 400, 3 scribendum: *ἐκ τοῦ Ἀδὰμ ἀνόμοιοι* (pro *Ἀδὰμ ὁποῖοί*) *τινες ὄντες δύο ἐγεννήθησαν*. Cfr. etiam v. 10 et 11. — V. 8 pro *νομίσας* corrigendum: *νομίσῃς*. — V. 73 codicis O scriptura *καὶ ὡς* minime mutanda in: *ὡς καὶ*, sed in: *καὶ ὧς*, „atque ita". — V. 19 sq. Dresselius sic scripsit: *ἄτρεπτον γὰρ καὶ ἀεὶ ὤν, ὁπ[όταν] προβάλλειν βουληθείη, ἀνάγκη πᾶσα τὸ προβαλλόμενον αὐτῷ ὡσαύτως [εἶναι] τὰ πάντα τῷ γεγεννηκότι*. At *ἄτρεπτον* mutandum erat in: *ἄτρεπτος*. Cfr. p. 401, 1. Deinde dubitandum, num *ὁπόταν* genuina sit hujus scriptoris manus. Equidem potius conjecerim, posuisse eum: *ὁπότε*. Contra fieri potest ut verum viderit Dresselius, quum lacunam, quae est post *ὡςαύτως*, explevit per verbum *εἶναι*. Dictio *ὡςαύτως εἶναι τῷ γεγεννηκότι* significat „eodem loco esse, quo is qui genuit." Vel sic tamen illam conjecturam non ausim certam habere.

P. 401, 15 nescio an scriptum fuerit: *καὶ τούτῳ ταύτῃ μᾶλλον ἔστι πιστεῦσαι, ἢ* cett. In apographo Dresseliano erat: *μᾶλλόν ἐστι*. — V. 18. verba *τοιοῦτον κατὰ μεταβολὴν καὶ τρόπην* sana non sunt. Scribendum

videtur: *τοιοῦτον τρόπον κατὰ* cett., aut: *τοιοῦτον κατὰ τρόπον κατὰ* cett.

P. 402, 8 apographum Dresselianum porrigebat: *ἐννόησεν*. Licet igitur etiam de *ἐνενόησεν* cogitare, sed *ἐνόησεν* probabilius videtur. — Lacunam, quae est v. 10, recte expletam esse a Dresselio, extra dubitationis aleam positum videtur. Licet autem graece aeque bene dicere *ἀποθανεῖν φύσιν ἔχει τις* atque *φύσιν τοῦ ἀποθανεῖν ἔχει τις*, quae dictio reperitur p. 405, 6 sq. Cfr. e. gr. p. 115, 18, 391, 6 et 401, 12 sq. — V. 11 sqq. haec reperiuntur scripta: *ἢ γὰρ οὐκ ἄγγελοι ἀγήρως [ὑπάρχοντες] καὶ πυρώδους οὐσίας εἰς σάρκα μετετράπησαν, καὶ οἱ παρὰ τῷ Ἀβραὰμ [ξενι]σθέντες* cett. In apographo Dresseliano reperitur: *ἢ γάρ*. Ad vocem *ἀγήρως* Dresselius adnotavit, se codicis scripturam mutare noluisse; credo, quod supplementum *ὑπάρχοντες* non prorsus certum haberet. Et profecto ipsa illa scriptura scrupulum injicit de veritate conjecturae quantumvis ad sententiam aptissimae. Utrum igitur interciderunt verba: *φύσεις ἔχοντες*, an posuerat hic scriptor: *ἀγήρω σώματα ἔχοντες*? Deinde *καὶ οἱ* ferri nequit. Conjiciat aliquis, scriptum fuisse: *ἐκεῖνοι οἱ*, aut: *οἱ καὶ*. At equidem non dubito, quin particula *καὶ* vocabuli alicujus omissi indicium contineat. Nimirum scriptum erat: — *εἰς σάρκα μετετράπησαν καὶ αἷμα, οἱ παρὰ* cett. Dictio *σὰρξ καὶ αἷμα*, de qua disputavit Fritzschius Quat. N. T. Evang. I, p. 535, periphrasin facit totius hominis animalis, ut apud Siracid. XIV, 18, Matth. XVI, 17 et in epist. ad Hebr. II, 14. — V. 15 haec reperimus typis expressa: *καὶ ὁμῶς παλαίσας ἐπὶ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ φύσιν βουληθεὶς ἐτράπη. ἤδη εἰς πῦρ μεταβαλλόμενος τοῦ Ἰακὼβ τὸ πλατὺ νεῦρον οὐκ ἔκαυσε μέν*, cett. Apographum Dresselianum praebebat: *ὅμως*. Universus locus sic videtur esse constituendus: *καὶ — ἐτράπη ἤδη εἰς πῦρ μεταβαλλόμενος, ὡς τοῦ Ἰακὼβ* cett. Vocem *ἤδη* interpretari licet „statim quum voluit“ vel „revera“; *ὡς οὐκ ἔκαυσε μὲν* significat: „quum non quidem combussisset“.

P. 403, 1 sq. in verbis *καὶ ὁμοούσιον μὴ παρούσῃ τροπῇ προβάλλει, ἰσοδύναμον δὲ οὔ*, quomodo ferri possit *μή*, neque ego video, et Dresselius ipse in interpretatione latina plane omisit vocabulum. Scribendum: *μέν*. — V. 4 pro *προβάλλων* reponendum videtur: *προβαλών*, et v. 4 *προβαλόντος* pro *προβάλλοντος*. In apographo Dresseliano hoc altero loco reperitur *προβαλλόντος* (sic). Paullo infra v. 12 codex revera habet *προβαλόντος*. Cfr. etiam adnot. ad p. 378, 14 et p. 379, 1. — Ad v. 6 Dresselius adnotat, quum Michaeam scriptor jam semel produxerit, haud dubie aliud nomen reponendum esse ex illis, quae enumerantur Hom. II, 1. Sane aut hoc loco aut p. 399, 5 nomen mutandum erit. Videtur autem probabilissimum, alterutro loco scriptum fuisse: *Ζακχαῖος*. — Quae v. 8 sq. leguntur verba: *εἰ δὲ ὁμοίως γεγόνασιν, ἀδελφοὶ εἶναί μοι δοκεῖ*, aperte mendosa sunt. Scribendum: *ἀδελφοί εἰσιν, ἐμοὶ δοκεῖ*. Similiter e. g. Pausan. V, 27, 5: *δοκεῖ μοι δή, τοῦ Ὀνατᾶ μαθητὴς ἢ παῖς ὁ Καλλιτέλης ἦν*. An quis censet, legendum esse: — *εἰσιν, ἐμοὶ δοκεῖν*? — V. 9 sqq. sequitur locus, qui plures naevos adspersos habet: *εἴπερ μέμνησαι, ὧν ἐν ἀρχῇ εἶπον, ὅτι τοῦ πονηροῦ ἡ τετραγενὴς τοῦ σώματος οὐσία πεφυλοκρινημένη ὑπὸ τοῦ θεοῦ προεβλήθη, ἔξω δὲ αὐτῆς κατὰ τὴν τοῦ προβαλόντος βουλὴν ἐκράθη πρὸς τὴν κρᾶσιν ἡ κακοῖς χαίρουσα προαίρεσις. ὡς νοεῖν, ὅτι θεοῦ μὲν τέκνον ἡ τετραγενὴς ἐξ αὐτοῦ προβληθεῖσα οὐσία, ἡ καὶ αὐτὴ οὖσα ἀεί. διὰ τί δὲ ἔξω ὑπ' αὐτοῦ κραθείσης οὐσίας ἡ συμβεβηκυῖα κακοῖς χαίρουσα προαίρεσις ἐπεγίνετο; καὶ οὕτως οὔτε ὑπὸ τοῦ θεοῦ γεγέννηται, οὔτε ὑφ' ἑτέρου τινός, ἀλλ' οὔτε ὑπ' αὐτοῦ προβέβληται οὔτε αὐτομάτως προελήλυθεν, οὔτε ἀεὶ ἦν* cett. Tentavit locum etiam Uhlhornius l. c. p. 180, adn. 39. Pro *πεφυλοκρινημένη*, quae vox sane in apographo Dresseliano reperitur et ab Uhlhornio admittitur, scribendum est: *πεφιλοκρινημένη*, quo vocabulo usus est Homiliarum scriptor p. 381, 14, de eadem re agens. *Ἐκράθη* Dresselii conjectura est, codex O praebet: *κραθείσῃ*. Quo fere modo constituenda sint verba, monstrant ea, quae paullo post leguntur inde a verbis *ἔξω ὑπ' αὐτοῦ*, et alii

similes loci, ut p. 374, 7, 378, 4 sq., 386, 10 sq. et 14 sq., 403, 18 sq. Quibus perpensis verosimillimum censeo, scriptum fuisse: ἔξω δὲ αὐτῆς — κραθείσης πρὸς τὴν κρᾶσιν συμβέβηκεν cett., nisi quod concedo, etiam fieri posse ut positum fuerit: αὐτῇ — κραθείσῃ. Locutio πρὸς τὴν κρᾶσιν significat: „secundum mistionem", valet igitur fere idem quod p. 374, 7, 378, 4, 403, 18 dictio τῇ κράσει. Subinde διὰ τί Dresselius reposuit; codex O praebet: τὶς. Illa conjectura minime consultum esse loco depravato, pluribus demonstrare opus non est. Est autem sic constituendus: ὡς νοεῖν, ὅτι θεοῦ μὲν τέκνον — ἀεί, τῆς δὲ — ἐπεγίνετο. Denique verba: ἀλλ' οὔτε ὑπ' αὐτοῦ προβέβληται, quum praesertim pro οὔτε exhibet: οὐ δὲ, ita sunt restituenda, ut scribatur: ἀλλ' οὐδὲ ὑφ' αὐτοῦ vel — id quod probabilius duco — ὑπ' αὐτὸς αὐτοῦ προβέβληται. Dictio ἀλλ' οὐδὲ significat: „neque vero", ut p. 411, 1. Pari injuria supra p. 27, 3 dictio οὐδὲ γάρ, h. e. „neque enim", quam praebet codex O, cessit scripturae codicis C οὔτε γάρ. Utroque loco est οὐ — οὔτε, ut saepius. De locutione ὑπ' αὐτὸς αὐτοῦ cfr. adnot. ad p. 393, 13. Verbis hisce apte opposita sunt verba: οὔτε αὐτομάτως προελήλυθεν. Namque vocabulum αὐτομάτως non „sponte" significat, ut existimavit Dresselius, sed „casu". Comparandus est imprimis locus, qui est p. 378, 7 sq., ubi ut verba: ἑαυτὸν δημιουργήσας respondent verbis: ὑφ' αὐτοῦ vel ὑπ' αὐτὸς αὐτοῦ προβέβληται, sic pro verbis ineptis: ὑπὸ θεοῦ γεγονώς, secundum verba: οὔτε αὐτομάτως προελήλυθεν, corrigendum censeo: ὑπὸ τοῦ (vel ὑπ') αὐτομάτου, si hanc dictionem aequo jure adhibitam fuisse conjicere licet atque usitatiorem illam: ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, eamque quae supra p. 169, 7 et 208, 4 invenitur: ἐκ τοῦ αὐτομάτου, ἐξ αὐτομάτου.

P. 404, 6 ex mea sententia codicis O scriptura μνημονεύετε minime mutanda erat in μνημονεύεται. Quidni enim aptum „mementote"? — V. 7 quod legitur: οὐ δὲ, mihi debetur; in apographo Dresseliano potius οὐδὲ inesse videtur. — V. 9 sq. Dresselius haec verba posuit: ἐν γὰρ τῷ λέγειν ἴσως οὐχ ὡς ἔχων ὁ φθεγξάμενος ἁμαρτήσεται, quae ita latina fecit: „nam inter loquendum forsan is, qui loquitur, peccat inscitia". At enim neque verborum graecorum restitutionem neque interpretationem latinam ferendam esse, facile est ad intelligendum. Codex O praebet: οὐχ' ὡς ἔχον An scribendum est: ἐν γὰρ τῷ λέγειν ἴσως οὐχ ὡς ἔχον ἐστὶν ὁ λέγων φθεγξάμενος ἁμ.? Construenda verba οὐχ ὡς ἔχον ἐστὶν (h. e. ἔχει, „non ut vere res habet") φθεγξάμενος.

P. 405, 3 Dresselius codicis O scripturam mendosam: ὁ πονηρὸς σκότῳ χαίρουσαν τὴν κρᾶσιν γεγονώς, mutavit in ὁ π. σκ. χαίρειν κατὰ τὴν κρ. γ. At mendum potius inest in verbo γεγονώς, pro quo scribendum: λελογχώς. Infra, p. 11, de eodem ipso Malo iisdem fere verbis scriptum legitur: κακοῖς χαίρουσαν λελογχὼς κρᾶσιν, ubi apographum Dresselianum praebebat: λελοχὼς, quae scriptura monstrat, quam facile vocabulum priore loco in γεγονὼς depravari potuerit. — V. 7 sqq. haec leguntur: εἰ δὴ ὁ τῆς κακίας ἡγεμὼν ἄνθρωπος ὢν οὐ πέμπεται εἰς τὸ σκότος ὡς μὴ τούτῳ χαίρων, τότε οὐ δύναται ἡ κακοῖς αὐτοῦ χαίρουσα κρᾶσις μετασυγκριθῆναι εἰς ἀγαθοῦ προαίρεσιν. καὶ οὕτως ἀγαθὸς συνεῖναι κριθήσεται cett. Primum negotium facessunt verba ἄνθρωπος ὤν, quae etiam si ita capi possent, ut a Dresselio factum est, „ut homo" interpretato, mutanda essent. Mihi probabilissimum videtur, pro ἄνθρωπος legendum esse: ἀνθρώποις. Deinde pro τότε οὐ δύναται, quae conjectura est Dresselii, quum codex O praebeat: τὸ δὲ, δύναται, faciliore mutatione scribere licet: πῶς δὴ δύναται, quo facto pro puncto maximo, quod est post προαίρεσιν, interrogationis signum ponendum erit. Denique dictio ἀγαθὸς συνεῖναι nihili est. Voluerat scriptor: ἀγαθῷ συνεῖναι, „bono, commodo frui"; cfr. dictionem εὐδαιμονίᾳ συνεῖναι apud Lucian. Bis Acc. III. — V. 14 sq. codicis scriptura repraesentata est haecce: τουτο εἰς τὴν του πονηρου, ὕστερον γενησομένην τῆς τροπῆς μετασύγκρασιν μυστηριωδῶς ἡ γραφὴ ἐσομένην προεδήλωσεν. Ad vocem μετασύγκρασιν Dresselius adnotat, se malle: μετασύγκρισιν. Ita scribendum erat sine haesitatione. Vox μετασύγκρασις, ab

Uhlhornio l. c. p. 195 admissa, quod ego sciam, nullo alio loco reperitur usurpata. Etiam paullo ante, v. 9, habemus μετασυγκριθῆναι, p. 189, 17 μετασυγκρῖναι. De vocabulo ἐσομένην nihil dixit Dresselius. Est autem aperte corruptum. Jam quum praesertim vocabulum aliquod deesse videatur, ex quo pendeat εἰς τὴν — μετασύγκρισιν, non dubitandum, quin legendum sit: αἰνισσομένη, „alludens ad". —V. 16 secundum codicem O scriptum invenimus: Ἰωσήφ, ὃς καὶ αὐτὸς εἷς τῶν ἀκολούθων, ἔφη. Sed quum Petri comes, de quo sermo est, supra p. 45, 7 Ἰώσηφος appelletur, non Ἰωσήφ, quae nominis forma reperitur apud Homiliarum scriptorem, p. 349, 9, de homine prorsus diverso, scilicet de noto illo Jacobi filio, adhibita, procul dubio scribendum: Ἰώσηφος, καὶ — ἀκολούθων, ἔφη. Cfr. p. 399, 5 sq., 403, 6 sq.

P. 406, 9 τε typothetae errori debetur; apographum Dresselianum recte: σε. Monuit etiam Dresselius adn. 5 ad Epit. alter. C. CXXXIII. — V. 12 post τοῦτο inserendum esse: οὕτως, ex Epit. alt., significavit jam Dresselius adn. ad Ep. alt. C. c. Cfr. etiam Epit. prior. C. CXXXIII. — V. 16 lege: πως. In apographo Dresseliano erat: δὲ πῶς, quod licet a me correctum, tamen ex parte typis expressum est.

P. 407, 1 quod Dresselius reposuit, αὐτὸν, est in utriusque Epit. C. CXXXVI. Paullo infra v. 7 adnotatu dignum, quod pro ὁρατόν (scil. ἐστιν) in Epit. alt. C. c. scriptum reperitur: ὁρᾶται. At illud haudquaquam est sollicitandum. — V. 9 lacunam ita explendam fuisse, ut scriberetur: [τὸ γνήσι]όν, monstrat utr. Epit. C. c. — V. 12 utr. Epit. C. CXXXVII probabile reddit, post Ἀντιοχείας excidisse: ἐληλυθώς. In Recognit. X, 54 sane est: „regressus". — V. 13sq. secundum Epit. alter. C. CXXXVII scribendum esse: Σίμων ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ δημοσίᾳ πόλλα τεράστια ποιῶν οὐδὲν ἄλλο προσδιελέγετο, ἢ σε πρὸς αὐτοὺς πρὸς μῖσος ποιῶν, μάγον τε ὀνομάζων καὶ γόητα καὶ μιαιφόνον, πρὸς τοσοῦτον αὐτοὺς μῖσος παρεσκεύασεν, monuerunt jam Tischendorfius et Dresselius, v. adn. ad Epit. alt. C. c. Etiam Epit. pr. C. CXXXVII post γόητα καὶ porrigit μιαιφόνον, quod fere vocabulum intercidisse ego jam pridem intellexeram collatis locis, qui sunt p. 412, 9 et 18 et p. 413, 7. Etiam Recognitiones l. c. praebent: „magum te nominans, maleficum, homicidam". — V. 14sq. editum est: ὡς γλίχεσθαι πάντα ἄνθρωπον τῶν ἐκεῖ ἐπιδημησάντων σαρκῶν αὐτῶν ἀπογεύσασθαί σου, secundum codicem O, nisi quod hic pro τῶν praebet: τὴν. Eandem scripturam Dresselius reposuit in Epit. alter. C. CXXXVII, ubi libri mscr. porrigunt: τῶν ἐκεῖ ἐπιδημήσαντά σε τῶν σαρκῶν, aeque atque cod. Parisin. Tischendorfii. Contra Tischendorfius scribi jussit: τὸν ἐκεῖ ἐπιδημήσαντα τῶν σαρκῶν. Ego quoque aliud quid latere arbitror, sed probabilius duco, legendum esse tam in Homiliis quam in Epit. altera: πάντα ἄνθρωπον εἰς τὴν ἐκεῖ ἐπιδημήσαντος τῶν σαρκῶν cett. Inserui autem praepositionem εἰς, quia dubito, num hic scriptor verbum ἐπιδημεῖν cum nudo accusativo construxerit. Licebit tamen etiam tentare: τῇ ἐκεῖ, cfr. p. 410, 6sq., 414, 7, Epit. pr. C. XIV. Favent nostrae conjecturae, quae leguntur versus finem ejusdem capitis XIII, p. 408, 15sq.: διὸ συμβουλεύομέν σοι μήπω ἐπιβῆναι τῆς πόλεως ἐκείνης, μέχρις cett. Cfr. etiam p. 414, 7, ubi Petrus ipse dicit: ἡμῖν ἐπιδημήσασι τῇ Ἀντιοχείᾳ. Similia ad sententiam sunt verba, quae posuit Rufinus in Recognitionibus a me demum postquam haec scripsi collatis: „ut magnopere desiderent, si te usquam invenire queant, etiam carnes tuas devorare". — V. 18 Dresselius codicis O scripturam vitiosam σκοποῦ καὶ τί χρὴ νοεῖν, mutavit in: σκοποῦμεν τί χρὴ ν. At etiam vocis καὶ habenda erat ratio. Ego verisimile duco, scribendum esse: κοινῇ. Ceterum ferri quidem quodammodo potest praesens σκοποῦμεν, at quaerendum tamen, sitne potius imperfectum ἐσκοποῦμεν a scriptore Homiliarum adhibitum. Atque revera, ut nunc ipsum reperio, Recognitiones l. c. habent: „considerabamus".

P. 408, 4 sqq. qui est locus, ita videtur constituendus, ut v. 8 post verbum κολάσῃ incidatur virgula; quo facto a verbis: καὶ οἱ ὑμέτεροι, in-

cipiet apodosis, quae nunc plane desideratur. Minus probabile foret, opinor, si quis v. 4 ante voces ἐμοῦ διὰ πολλῶν aliquid intercidisse sumeret. Praeterea non intelligo, quid sibi velit vocabulum περισκοποῦντος in verbis: ἐμοῦ διὰ πολλῶν φίλων κρύφα εἰς σύλληψιν αὐτοῦ ἐληλυθέναι περισκοποῦντος καὶ ζητεῖν αὐτὸν φάσκοντος. Corrigendum arbitror: περικομποῦντος. Περικομπεῖν significat: „circumquaque jactare", ut apud Thucyd. Bell. Pel. VI, 17 et apud Joseph. Bell. Jud. I, 25, 2. Confirmant hanc emendationem, nisi omnia me fallunt, Recognitiones X, 55 porrigentes: „Ego igitur divulgabo per amicos, me ut istum magum caperem venisse". — V. 10 Dresselius scripsit: καὶ τυχὸν ταῦτα ἀκούσας φοβηθεὶς φεύξεται. Sed quum codex O pro ταῦτα praebeat: αὐτὸν, probabilius est, scriptum fuisse: αὐτῶν, quod pronomen referendum est ad eos, de quibus antea sermo fuit. — V. 19 apographum Dresselianum praebebat: Σίμονος. — V. 20 si genuinum est Καίσαρος, apertum est excidisse pronomen vel substantivum aliquod genitivum Καίσαρος regens. Ergo forsan legendum: Καίσαρος γὰρ νομίσας ἐκ προσταγῆς τινας (cfr. p. 410, 7 sq.) vel: βασιλικὸν (h. e. „ministrum regium", cfr. Epit. utr. C. CXXXVIII) ἐπὶ κακῷ cett. At fieri etiam potest, ut hic scriptor posuerit: Καίσαρα. Recognitiones X, 56 sane habent: „putans enim quod a Caesare quaereretur ad poenam".

P. 409, 3 sq. num Dresselius verba lacunosa recte restituerit ita scribens: Ἀννουβίων [γὰρ οἰκεῖος] μού με φιλῶν cett., dubitare licet. Forsan: Ἀ. [γὰρ ἐκ παιδίας] μού cett., „ex pueritia mea". Cfr. p. 406, 7 Ἀππίωνα καὶ Ἀννουβίωνα ἐκ πρώτης ἡλικίας φίλους μοι γεγενημένους, p. 409, 19: Ἀππίωνα καὶ Ἀννουβίωνα, ἐπειδὴ ἐκ παίδων σοι φίλους εἶναι ὁμολογεῖς. Haud obstat conjecturae nostrae, quod in Recognitionibus, ex quibus suam hausisse videtur Dresselius, X, 56 scriptum reperitur: „nam et A. quia mihi valde amicus erat." Rufinus etiam pro verbis, quae sunt in Homil. p. 406, 7, posuit: „Appionem et Anubionem, quia valde amici mihi sunt." Ceterum hic scriptor, si recte memini, ad exprimendam notionem „ex pueritia" alibi non est usus verbo παιδία, sed dictionibus ἐκ παιδὸς ἡλικίας, ἐκ παιδὸς et ἐκ παίδων. Usurpavit autem dictiones ἐκ παιδὸς ἡλικίας, quae, quantum memini, reperitur tantummodo uno loco (p. 26, 8), et ἐκ παιδὸς ut plurimum, ubi de uno solo sermo est (cfr. p. 35, 2, 56, 11, 63, 1, 79, 6); semel tamen, p. 129, 11, ubi de pluribus agitur. Viceversa dictionem ἐκ παίδων non solum ibi adhibuit, ubi de pluribus uno sermo est, ut p. 259, 5, sed etiam ibi, ubi de uno agitur, ut p. 24, 1 (ubi Cod. Reg. 804 et Epit. prior C. CXLVII porrigunt: ἐκ παιδός) et p. 129, 17, quibus locis adnumerandus videtur etiam is, qui est p. 409, 19. — Quae proxime sequuntur verba: καὶ οὐκ ἐπίστευ[σα ὁ ταλαίπωρος], restituit Dresselius secundum Recognitiones, exhibentes: „sed infelix non credebam". Recte in universum. Sed fieri potest ut potius scriptum fuerit: ἐπίστευον. — Etiam lacuna, quae est v. 6, expleta est secundum Recognitiones, quae tamen quum X, 57 praebeant: „interea et Anubion venit", nescio an praestet reponere: καὶ Ἀννουβίων ἦλθε. — V. 18 pro προβλέψας procul dubio scribendum erat: προσβλέψας, cfr. p. 411, 11. — V. 20 nescio an scriptum fuerit: ὡμολόγεις. Hoc ipsum aut ὡμολόγησας prae oculis habuisse videtur Rufinus, Recognit. l. c. interpretatus: „dixeras".

P. 410, 4 egregia est conjectura Dresselii, pro γέρων scribentis: γέγονε. Adstipulantur Recognit., X, 58 praebentes: „dicam enim quomodo res gesta est." — Subinde typothetae incuria post vocabulum ἀγαθὸς excidit: οὗτος. — V. 6 pro ἐπιδημήσειν ego jam pridem conjeci scribendum esse: ἐπιδημῆσαι, collatis locis, qui sunt p. 407, 19 (ἐπεδήμησε) et inprimis p. 408, 5 (ἐληλυθέναι). Postea vidi a Tischendorfio in codice Parisino Epit. C. CXXXIV repertam esse scripturam ἐπιδημήσαντάς τινας, quam non receptam esse a Dresselio in utriusque Epit. C. c., est quod mireris. Etiam Recognit. l. c.: „audisse enim se, quod venerint quidam. — V. 7 sq. editum est: Φαύστῳ δὲ εἰσιόντι τὸν ἴδιον θυμὸν ἐπέστρεφε φήσας οὕτως πρὸς ἡμᾶς cett. Verbum ἐπέστρεφε de conjectura insertum est a Dresselio,

provocante ad Recognit. l. c., ubi scriptum exstat: „velle autem se in hunc qui nuper ingressus est Faustinianum omnem convertere furorem. Et ait ad nos“ cett. At reponenda est dictio aliqua significans: „velle se convertere professus est“. Praeterea probabile est intercidisse vocabulum tale, quale est πάντα vel ὅλον, quum interpres latinus posuerit: „omnem“, nisi forte credibile videtur, in libro, quo utebatur Rufinus, hoc vocabulum occupasse sedem vocis ἴδιον, quam hic scriptor hoc loco et paullo infra v. 10, ut saepius, posuit pro pronomine reflexivo. — V. 10 legendum esse: ἀναλαβών, τὸ ἴδιον cett., jam monuit Dresselius adnot. 3 ad Epit. alter. C. CXXXIV. Vellem tamen vir doctus verbi ἀναλαβὼν rationem habuisset in interpretatione latina. Est autem ad ἀναλαβὼν ex antegressis tanquam objectum repetendum: μύρον τι. — V. 11 quod Dresselius de conjectura reposuit, δόξῃ, in utriusque Epit. C. CXXXIV invenitur. — V. 11 sq. haec codicis scriptura recepta invenitur: ὑμεῖς δὲ βοτάνης τινὸς ὕλης προεναλειψάμενοι ὑπ' ἐμοῦ οὐκ ἀπατηθήσεσθε ὑπὸ τῆς τένης αὐτοῦ μορφῆς. In qua bina inesse menda nemo non videt. Neque enim ferenda sunt verba βοτάνης τινὸς ὕλης sed scribendum: β. τ. χυλοῖς, h. e. „succo“, quod verbum habent Recognit. l. c., et medela indiget monstrosum vocabulum τένης. P. 412, 2 appellatur πλάνος μορφή, p. 413, 14 ἀλλοτρία μορφή. Contrarium est ἡ κατὰ φύσιν μορφή p. 407, 2 sq., ἀληθὴς μορφή, p. 411, 12 sq., ἀληθινὴ μορφή, p. 412, 3 sq., τὸ γνήσιον εἶδος, Epit. utr. C. CXXXVI. Conjiciat aliquis, scribendum esse: καινῆς, „novae“ vel „peregrinae“, aut: θετῆς, „adoptatae, non genuinae“. Priori conjecturae magis favere videntur Recognitiones, l. c. praebentes: „ut non fallamini de immutatione vultus ejus“. Verbum προεναλείφεσθαι hoc uno tantum, quod ego sciam, reperitur loco. Infra p. 411, 12 est: ἐναλειψάμενος. Vel sic tamen προεναλειψάμενος haudquaquam videtur in suspicionem esse vocandum, quum praesertim etiam Recognit. l. c. exhibeant: „perungemini prius“. Scilicet Simon socios suos prius inungere vult eo fine, ut Faustus securus redditus se quoque inungi patiatur. — V. 15 dicat aliquis Homil. codicis scripturae ἐστὶ praeferendam esse utriusque Epit. C. CXXXV lectionem: ἔσται. Neque enim audiendus Dresselius, adn. 3 ad Epit. alter. C. c. censens, praesenti speciem aliquam conciliari ex voce νῦν. Attamen etiam Rufinus praesens prae oculis habuit, quum Recognit. X, 59 praebeant: „confertur“. — V. 19 sq. Dresselius de conjectura minime probanda scripsit: ὅτι ἐφοβούμην τὸν [Σίμωνα, τῷ Φαύ]στῳ τοῦτο μηνύειν. Quomodo explenda fuisset lacuna, monstrare poterant verba Rufini l c. posita: „timui tunc Faustiniano indicare haec“, nisi quod pro Faustiniano in Homiliis commemoratus erat Faustus. Videtur igitur τὸν nihil aliud esse quam: τότε.

P. 411, 1 sq. Dresselius haec verba posuit aperte inepta: ἀλλ' οὐδὲ καιρὸν ἡμῖν ὁ Σίμων ἐδίδου πρὸς τὸ ἰδιάζειν· [εἰ μὴ] αὐτῷ τὴν ἐκ τοῦ Σίμωνος κακὴν ἂν ἔφηνα βουλήν. Quum post lacunam, quae in codice O est post vocabulum ἰδιάζειν, reperiantur literae μῶν et pro ἂν ἔφηνα exaratum sit: ἐφάνη, jam pridem suspicatus sum, ita fere esse legendum: — ἰδιάζειν, μή τις ἡμῶν τὴν ἐκ τ. Σ. κ. ἐκφῆναι β. Cfr. p. 409, 4. Video quidem, in Recognit. X, 59 esse: „sed neque spatium nobis ipse Simon dedit, ut possemus secretius loqui et plenius ei consilium Simonis aperire“. At enim vero tot verba excidisse quominus probabile ducamus lacunae spatium nimis exiguum prohibere videtur. Ceterum Rufinus procul dubio prae oculis habuit: ἐκφῆναι. — V. 3 quod Dresselius reposuit, τήν, reperitur in utr. Epit. C. CXXXV. — V. 7 manifestum est vitium verborum: ὑπὸ τῶν Σίμωνος ζητούντων. Scribendum censeas: Σίμωνα, prouti p. 410, 16 hic scriptor Simonem dicentem facit: οἱ ἐμὲ ζητοῦντες. An tentare praestiterit: τῶν κατὰ Σίμωνος ζητούντων, ut p. 410, 16 reperitur dictio: τῆς κατ' ἐμοῦ ζητήσεως? Minus probabiliter aliquis conjiciat: Σίμωνος ζητητῶν. — V. 10 recte Dresselium inseruisse: τὸν Σίμωνα, testantur Recognit., l. c. praebentes: „illi, qui deduxerunt Simonem“. — V. 14 sq. scriptum reperimus: ἐκπεπληγμένος οὖν (sic apogr. Dressel.

pro: οὖν) σφόδρα θαυμάζω τὴν Σίμωνος μαγείαν, ὅτι ἑστῶτες τὸν ὑμέτερον οὐ γνωρίζετε πατέρα. Clarum est, ἑστῶτες per se solum ferri non posse, sed locum corrigendum esse ita, ut inseratur ἐγγὺς ante ἑστῶτες, vel simili ratione, quamquam neque in Recognit. tale quid reperitur, exhibentibus l. c.: „quod vos stantes modo non agnoscitis patrem vestrum".

P. 412, 15 quod Dresselius inseruit, verbum γενόμενος, est in utr. Epit. C. CXXXVIII. — V. 16 nescio an Dresselius codicis lectionem truncatam μετα non recte restituerit scribendo μεταμέλειαν. Etenim quum hic scriptor paullo infra, p. 413, 7, Petrum vocabulo μετανοίᾳ utentem faciat, probabilius videtur, hoc ipsum vocabulum etiam hoc loco adhibitum fuisse. Et profecto, ut nunc ipsum video, etiam utraque Epit. C. CXXXVIII praebet μετάνοιαν. — V. 17 Dresselius haec verba edidit: ἐγὼ Σίμων ταῦτα ὑμῖν κηρύσσω ὁμολογῶν, ἀδίκως καταψεύσασθαι τὰ τοῦ Πέτρου. Codex O pro ὁμολογῶν praebet: ὁμολογοῦν. Quare vide an praestet: — κηρύσσω· ὁμολογοῦμαι cett. Hanc conjecturam jam pridem a me factam, ut nunc video, confirmat Epit. alterius C. CXXXVIII, nisi quod exhibet: — κηρύσσω· ὁμολογῶ cett. Etiam scriptor Homiliarum pluries utitur activo ὁμολογεῖν, cfr. modo locos, qui sunt paullo supra et paullo infra p. 410, 1 et 19, atque p. 413, 3; sed quum idem etiam medium adhibeat, ut paullo infra p. 413, 6 scriptum reperitur: ἐξομολογοῦμαι, non dubitaverim id praeferre hoc loco. — In sequentibus quae suppleta sunt a Dresselio, ferri poterunt, si modo aut vocem τὰ deleveris, aut addideris: πάντα. Atque revera, ut jam intelligo, in utriusque Epitomes C. CXXXIX sic scriptum invenitur: — καταψεύσασθαι Πέτρου. οὐκ ἔστι πλάνος cett., Recognitiones vero X, 60 habent: „me omnia fefellisse de Petro."

P. 413, 2 Homil. codicis scriptura κηρύσσω commutetur oportet cum lectione κηρύσσει, quam porrigit Epit. alt. C. CXXXIX. In Epit. prioris C. CXXXIX est: πιστεύειν τῷ ὑπ' αὐτοῦ κηρυσσομένῳ θεῷ. — V. 6 recipienda est utriusque Epit. scriptura: ἐπιχειρῶ λέγειν. Etiam Rufinus sic scriptum repperit, Recognit. X, 61 interpretatus: „tentavero dicere".— V. 7 post γόης et ante ἔξεστι interciderunt verba: ἀλλὰ μετανοῶ, in utraque servata Epit. Erant illa etiam in exemplo Rufini, ut apparet ex verbis: „sed poenitentiam ago", Recognit. l. c. positis. — V. 18 sqq. quae leguntur verba: ἡ δὲ μήτηρ συναπελθεῖν αὐτῷ ὀκνηρῶς εἶδε λέγουσα· μοιχὰς γὰρ εἶναι δοκῶ τῇ Σίμωνος συνοῦσα μορφῇ, genuinam scriptoris manum non praebere, non videtur dubium esse. Vocabulum λέγουσα, quod de conjectura insertum est a Dresselio, non sufficit. Si genuina sunt verba ὀκνηρῶς εἶδε, quibuscum conferri poterit locutio φιλῶς ὁρᾶν, probabile est, post ipsa illa verba excidisse: καὶ εἶπε. Conjecturam nostram, ut postea intelleximus, eximie suffulciunt Recognitiones, X, 62 praebentes: „mater recusabat proficisci simul et ajebat". Periodus proxime sequens: εἰ δ' ἄρα συναπέρχεσθαι αὐτῷ ἀναγκασθήσομαι, ἀδύνατον ἐπὶ τῆς αὐτῆς τύχης κλίνης συγκατακλιθήσεσθαι, aperto mendo laborat. Crediderim equidem, in voce τύχης latere: τύλης, h. e. „culcitae" vel „pulvinaris lecto impositi". De vocabulo τύλη ab Atticistis damnato plura congessit Lobeckius ad Phrynich. p. 173 sq. Cfr. etiam Artemidor. Oneirocrit. I, 74: Τύλη καὶ κλίνη καὶ πάντα τὰ πρὸς κοίτην. Rufinus nihil posuit l. c. nisi: „in eodem lectulo".

P. 414, 2 recte Dresselius inseruit: Φαῦστος. Cfr. Recognit. X, 62: „sed et ipsa vox non tibi Faustinianum esse persuadet conjugem tuum?" — Eaedem Recognitiones X, 63 integram servaverunt mentionem Annubionis astrologi paullo infra in Homil. codice O ex parte obliteratam. — V. 15 sqq. qui est, locum Dresselius ita exhibuit: καὶ ἐπεὶ μηδὲν ἀπεκρινάμεθα πρὸς αὐτόν, οὐκ οἶδα, τί ἔδοξεν αὐτῷ Φαῦστον ἑαυτὸν εἰπόντι. μὴ πιστευθεὶς δακρύων καὶ κοπτόμενος ἀποκτείνειν (cod. O ἀποκτέννειν) ἑαυτὸν ἀπειλήσας ὡς ἐπὶ θάλασσαν ὥρμησεν. Sed eum haudquaquam ita fuisse scriptum, facile quivis unus persentiscat. Jam quum cod. O pro ἔδοξεν praebeat δόξαν et εἰπὼν pro εἰπόντι, dubium esse non potest quin

legendum sit: — *οὐκ οἶδα, τί, δόξαν αὐτῷ* („quum ei visum esset, placuisset") *Φαῦστον ἑαυτὸν εἰπεῖν, μὴ πιστευθεὶς — ὥρμησεν.* Cfr. e. gr. Lucian. Nigrin. II: *Δόξαν οὖν μοι διὰ πολλοῦ προσειπεῖν Νιγρῖνον —, ἕωθεν ἐξαναστὰς ὡς αὐτὸν ἀφικόμην* cett. Videtur autem Dresselius secutus esse Rufinum, Recognit. X, 63 ita interpretatum: „et quia nihil illi respondimus, nescio quid ei visum sit, Faustinianum se esse dicebat". Perperam quidem. At fieri potest ut Rufinus scriptum reppererit: *εἶπεν*, quam variam lectionem favere aliquis dicat nostrae conjecturae.

P. 415, 1 sqq. sic fere scriptum fuisse ratus est Dresselius: *ἐμάθομεν παρά τινος, ὅτι εὑρὼν αὐτὸν ὁ Σίμων ἐξώρμησε [ἵνα τὸν Πέτρον καταλιπὼν αὐτῷ συνοδοιπορήσῃ ὑπισχνουμένῳ ἀποκαλύπτειν] τὰ ἀληθῆ.* Vellem adnotasset, utrum pro verbis, quae cancellis sepsit utpote ab ipso de conjectura reposita, lacuna inveniretur idem fere spatium complectens, an minus. In Recognit. X, 64 nihil reperitur nisi haec verba: „Comperimus a quodam qui cum Simone profectus est", in quibus pro „qui" scribendum esse „quia" quum tantum non per se clarum sit tum apparet ex iis, quae proxime sequuntur, Homiliarum verbis v. 5 sqq. positis respondentia: „sed quia hic non est, apparet quia vere dixit qui nunciavit cum Simone profectum cett". Unde, nisi plura intercidisse librarius ipse significavit, aliquis conjecturam capiat, illo loco reponendum esse: *ὅτι εὑρὼν αὐτὸν ὁ Σίμων ἐξώρμησεν ἑαυτῷ ἀκολουθεῖν* vel *ἀκολουθῆσαι.* Ceterum ne cui ex eo, quod in interpretatione Dresselii prima verba sic latina facta sunt: „Comperimus a quodam, incidisse cum in Simonem exhortantem", suspicio nascatur de veritate scripturae typis expressae, moneo, eam ipsam reperiri in apographo Dresselii. Voluerat vir doctus, ni fallor: „incidisse in eum Simonem exhortantem". — Etiam quae v. 7 sqq. leguntur verba aperte corrupta: *ἐγὼ δὲ Κλήμης, συννοήσας τὴν τοῦ Πέτρου προαίρεσιν, ὅτι ὑπόνοιαν αὐτοῖς ἐνσπεῖραι θέλει, ὡς τὸν γέροντα ζητεῖν μέλλων παρ᾽ αὐτοῖς,* secundum fidem apographi Dresseliani sunt exarata. Rufinus postrema verba, in quibus vitium inest, interpretatus est: „quia voluerit eis suspicionem dare, quod ab ipsis quaerendus esset senex". Nihilominus tamen ego ipsam hujus scriptoris manum praestare non ausim. — V. 13 verba *ἐμοῦ ταῦτα εἰπόντος* dissoluta sic, ut edita sunt, profecta non esse a scriptore Homiliarum, persuasum habeo. Conjiciat aliquis: *ἐμοῦ δὲ ταῦτα εἰπ.* Sed quum Rufinus interpretatus sit: „Et cum haec dixissem", nescio an probabilius sit: *καὶ ἐμοῦ* cett. — V. 14 sq. haec repraesentanda curavit Dresselius: — *ἀπῄεσαν, καὶ ὡς ἐμάθομεν τῆς ἄλλης ἡμέρας [ὡς τάχιστα] κατ᾽ ἴχνη Σίμωνος ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν ὥρμησαν.* Et recte quidem esse reductum: *ἡμέρας*, pro quo codex O praebet *ἡμῶν*, ut etiam paullo supra p. 414, 10 reperitur dictio *τῆς ἄλλης ἡμέρας*, extra dubitationis aleam positum est, quum praesertim Recognitiones habeant: — „discedunt, vestigia Simonis, ut sequenti die comperimus, insequentes". Sed eadem ipsa Rufini interpretatio scrupulum injicit de ratione, qua Dresselius sequentem lacunam explevit. Nobis quidem potius inserendum videtur: *διώκοντες*, quod accurate respondet verbo „insequentes". Locutio *διώκειν κατ᾽ ἴχνος* etiam alibi reperitur, e. gr. apud Platonem de Republ. III, p. 410 B. — V. 16 sq. haec posita sunt verba: — *[ἧκέ τις] ἐκ τῆς Ἀντιοχείας παρὰ τοῦ πατρὸς ἀγγελῶν ἡμῖν, πῶς ὁ πατὴρ δημο[σίᾳ] αὐτοῦ μορφῆς κατηγορῶν, Πέτρον εὐλογῶν τὴν πᾶσαν Ἀντιοχέων πόλιν εἰς πόθον μετέθηκεν. καὶ ἐκ τούτου πάντας ἐπιθυμεῖν αὐτὸν ἰδεῖν ἀπήγγελλεν· ἐνίους δὲ* cett. Prior lacuna probabiliter expleta est secundum Recognit. X, 65, nisi quod Rufinus, quum interpretatus sit: „venit quidam nostrorum", prae oculis habuisse videtur: *ἧκε* vel *ἦλθε τις τῶν ἡμετέρων. Ἀγγελῶν* debetur Dresselio. Equidem, quum cod. O praebeat: *ἀγγέλων*, reponendum censeo: *ἀγγέλλων.* Similiter p. 409, 7 scriptum reperimus: (*ἦλθε*) — *δηλῶν.* In verbis *πῶς ὁ πατὴρ — κατηγορῶν* plus quam Dresselius pro exiguo, opinor, quod in cod. O invenitur, lacunae spatio statuit intercidisse, certum est. Etenim et necessarium videtur, ut Simonem ipso nomine appellatum fuisse statuamus,

neque verba *αὐτοῦ μορφῆς* sola id significare possunt, quod sententia flagitat et quod Dresselius in interpretatione latina expressit verbis „cum ipsius vultu". Atque jam video, in Recognit. l. c. haec haberi: „adnuncians nobis quomodo publice staret pater, Simonem quidem qui in vultu videbatur accusans" cett. Hinc probabile est, Rufinum reperisse scriptum: — *δημοσίᾳ ἑστὼς Σίμωνος* —. Incertum autem, quae verba graeca post illa ipsa invenerit. Sed et sententiae et linguae satisfactum erit, si in Homiliis reposueris: *ἐξ αὐτοῦ μορφῆς*. Epit. utr. C. CXL, ubi tamen verba paullum sunt mutata, praebet: *ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Σίμωνος* vel *Σίμωνος*. — In sequentibus Epit. alt. C. CXL pro *πάντας* habet: *πάντες*, et pro *ἀπήγγελεν* id ipsum, pro quo etiam Homil. codicis scriptura spondet: *ἀπήγγελον*, nisi quod in Epitomes codice Paris. est: *ἐπήγγελλον*. Etiam apographum Homil. codicis O exhibebat: *πάντες*, quod ego tacite correxi, quia ex Dresselii interpretatione latina intellexi, videri ipsi haudquaquam ita esse scribendum. Non tamen dubito, quin tam in Homil. quam in Epit. alt. legendum sit: *καὶ πάντες — ἀπήγγελλον*. Et in Homiliis quidem delendum est punctum post *μετέθηκεν* locatum. Sunt enim verba *πάντες ἀπήγγελλον* construenda cum *πῶς*. Contra in Epit., ubi, aeque atque in Homil., puncto majore incidendum est post *ἀπήγγελλον*, ante verba *ἐνίους καὶ χαλεπαίνοντας* intercidisse videtur tale quid, quale est: *συνέβη δέ*. Significat autem *ἀπαγγέλλειν* non minus quam *ἐπαγγέλλειν* „notum facere".

P. 416, 6 sq. quae sunt verba: *ἐπὶ τὴν πλησίον ὁρμήσειν Ἀντιόχειαν ἔσπευσεν*, reperiuntur etiam in utr. Epit. C. CXL, nisi quod codex O Epit. alter. omittit *ὁρμήσειν*. Id quum ferri nequeat Dresselius et Uhlhornius l. c. p. 31, adn. 3 mutandum censuerunt in: *ὁρμῆσαι*. Fieri tamen etiam potest ut ortum sit ex *ὅρμησεν* h. e. *ὥρμησεν*. Quod qui probabile judicaverit, ei statuendum erit, verba *ὥρμησεν* et *ἔσπευσεν* diversarum esse recensionum, ita ut alterutrum delendum sit.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Quum ea adnotabam, quae sunt in Homiliis inde a p. 10 usque ad p. 18 et inde a p. 21 usque ad p. 24, nondum mihi erat ad manus typis expressa ea Epitomes alterius pars tantum non eadem verba exhibens, quae continetur cap. CXLV sqq. Quam postquam cognovi, nonnulla placuit addere iis, quae supra p. 250 sq. disputavi. Accedit, quod sero demum intellexi, ab iis, qui Homilias ediderunt, parum diligenter in comparationem vocatas esse Recognitiones, quae quantos usus afferre possint ad textum Homiliarum rectius constituendum quum prohibear quominus omnibus locis, qui nondum in censum sunt vocati, adhibitis demonstrem, at eos tractabo paullo explicatius, qui ad Homiliam primam pertinent, qua de actum est supra p. 252—256.

P. 11, 1 quae in utroque Homil. codice invenitur, forma σημῆναι, est etiam in Epit. alter. C. CXLV. Supra p. 6, 1 uterque liber mscr. exhibet: ἐσήμανα. Egerunt de his formis Lobeckius ad Phrynich. p. 25 et in Paralipom. Gr. gr. p. 22, atque Cobetus Nov. Lect. p. 594. Infra p. 295, 9 scriptum exstat: μιάνης, et p. 301, 15 μιᾶναι, neque tamen ausim tentare: σημᾶναι. — Eodem versu τὸ λυποῦν, quod habet Homil. cod. C, reperitur etiam in codd. Epit. alter. C. CXLV, sed Dresselius (cfr. p. 212, adn. 8) „fortasse", inquit, „λοιπὸν scribendum". Jam sane Homil. cod. O praebet: λοιποῦν. At enim unice verum est λυποῦν. — V. 18 quam falsam pronuntiavimus, scriptura οὖ ἂν χειροτονήσῃ, est etiam in Epit. alt. C. CXLVI. Licet etiam tentare: ὡς ἂν χ. At illa, quam supra proposuimus, conjectura sane quam facilior est.

P. 12, 1 quod minus aptum censemus: ὁ τὸν ἀληθείας προκαθεζόμενον, invenitur etiam in Ep. alt. C. CXLVI. — V. 5 codicis O scripturam ἐδεόμην a nobis commendatam praebet etiam Epit. alt. C. CXLVII. — V. 7 ordo verborum μή με, quem reducendum diximus, receptus est etiam in Epit. alt. C. CXLVII. — V. 12 mireris Dresselium reposuisse δυνήσει ex codice C, quum codex O praebeat: δυνήσῃ, et δυνήσῃ paullo infra p. 13, 5 et p. 43, 8 ex utroque libro mscr. receptum sit.

P. 13, 2 etiam codices Epit. alter. C. CXLVII porrigunt: ὀρθῶς ἐπίσταμαι, quod Dresselius secundum Schweglerum iterum mutavit in ἐπίστασαι, provocans ad Rufinum, interpretatum: „certus esto". Ego tamen librorum scripturam ἐπίσταμαι nihil aliud esse arbitror quam: ἐπίστω μοι. — V. 9 librorum scriptura βασιλεύει mutata est in βασιλεύσει. Illud ipsum praebet Epit. alter. C. CXLVIII, ubi Dresselius non recepit quidem, at tamen commendavit eandem correctionem. Sed intactum reliquit p. 29, 15 ἀπολαύειν, p. 38, 7 ποιεῖται, p. 44, 11 ἔστι, quod invenitur etiam in utr. Epit. C. XIX, ubi praeterea λαμβάνεις positum est pro futuro. Et recte quidem, quanquam Rufinus Recogn. I, 19 postremum locum interpretatus adhibuit futurum „erit". At p. 268, 2, ubi adeo editum est: τί ποιοῦμεν, nescio an reponendum sit: τί ποιῶμεν. — V. 14 quae in codicibus Homil. reperitur scriptura non satis apta: μεμαθηκώς, invenitur etiam in libris mscr. Epit. alt. C. CXLVIII.

P. 14, 7 minus apte editum est: γάρ σοι, rectius in Epit. alt. C. CXLIX: γὰρ σοὶ.

P. 15, 1 sq. codices Epit. alter. C. CL revera porrigunt: πρεσβευτής, ut nos correximus. Praeterea in iisdem pro οὕτως ἐπακουέτωσαν scriptum est: οὗτοι ἐπ., quae scriptura et ipsa probanda videtur. Ceterum Epit. l. c. praebet: ὃ ἐὰν δήσῃ, quibus in verbis ἐὰν positum est pro ἂν praecedente pronomine relativo, id quod nonnunquam factum videmus apud scriptores serioris aevi, quamquam non memini me in Homiliis hunc vocabuli usum repperisse. — V. 8 quas commendavimus, scripturae ἀμελείτωσαν et ἀκμαία, inveniuntur etiam in Epit. alt. C. CLI. — Quae sequuntur verba: ἵνα οὖν μὴ ἡ πορνεία νομὴν λαβοῦσα καθ' ὑμῶν εἰς ὑμᾶς τὸν αὐτὸν ἐμβάλλῃ λοιμόν, edita sunt etiam in Epit. alt. C. CLI, nisi quod pro αὐτὸν repositum est ex codice O: αὐτῆς. Haud inepte, ni fallor. At non spernenda est plurimorum librorum mscr. scriptura ἐμβάλῃ, quum praesertim etiam paullo infra v. 11 positus sit aoristi conjunctivus ἀναφθῇ. — V. 16 sq. etiam codices Epit. alter. C. CLI favent scripturae ἀπολαύσετε, qua futuri forma usus est hic scriptor etiam ad p. 30, 17 sq. Vel sic tamen non opinor nihili esse lectionem codicis C ἀπολαύοντες. Scilicet scriptum erat: ἀπολαύοντες ἔσεσθε, quod posterius vocabulum facile intercidere potuit ante verba proxime sequentia: ἐὰν δέ. Quo recepto aequabiliora reddentur enuntiati membra. Nam quemadmodum in priore membro: ἐὰν γὰρ σώφρων καταληφθῇ — τιμῆς μεγίστης τεύξεται, καὶ ὑμεῖς μεγάλης εὐφρασίας — ἀπολαύοντες ἔσεσθε erit verbum finitum et circumlocutio verbi finiti, ita in altero membro: ἐὰν δὲ ἡμαρτηκυῖα φωραθῇ, αὐτὴ μέν, ἔκβλητος ἔσται, ὑμεῖς δὲ δίκην δώσετε, est circumlocutio verbi finiti atque verbum finitum. Ceterum mireris, quod Dresselius, qui in Homiliis codicis O scripturam ἔκβλητός ἐστι jure sprevisset, in Epit. alt. C. c. secundum libros edidit: ἔκβλητός ἐστιν, non monito lectore de scriptura mutanda.

P. 17, 12 etiam Epit. alt. C. CLIV pro ῥοπῶν porrigit: τόπων, et Epit. prior C. CXLVI sola agnoscit ζυγά, μέτρα καὶ στάθμια (simili ratione tanquam προπαροξύτονον vocabulum στάθμια scriptum reperitur etiam in Epit. alt. C. c. et in Homil. codice C).

P. 18, 1 etiam Epit. alt. C. CLIV habet: μόνον. Paullo infra ex ejusdem codice O jure receptum: οἱ μὲν ἀγαθοί.

P. 22, 8 pro vocabulo Χριστοῦ Epit. alt. C. CLV exhibet: θεοῦ. Haec varia lectio in memoriam revocat verba, quae sunt in Epit. utriusque C. CXXV: ἀντὶ τοῦ ὄντως Χριστοῦ, τοῦ θεοῦ ἡμῶν, pro eo, quod praebent Homiliae p. 58, 3: ἀντὶ τοῦ ὄντως Χριστοῦ ἡμῶν. — In Epit. prior. C. CXLVI plurimi codices praebent: τοῦ πρώτου διδασκάλου καὶ σωτῆρος θεοῦ vel ἡμῶν θεοῦ, unus: — ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, quod posterius praestare dicit Dresselius supra p. 99, adn. 9. Non adstipulor. Sed qui appellatur deus idem est Christus. In utr. Epit. C. XIII et XIV pro vocabulo ἀνδρός, quod Homil. p. 37, 7 positum est de Christo, scriptum reperitur: θεοῦ, et: Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ. In utr. Epit. C. XVIII Christus appellatur ὁ ἐνανθρωπήσας θεός. — Articulus τά, quem v. 9 porrigit codex C, invenitur etiam in Epit. alt. C. CLVI.

P. 23, 8 dum legitur: ἐπιδικαζόμενος τοῦ πάντας φίλους ἔχειν, in Epit. alter. C. CLVII editum est tanquam e codice O: ἐ. τῷ π. φ. ἔ., adnotatumque, codicem V praebere: τό. At enim τῷ ferri omnino non potest; τὸ sane non adversatur linguae usui, sed ad sententiam non est aptum. Namque id quod est „appetere aliquid" graece dicitur ἐπιδικάζεσθαί τινος, non ἐ. τι. An τῷ debetur errori typothetae? — Quod nos v. 10 reponendum esse diximus: μένει, Dresselius adnot. 2 ad Epit. alt. C. CLVII, ubi scriptum reperitur μὲν ᾖ, ut in Homil. cod. C, tradit inveniri in ipso Hom. cod. O. Haud negamus, ita esse; at apographum, quod traditum erat typothetae, praebebat: μενεῖ. — V. 15 quae sunt verba aperte corrupta: εἰς τὴν αὐτοῦ καθέδραν καθεσθῆναί με ἐδυσώπησεν, reperiuntur etiam in Epit. alt. C. CLVIII. Non est dubitandum, quin post με interciderit participium tale, quale est: ποιήσας. Emendationem eximie suffulcit Epit. prior. C. CXLVII, ubi omissum est verbum ἐδυσώπησεν et haec leguntur: εἰς τὴν αὐτοῦ με καθέδραν καθεσθῆναι πεποίηκε. — Etiam verba, quae habentur v. 16 sqq., eadem sunt in Epit. alter. C. CLVI, nisi quod alterum σὲ omissum est in uno codice: opinor ex correctione.

P. 24, 8 quod Homil. codices praebent, πλάνος, invenitur etiam in libris mscr. Epit. alt. C. CLVIII. Ego tamen nunc ajo atque contendo, intactum relinquendum esse πλάνος, quum meminerim, in Homiliis reperiri non solum: τοῖς τῶν πλάνων καὶ τῶν ψευδοπροφητῶν ὁμιλίαις, p. 20, 7, sed etiam πλάνῳ διδασκαλίᾳ, p. 334, 14, πνεῦμα πλάνον, p. 346, 13, πλάνος μορφή, p. 412, 2. — V. 13 ἐπιγράψας habet etiam Epit. alt. C. CLIX.

P. 28, 4 fieri etiam potest, ut scriptum sit: οὔτε ἀπὸ τῶν τοιούτων λογισμῶν ἡσυχάζειν δύναμαι. Certe Recognitiones I, 5 habent: „Nec tamen quiescere ab hujusmodi cogitationibus possum". Ἡσυχάζειν ἀπό τινος significat: „se abstinere aliqua re". Praeterea Rufinus videtur prae oculis habuisse: οὐδέ, non: οὔτε. — P. 29, 15 in verbis: ἧς ἀπολαύειν λέγει ἐάν τις αὐτῶν προκατορθώσῃ τὴν πολιτείαν, etiam exemplar, quo usus est Rufinus, exhibuisse videtur αὐτοῦ vel αὑτοῦ (vid. p. 252 et 318.) pro αὐτῶν. Interpretatus est enim Recogn. I, 6: „idque percepturos diceret eos, qui mandatorum suorum et doctrinae instituta servassent". — V. 16 vereor ne πνέει paullo citius corruptum judicaverim. Fieri enim potest, ut hic scriptor dictionem ταῦτα πνέει similiter usurpaverit atque apud poetas reperitur ᾄσματα, μέλη, μοῦσαν πνεῖν, quum sermocinetur de vate. Sic etiam Rufinus videtur cepisse verba, interpretatus l. c.: „ut autem sermo ejus fide dignus ac divinitatis plenus esse crederetur".

Quae disputavimus de p. 30, 1, confirmantur etiam interpretatione Rufini, qui l. c. nihil posuit nisi: „claudos erigeret", ergo tantummodo verba χωλοὺς ὀρθοῖ prae oculis habuit, non etiam verba κυλλοὺς ποιεῖ περιπατεῖν.

P. 33, 5 sqq. quod reponendum esse diximus, vocabulum ζῶον, etiam fuisse in exemplo Rufini, apparet ex his ejus verbis Recogn. I, 8: „cum sit animal exiguum". — Idem favere videri potest iis, quae de v. 12 sq. disputavimus. Etenim quum interpretatus sit l. c.: „fidemque eorum quae diximus, non ex argumentis arte quaesitis, sed ex vobis ipsis productis testibus confirmare", facile aliquis eo inclinet, ut credat, τῶν παρεστώτων non habuisse ante oculos, sed sola verba ἐξ ὑμῶν, ita ut — quod saepius est factum — glossa de loco pepulisset genuinam scripturam. At equidem non ausim illud fidenter contendere. Nescio autem an locus potius ita sit restituendus, ut παρεστώτων mutetur in: παρεστῶτας. Οἱ ἐξ ὑμῶν idem est atque οἱ ὑμέτεροι.

Pro verbis, quae sunt p. 37, 3 sqq., quum in Recognit. I, 10 haec reperiantur posita: „urgebat tamen profectionem dicens, se diem festum religionis suae, qui immineret, omnimodis apud Judaeam celebraturum, ibique de reliquo cum suis civibus ac fratribus permansurum, evidenter indicans, injuriae se horrore perculsum", apparet Rufinum in fine sic fere scriptum repperisse: φανερῶς ἀποκαλύψας τὸ ἀποναρκῆσαι. Ergo verba, quae praebet Epitome alt.: φανερῶς δή μοι ἀποκαλύψας, non tam sunt commutanda cum Homiliarum scriptura: φανερός δ' ἦν μοι ἀποναρκήσας, quam lacunosa habenda. Praeterea etiam ea, quae antegrediuntur, in exemplo Rufini paullo aliter scripta fuisse liquet quam in Homil. atque in Epit. — Quod v. 13 reponendum esse conjeci, revera, ut nunc ipsum video, invenitur in Epit. prior. C. XIII. — Priori, quam de voce ὅτι v. 17 posita proposui, conjecturae favent Recognitiones, l. c. praebentes: „quia nisi aliquantum pecuniae" cett.

P. 38, 9 restant etiam accuratius tractanda verba: θεασάμενοι δὲ οἱ ἐν τῷ οἴκῳ ἀντέβαλον. Memorabile est autem indicium variae scripturae, quod continent Recognitiones, I, 12 exhibentes: „quod (hospitium) cum reperissem, atque ante fores constitissem, ingerebam ianitori, quisnam essem" cett. Variis lectionibus, quas Dresselius adn. 2 enotavit, inter se collatis facile apparet, interpolata esse illa verba. Nec dubito, quin exemplum Rufini genuinam scriptoris manum servaverit, praebens, ut videtur, τῷ θυρωρῷ ἀντέβαλον. Favet huic scripturae etiam usus verbi ἀντιβάλλειν, qui idem conspicitur in iis, quae proxime sequuntur, v. 14 et 15 et p. 39, 9 et 10, ubi idem valet atque ἀπαγγέλλειν et διηγεῖσθαι, quod verbum positum est in Epit. prior. C. XIV pro verbo ἀντιβάλλειν in Homil. C. XV adhibito. Ergo in Homiliis reponendum duco: — καὶ τῷ πυλῶνι ἐπέστην καὶ τῷ θυρωρῷ ἀντέβαλον.

P. 39, 1 quod conjeci, nomen Petri intercidisse, confirmant Recognitiones I, 13 porrigentes: „At benignissimus Petrus, audito nomine, adcurrens" cett. — V. 5 sq. Dresselius sequi debebat codicem O, secundum quem ita erit scribendum: μακάριος ἔσῃ τὸν τῆς ἀληθείας πρεσβευτὴν ὄντα ξενίσας πάσῃ τιμῇ. ἀνθ' ὧν αὐτὴ καὶ σὲ ἡ ἀλήθεια cett. Consentit fere Epit. prior C. XV, ubi pro σὺ scribendum erat: ἔσῃ, ὄντα pro οὕτω, denique: καὶ σέ. Propius ad scripturam, quae invenitur in Homil. codice C atque in Epit. altera accedit ea, quam Rufinus ita latinam fecit Recogn. I, 13: „Sicut enim tu legatum veritatis omni honore dignum duxisti. Quippe scriptum repperit: ὡς γὰρ σὺ τὸν τῆς ἀληθείας πρεσβευτὴν ἐξένισας πάσῃ τιμῇ. At quae proxime sequuntur in Recognitionibus: „ita te quoque peregrinantem et hospitem veritas ipsa suscipiet et civem propriae urbis adscribet". partim magis similia sunt ei scripturae, quam exhibet Homil. codex O et Epit. prior, partim diversa tam ab hac quam ab illa, nisi fallimur verba graeca haec fere fuisse censentes: οὕτω αὐτὴ καὶ σὲ ἡ ἀλήθεια ἀλώμενον vel ἀλήτην καὶ ξένον ὄντα δέξεται καὶ τῆς ἰδίας πόλεως καταστήσει πολίτην. — Ea quae sunt v. 7 sqq. simplicissime in exemplo Rufini ita erant scripta: ὅτι βραχεῖαν νῦν δανείσας χάριν, ἀϊδίων ἀγαθῶν ἔσῃ κληρονόμος, ut apparet ex verbis Recogn. l. c. positis hisce: „quod exiguam nunc impartiens gratiam, aeternorum bonorum haeres scriberis".

Loco, qui est p. 40, 3 sqq., etiam emendatione egent verba postrema: καὶ εἰ, τί ποτέ ἐστι δίκαιον ἢ ἀρεσκον Θεῷ, quae reperiuntur etiam in Epit. alter. C. XVI, sed ita scripta: καὶ εἴ τί ποτέ ἐστιν δίκαιον ἢ ἀρέσκον θεῷ. At neque placet mihi ad καὶ εἰ cogitatione repetere ex antegressis: ἀΐδιος οὖσα ἔχει κριθῆναι, ut voluit Schweglerus de Homiliis agens, neque ferri potest sententia, qualis est: „an aliquid sit justum vel Deo gratum". Unice aptum est ad sententiam, quod praebet Epit. prior C. XVI: καὶ τί ποτέ ἐστι, quacum consentiebat exemplum Rufini, Recognitiones enim habent I, 15: „Sed et quae sit justitia, quae deo placeat, scire desidero". Accedit quod loco simillimo supra posito Homiliae p. 28, 2 habent: τί ποτέ ἐστιν, Epitomae C. IV: ὅ,τι ποτέ ἐστι, Recognitiones I, 4: „quae sit ipsa justitia, quae deo placeat". Nec tamen facile est dictu, quae ipsa verba fuerint in Homiliis primitus posita. Conjiciat aliquis, εἰ τί corruptum esse ex ὅ,τι, quod, ut modo vidimus, Epitomae habent C. IV. Sed quum in Recogn. I, 15 reperiatur: „Sed scire desidero", fieri etiam potest, ut scriptum fuerit: καὶ εἰδέναι θέλω, τί ποτέ ἐστι, ut taceam, id, quod Recognitiones l. c. exhibent: „Sed et", ansam praebere posse, ut sumatur, reponendum esse: καὶ εἶτα, τί cett. Ceterum quod supra p. 252 et p. 256 suasi, ut reciperetur scriptura: δίκαιον και ἀρέσκον, quae invenitur etiam in Epit. prior. C. IV, etiamnunc mihi videor recte fecisse. Rufinus quidem ambobus locis, nisi id ipsum, quod Homil. codex C praebet p. 28, 2, scriptum repperit: τὸ δίκαιον ἀρέσκον Θεῷ. — Petri nomen, quod v. 8 reducendum diximus, fuit etiam in exemplo, quo utebatur Rufinus; interpretatus est enim Recogn. I, 14 versus finem: „Ad haec Petrus" cett. — Verba, quae sunt v. 11 etiam in exemplo Rufini tertio casu erant posita neque non deerat dictio συντροφίᾳ πονηρᾷ, ut liquet ex Recognitionibus, I, 15 praebentibus: „Primo quidem pro institutione mala, pro sodalitatibus pessimis, pro colloquiis non bonis". — Pro vocabulo πορνεία, quod, aeque atque Homiliae v. 13, habent Epitomae C. XVII, quum Recognitiones l. c. praebeant: „malitia", Rufinus procul dubio scriptum repperit: πονηρία, quae scriptura alteri illi haudquaquam est praeferenda.

Non sine fructu composuerit aliquis verba, quae sunt Homil. p. 41, 1 sqq., iis, quae reperiuntur in Epit. utr. C. XVII et in Recognit. I, 15. Homiliae habent: διὸ τοὺς φιλαλήθεις ἔσωθεν χρὴ ἐκ στέρνων βοήσαντας ἐπικουρίαν προσκαλέσασθαι, φιλαλήθει λογισμῷ, ἵνα τις ἐντὸς ὢν τοῦ οἴκου τοῦ πεπλησμένου καπνοῦ, προσιὼν ἀνοίξῃ θύραν. Proxime accedunt Epitomae, de quibus vid. supra p. 16 et 134. Recognitiones autem porrigunt: „Quid igitur his qui sunt intrinsecus convenit? nisi ut ex intimis praecordiis clamore prolato, auxilium invocent ejus, quem solum domus fumo repleta non claudit, ut accedens aperiat januam domus". Et primum quidem ultro apparet, vitium esse in verbis τις ἐντὸς ὤν. Tantum enim abest, ut ἐντὸς quadret ad sententiam, ut id, quod contrarium est, flagitetur a sententia. Qui Recognitiones in comparationem vocaverit, mihi adstipulabitur conjicienti scriptum fuisse: τις μόνος οὐκ ἐντὸς ὤν. Ergo exemplum Rufini

genuinam lectionem servaverat, in Homiliis et in Epitomis obliteratam. Praeterea facile elucet, verba τοὺς φιλαλήθεις et φιλαλήθει λογισμῷ, quae aeque in Epitomis inveniuntur atque in Homiliis, minus apte conjuncta posita esse in uno eodemque enuntiato. Videntur autem ex binis diversis recensionibus esse petita, quarum altera quid praebuerit ex verbis Recognitionum: „his qui sunt intrinsecus", conjectura assequi licet, scilicet: διὸ τοὺς ἔνδοθεν ἔσωθεν χρὴ — φιλαλήθει λογισμῷ cett. Postremorum horum verborum quum in Recognitionibus nullum reperiatur vestigium, fieri potest, ut ea qnoque a seriore demum manu addita sint. Plus etiam quam Homiliae interpolatae sunt Epitomae, quarum prior quod praebet: τὸν μόνον θεόν, aperte corruptum est ex: τὸν μόνον ἀγαθόν, et in altera omittenda erant verba θεοῦ καὶ secundum codicem O, quae demum a secunda aliqua manu addita sunt, et male quidem, nam quamvis Jesus Christus in Epitomis saepius Deus vocetur, hoc tamen loco minus aptam esse eam appellationem et antecedentia et sequentia ostendunt.

Iis, quae sunt p. 43, 6 sqq., quum haec respondeant in Recogn. I, 18: „Veruntamen de me in tantum esse debes securus, quod de his quae didici abs te, in dubium venire non possim, ut si tu ipse velis aliquando fidem meam a vero propheta transferre, omnino non possis; ita pleno spiritu hausi, quae tradidisti", ita fere judicandum erit de ratione, qua Homiliae sint emendandae. Clarum est, exemplum Rufini praebuisse aut ipsa Homiliarum verba non corrupta, aut tantum non eadem, in Epitomis autem similia tantum haberi; in quibus quod non est τοσοῦτον, id inde explicari potest, quod etiam verba ὅσον εἰ καὶ αὐτὸς sqq. desunt. Jam Rufinus repperit quidem prius τοσοῦτον, at non item alterum, sed pro hoc verba quaedam, quae expressit verbis: „de his quae didici abs te". Si quis igitur haec verba in Homiliis consulto omissa et inde probabile esse statuerit, Homilias exhibere recensionem paullum quidem, at tamen diversam ab ea, quam reddebat exemplum Rufini, is acquiescet in ea correctione, quam supra p. 256 commendavi. Sin vero probabilius visum fuerit, casu intercidisse illa verba — ut sane etiam in Epitomis post ἐνδοίασω reperiuntur verba respondentia: πρός τι τῶν ὑπό σου λαληθέντων, et facile fieri potuit, ut verbo τοσοῦτον aliunde invecto de sede pellerentur —, magis consentaneum erit verba Homiliarum emendare secundum exemplum Rufini atque statuere, alterum τοσοῦτον postea invectum esse ex alia qua recensione, in qua hoc vocabulum non ante ἀμέριμνος, sed ante ὅσον positum esset, aut pro priore τοσοῦτον scriptum: τὸ λοιπόν. — Scriptura μή τι, quam injuria spretam a Dresselio v. 8 praebet codex O, fuit etiam in exemplo Rufini, interpretati Recogn. l. c.: „Et ne putes magnum tibi me aliquid polliceri". — Quae v. 12 sq. sunt verba: διὸ θάρρει τῷ θεοβουλήτῳ δόγματι, quum Rufinus l. c. interpretatus sit: „Et ideo confido de hoc divino dogmate coelitus definito", aperte scriptum invenit: θαρρῶ, quod quin verum sit non dubito. — V. 15 sq. in verbis: ἐάν γε — ὁ ἐπακούσας ὀρέγεται cett., nihil mutare ausim, quamvis Recognitiones l. c. praebeant: „Sed omnis qui audierit de vero propheta, necesse est ut statim desiderium capiat", ne indicativum quidem ex ἐὰν pendentem, qui ferendus est apud scriptorem serioris aevi, quamquam verum est, in Homiliis ἐὰν sive ἂν cum conjunctivo construi solere. Haud constitit sibi Dresselius, qui, quum illo loco intactum reliquerit indicativum, p. 125, 15 receperit Schwegleri conjecturam δεικνύηται, quamvis uterque codex praebeat: κἂν δείκνυται, et, quum p. 74, 14, ubi codex C habet: κἂν δοκῇ, codex O autem: κἂν δοκεῖ, illum secutus sit, atque secundum codicem O scripserit p. 82, 8: ἂν ἐγκύψῃ, p. 252, 10: κἂν πράττωσιν, p. 257, 7: κἂν ἀπολιμπάνωνται, p. 283, 16: ἂν τυγχάνῃ, p. 396, 6: ἐὰν τυγχάνῃ, quibus locis omnibus codex C porrigit indicativum, atque p. 165, 7 codicis O scripturam ἐὰν ἐπιθυμεῖ adeo mutaverit in: ἐὰν ἐπιθυμῇ, tamen p. 291, 15 sq. ex codice C reposuerit: ἐὰν λοιδορεῖται, licet codex O praebeat: λοιδορῆται. Apparet exempla conjunctionis ἐὰν sive ἂν cum indicativo constructae plura reperiri in codice C quam in codice O*). Idem valet de conjunctione ἐπὰν, ut p. 90, 7 codex O porrigit: ἐπὰν τίκτῃ,

---

*) Pertinet huc etiam dictio ἐὰν ὀρέγεται ex codice C allata p. 314, adn. 10, ubi tamen reperitur varia lectio: ἐὰν ὀρέγηται.

codex C: ἐπὰν τίκτει, ubi Dresselius jure suo recepit scripturam codicis O, et de conjunctione ὁπόταν, ut p. 129, 16 sq. codex O habet: ὁπόταν νοῆται, codex C: ὁ. νοεῖται, p. 241, 1 codex O: ὁπόταν παρακαλῶσι, codex C: ὁ. παρακαλοῦσι, quibus locis Dresselius suum codicem est secutus, dum p. 45, 16 aequo jure non tentavit utriusque codicis scripturam: ὁπόταν ἀσχολεῖται, — sed satis habuit in adnot. 12 repetiisse verba Schwegleri, corrigendum censentis: ἀσχολῆται. Simile est, quod in codice C multo saepius εἰ constructum invenitur cum conjunctivo quam in codice O, cujus rei supra p. 304 et 305 pauca ex multis exempla congessimus, et quod in codice C pluries in talibus dictionibus, qualis est: οἷς ἂν βούλεται, indicativus reperitur pro conjunctivo, rari enim sunt loci, ubi contrarium invenitur, ut p. 363, 13 codex O porrigit: βούλεται, codex C: βούληται. Ceterum cfr. quae disputaverunt Jacobsius in Act. Philol. Monac. Vol. 1, Fasc. 2, p. 146 sqq. et Poppo in Adnot. ad Schol. Thucyd. I, 49, Comment. P. III, V. 1, p. 313.

Ex iis, quae sunt p. 44, 3, Epit. prior. C. XIX revera nihil habet nisi: καὶ ταχέως λαβεῖν. Vel sic tamen nunc dubito an primitus aliud quid scriptum fuerit. Homil. Codex O habet: ἔνεστιν, non ἕν ἐστιν. Illud ipsum reperitur in Epit. alt. codice O C. XIX. Uterque Homil. codex et unus vel plures Epit. alterius libri mscr. porrigunt: ὧν βούλεται, sed codex O: ὃ β., quod quo jure receperit Dresselius simul cum scriptura ἕν ἐστιν, difficile est ad intelligendum. At tam per sententiam quam per linguae leges ferri potest hocce: ἔνεστιν, ὃ βούλεταί τις καὶ ταχέως λαβεῖν, καὶ βραδέως μὴ τυχεῖν. Et tale quid prae oculis fuit Rufino, l. c. interpretato: „Potest enim fieri ut alius desiderans cito adipiscatur, alius nec tarde ad desiderata perveniat“.

Praeterea haec fere addenda repperi et corrigenda.

P. 259 in adnot. ad p. 65, 7 versus finem pro εἰ — φῇς scribendum: εἰ — φῄς. — Versu penultimo legendum: καὶ τίς ἀληθεύει;

P. 261 in adnot. ad p. 86, 1 sqq. pro πρεῦμα legendum: πνεῦμα.

Ad p. 263. Locis in adnot. ad p. 107, 9 citatis addendus est etiam is, qui habetur Homil. p. 398, 17.

Ad p. 264. De p. 116, 10 sq. vid. quae infra adnotabuntur ad p. 297.

Ad p. 265. V. 5 in adnot. ad p. 128, 14 pro „corruptum“ legendum est „ineptam“. — Iis, quae ad p. 135, 12 adnotavimus, adde, p. 392, 1 in codice O repertum esse: προσῳκείωνται, p. 69, 3 utrumque librum mscr. praebere: ηὐχαρίστησα, p. 266, 16 adeo ηὕρισκον repositum esse ex codice C, quamvis codex O praebeat: εὕρισκον, p. 323, 3 a Dresselio receptam esse codicis O scripturam: ἡρμήνευσας, spreta codicis C lectione: ἑρμήνευσας.

P. 267, adn. 1, v. 3 et p. 272 pluries perperam typis expressum est: „amasium, amasii, amasios“ pro „amatum, amati, amatos“.

P. 269, v. 24 pro „in“ ego scripseram: „ex“.

P. 270, v. 31 pro „aliis“ legendum: „alius“.

P. 281 v. penultimo pro τῷ scr.: τά.

Ad p. 284. Censentibus nobis p. 241, 9 reponendam esse formam λειποτακτεῖ favet etiam id, quod p. 18, 15 et 22, 15 in utroque libro mscr. reperitur substantivi forma λειποτάκτης.

Ad p. 297. Nunc haud dubitamus, quin ea sententia probanda sit, quam secundo loco protulimus de p. 288, 2 agentes. Similis locus est p. 413, 1 sq.: διὸ καὶ αὐτὸς συμβουλεύω, αὐτῷ ὑμᾶς πείθεσθαι περὶ ὧν κηρύσσω, ἐπεὶ πᾶσα ὑμῶν ἡ πόλις ἄρδην ἀπολεῖται, quorum verborum quae postrema sunt Rufinus Recogn. X, 61 liberius ita est interpretatus: „ne forte si spreveritis eum, ipsa etiam subito civitas vestra pereat“. Neque opus erat ut locum, qui est p. 116, 10 sq., lacunosam esse sumerem. Particulae ἐπεὶ ita usurpatae ut posita esse videri possit pro eo, quod est „alioquin, sin minus“, aliquot exempla ex antiquioribus scriptoribus congesta sunt etiam in Thesaur. Stephan. ed. Paris. Vol. III, p. 1454.

Ad p. 308. P. 345, 11 sq. editum est: ἀλλ᾽ ἵνα μὴ αὐτὸς τὰ αὐτὰ λέγων πρὸς τὸ ἐλέγχειν σε δαπανῶ τὸν χρόνον εἰς ἃ μὴ θέλω, πρὸς τὰ ὁρισθέντα ἡμῖν ἀπόκριναι, de conjectura Cotelerii. Libri mscr. porrigunt: ἀποκρίνασθαι. Equidem nescio an probabilius sit: ἀποκρίνασθαί σε δεῖ, quae postrema verba propter syllabas proxime antegressas facillime potuerunt intercidere.

INDEX GRAECUS.

A.

B.

Γ.

O.

Π.

Σ.

INDEX LATINUS.

LIPSIAE, IMPRESSERUNT GIESECKE ET DEVRIENT.

C. Hinrichs'schen Verlage in Leipzig erschienen ferner:

[illegible]n apostolicorum opera. Textum ad fidem codicum et graecorum et latinorum ineditorum copia insignium, adhibitis praestantissimis editionibus, recensuit atque emendavit, notis illustravit, versione latina passim correcta, prolegomenis, indicibus instruxit *Albertus Rud. Max. Dressel*, Ph. Dr. Accedit Hermae Pastor ex fragmentis graecis Lipsiensibus instituta quaestione de vero eius textus fonte, auctore Constantino Tischendorf. gr. 8. 46 Bogen. geh. 3 Thlr.

Anacker, Schlossprediger F. H., St. Pauli Brief an die Galater in Bibelstunden ausgelegt. gr. 8. (VIII u. 150 S.) 1856. geh. 1/2 Thlr.

Brückner, Prof. Dr. B. B., Predigten gehalten in der Universitätskirche zu Leipzig. 1. bis 3. Band. gr. 8. 1855—59. geh. à 1 Thlr.

Brugsch, Ritter etc., Dr. Heinr., geographische Inschriften altägyptischer Denkmäler, gesammelt in Aegypten. I. Band: Die Geographie des alten Aegyptens nach den altägyptischen Denkmälern zum ersten Male zusammengestellt und verglichen mit den geographischen Angaben der heiligen Schrift und der griechischen, römischen, koptischen und arabischen Schriftsteller. gr. 4. 40 Bogen, 57 Tafeln u. 2 Karten. 1857. cart. 25 Thlr.

——— II. Band: Die Geographie der Nachbarländer Aegyptens. gr. 4. 13 Bogen, 23 Tafeln u. 2 Karten. 1858. cart. 8 1/3 Thlr.

——— III. Band, enthaltend: Die Resultate der 2. Reise des Verf. nach Aegypten vom J. 1858. Nebst vollständ. Register über alle 3 Bände. gr. 4. 1860. ca. 20 Bgn.

Gladisch, Dr. Aug., Empedokles und die alten Aegypter. Eine historische Untersuchung. Mit Erläuterungen aus den ägyptischen Denkmälern von Dr. H. Brugsch und Dir. Jos. Passalacqua. gr. 8. 1858. geh. 1 Thlr. 25 Ngr.

——— Herakleitos u. Zoroaster. Eine hist. Untersuchung. gr. 8. 1859. geh. 25 Ngr.

Haenel, Dr. Gust., Catalogi librorum manuscriptorum, qui in bibliothecis Galliae, Helvetiae, Belgii, Britanniae m., Hispaniae, Lusitaniae asservantur. gr. 4. (X S. u. 1240 Sp.) geh. 10 Thlr.; Schrbp. in Imp.-4. 15 Thlr.

Hasse, Pastor Dr. Herm. Gust., das Leben des verklärten Erlösers im Himmel. Nach den eigenen Aussprüchen des Herrn. Ein Beitrag zur bibl. Theologie. gr. 8. (XVI u. 408 S.) geh. 2 Thlr.

Johannsen, Dr. J. C. G., die Anfänge des Symbolzwanges unter den Protestanten. Geschichtlich dargestellt. gr. 8. (XVI u. 438 S.) geh. 2 1/3 Thlr.

Kritz, Pastor Mag. Wilh., die evangelische Lehre auf dem Grunde der heil. Schrift u. nach ihrem innern Zusammenhange f. Freunde d. göttl. Wortes dargestellt. 2. verb. Aufl. gr. 8. (XII u. 308 S.) 1859. geh. 5/6 Thlr.; in engl. Einb. 1 1/6 Thlr.

Lipsius, Dr. Rich. Adelbert, die Paulinische Rechtfertigungslehre unter Berücksichtigung einiger verwandten Lehrstücke nach den 4 Hauptbriefen d. Apostels dargestellt. Mit einem Vorwort v. Prof. Dr. C. Th. A. Liebner. gr. 8. (XX u. 220 S.) geh. 1 1/4 Thlr.

Monumenta sacra inedita. Nova collectio. Vol. I. et II. Nunc primum eruit atque edidit Prof. Dr. *Aenoth. Frid. Const. Tischendorf.* Imp.-4. cart. à 16 Thlr.

Inhalt: Vol. I. Fragmenta sacra palimpsesta s. fragmenta cum Novi tum Veteris Testamenti ex quinque codd. graecis palimpsestis antiquissimis nuperrime in Oriente repertis. Addita sunt fragmenta psalmorum papyracea et fragmenta evangelistariorum palimpsesta, item fragmentum codicis Friderico-Augustani.

Vol. II. Fragmenta evangelii Lucae et libri Genesis ex tribus codd. graecis quinti sexti octavi saeculi, uno palimpsesto ex Libya in museum britannicum advecto, altero celeberrimo Cottoniano ex flammis erepto, tertio ex Oriente nuperrime Oxonium perlato. Addita sunt et Novi et Veteris Testamenti fragmenta similia nuperrime in codicum sex antiquissimorum reliquiis inventa.

Münch, Dr. Ernst, vollständige Sammlung aller ältern und neuern Konkordate, nebst einer Geschichte ihres Entstehens und ihrer Schicksale. 2 Thle. gr. 8. (X u. 522, XII u. 772 S.) 1830. 31. 5 1/2 Thlr.

Tischendorf, Aenoth. Frid. Const., Doctrina Pauli Apostoli de vi mortis Christi satisfactoria. Commentatio a s. vener. theolog. Lips. ordine praemio regio ornata. gr. 8. 1837. geh. 1/3 Thlr.

Zezschwitz, Prof. Gerhard v., Profangräcität und biblischer Sprachgeist. Eine Vorlesung über biblische Umbildung hellenischer Begriffe besonders der psychologischen. gr. 8. 1859. geh. 1/2 Thlr.

LIPSIAE, IMPRESSERUNT GIESECKE & DEVRIENT.

4932

Clemens Romanus, supposed author

Epitomae duae... cura A.R.M. Dressel

DEC 15 '37

Bindery JUL 7 '38

FEB 14 '3?

E E Jensen

Smith R 8

Duke U

PI 43625525

8/26/96 Bibliothèque générale bb# 5478

Université Laval, Cité universitaire

Québec, CANADA G1K 7P4

Gaétan Gignac

